ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΙΖ'.

AELIANI

DE

NATVRA ANIMALIVM

LIBRI XVII.

CVM ANIMADVERSIONIBVS

CONRADI GESNERI, et DANIELIS WILHELMI TRILLERI:

CVRANTE

ABRAHAMO GRONOVIO,

Qui et ſuas Adnotationes adjecit.



LONDINI,

Excudit *Gulielmus Bowyer*,

Sumptibus SOCIETATIS AD LITERAS PROMOVENDAS inſtitutae:

Proſtant venales apud

I. WHISTON in *Fleetſtreet*, I. OSBORN in *Pater-noſter-row*, et

FRAN. CHANGVION in *the Strand*, Bibliopolas SOCIETATI:

Anno MDCCXLIV.

[Pret. *aur.*]

ΤΟΠΑΔΙΑ

ΔΕΛΤΑ



AMPLISSIMO

SPECTATISSIMOQVE VIRO,

D. RICHARDO MEADO,

MEDICO REGIO,

ABRAHAMVS GRONOVIVS S. P. D.

QVANTVM ſtudii atque operae in natura animalium indaganda collocarint antiquiſſimae et multiplici eruditione celeberrimae gentes, Aegyptiorum lingua hieroglyphica maximam partem animalium figuris ad arcanorum myſteriorum ſenſum adaptatis expreſſa declarat; Ebraeorum quoque et Arabum proverbia atque adagia ab animalium indole deſumpta, et ad quaſcumque alias res tranſlata, teſtantur. Neque his ulla ex parte ſive ingenii cultu ſive bonarum artium inventione inferiores Graeci, quo juſtitiae ſanctitas in foro conſervaretur,

et unuſquiſque, quod ſuum eſſet, ſibique deberetur, ſecundum leges ſanctiſſime conſtitutas obtineret, duplici imperii forma uſi fuerunt, quam utramque ſe ab animalibus edoctos eſſe gloriabantur: unam, qua uni ſolum paretur, apibus ſe debere profeſſi, quippe quarum rex aculeo, veluti regiae majeſtatis inſigni, inſtructus reliquas in officio, quod cuique deſtinatum eſt, continet, et omnes aequo modo adverſus externam vim tuetur; harumque erga regem obedientia tanta eſt, ut

regem non ſic Aegyptus, et ingens
Lydia, non populi Parthorum, aut Medus
Hydaſpes,
Obſervent.

Ea igitur quum inter reliqua apum miracula praecipua eſt, regem a natura factum eſſe facile conſtat; quam tamen non adeo novercam ſibi expertum fuit genus humanum, ut, ipſa jubente, uni ſemper arrogaretur potentia. Alteram enim imperii formam, cujus inſigne eſt libertas, a natura per aërias volucres repraeſentari obſervarunt Graeci. Iſtae ſunt grues, apibus non minus ſolertes, utpote anni tempora intelligentes, et, inmenſo

tractu

tractu terrae ac maris permeato, aestiva atque hiberna distinguentes, et tempestatem praesagientes. Hae etiam stationes nocturnas agunt, lapillum altero pede sustinentes, qui vigilando fessis elapsus strepitu indiligentiam coarguat; in aëre viam metiuntur nihilo incertiorem, quam nautae in mari, nunquam itineris sui oblitae, nunquam consuetorum per iter hospitiorum; nec committunt se ventis, nisi arenarum saburra stabilitae, quos si asperos et obliquos videant tranandos, liburnicarum rostrato impetu feruntur, si mites et rectos sentiant, sinum et cornua dimidiatae lunae referunt, quanta vis sit dispositionis atque ordinis ostendentes; denique valetudinem curare doctae junco palustri, non alimento, sed medicina utuntur: et quamvis dulce non conficiant opus, nec villarum septis se includi patiantur, minus servae sunt, et sibi tantum laborant. Hae quoque semestrium et longinquarum militiarum duces non nascendi sorte accipiunt, sed volatu spectatos tanquam in campo lectione destinant, vicibusque permutant, et legitima cura perfunctum, otio et successore dato, in terga recipiunt; ita qui modo rexerat, cogit agmen,

gmen, boni ducis virtutem etiam parendo retinens. Is quippe optime imperare ſolet, qui ſcit modeſtiſſime parere.

IN utroque hoc regimine excelluerunt Graeci, et praeſertim Athenienſes, quorum res poſt regium titulum exſulare juſſum, et poſt optimum et Athenarum quam vitae ſuae amantiorem Codrum, poſteris illius *Archontum* vocabulo ſibi praefectis, multo magis quam ante effloruerunt, maximis coloniis in Aſiam miſſis, et quidem earum ducibus Codri filiis, non regno ſed areopago et concilio compoſitis; quorum praetura ut vita terminabatur, ita poſt decennio, et deinde anno finita fuit, additis collegis, rege ſacrorum, polemarcho, et ſex theſmothetis. His gradibus pervenerunt ad illam magnificam et immortalitate dignam libertatem, in qua inventae, et ad ſummum faſtigium uſque adductae, omnes dicendi ſcribendique et animum excolendi artes; proditae quoque leges Romani imperii vaſtam magnitudinem formaturae; defenſa Graeciae ſalus adverſus barbarorum copias ob numerum innumerabiles, et ſolum menſura taxandas; lex pacis dicta regum regi, ne propius tridui itinere cum exercitu

ercitu etiam in ſuis terris ad litus accederet; et illa cetera non modo ultra ſpem gerendi, ſed etiam ultra geſtorum fidem patrata. Nec intra hanc gloriam virtus Athenienſium ſtetit, verum etiam Athenas Minervae ſacratas Muſarum domicilium eſſe voluerunt, earumque antiſtites, tam apud ſe quam foris natos, honore ac favore proſecuti fuerunt: praecipue admirati vaſtum illud magni Ariſtotelis ingenium ad cuncta, quae aliis incomprehenſibilia videbantur, complectenda capax; cui parem in natura animantium perſcrutanda, iiſque ſpeciatim ac generatim deſcribendis, et ſingulis ſingulorum partibus examinandis, ut reliquas doctrinarum ſcientias, quibus fulgebat, praeteream, nulla aetas tulit. Hujus autem exemplo plurimi ſcriptores Graeci, et poſt eos Latini, tam carminis dulcedine quam proſaici ſtyli elegantia uſi, animalium hiſtoriam illuſtratum iverunt; at, quod dolendum, eorum pauciſſimi temporum injuriam effugerunt, et plerique non niſi per fragmenta nobis innotuerunt. Inter illos vero, qui hodie exſtant, merito ſuo excellit AELIANVS, qui ſeptendecim libris animalium naturam illuſtravit atque deſcripſit, et quicquid de iiſdem

vel

vel apud alios ſcriptores legerat, vel ipſe audiverat videratque, diligenter in hoc opus ſuum contulit: nec hoc ſolum, verum etiam animantium, quae ſola naturae lege aguntur, proprietates cum moribus hominum, qui ratione praediti ſunt, comparavit; et quantopere illa ſaepe homines, ſi juſtitiam, fidelitatem, obſequium, et reliquas virtutes ſpectemus, ſuperent, aperte oſtendit: et hoc pacto non minorem fructum mortalibus praeſtitit, quam ipſis Athenienſibus olim attulerunt ſoccus atque cothurnus; quorum utroque, quicquid in homine ſordidum et abjectum erat, explodebatur.

HVNC igitur graviſſimum ſcriptorem quum mendis quidem pluſculis liberaveram, nec tamen tantam in eo vel illuſtrando vel emendando operam poſueram, quantam oculos tuos, VIR AMPLISSIME, ferire poſſe mihi perſuaderem; inmenſa tua in me gratia et facilitate effectum fuit, ut temporis in Aelianeas lucubrationes a me collati ratio mihi abunde conſtiterit, poſtquam eas in Virtutis et Honoris aedem, hoc eſt domum tuam, admiſſas oculis manibuſque tuis verſari intellexerim. Neque hoc ſolo ſingularis humanitatis

nitatis vinculo me et Aelianum tibi obſtrinxiſti; ſed etiam, ut Aelianeum opus ex typographia INCLITAE SOCIETATIS, quae ad literas inſtaurandas Londini inſtituta eſt, et a qua mea induſtria majore plauſu, quam vel mereri poſſe videbatur, excepta fuit, in lucem publicam prodiret, hortatu tuo effeciſti: mihique inſimul Britannici regni primatum favorem conciliaſti, qui abſque interiori literarum cognitione nec rempublicam adminiſtrari, nec libertatem a majoribus partam adſervari poſſe, exemplo ſuo alios docent; quique amabile conſortium ad provehenda ſtudia, et literarum gloriam propagandam, tecum et primariis divinarum atque humanarum ſcientiarum antiſtitibus, magnis Magnae Britanniae ornamentis, iniverunt. Illorum autem ILLVSTRIVM VIRORVM, nec non tuis, VIR SPECTATISSIME, conatibus piis et egregiis quemadmodum ſupremum Numen hactenus ſemper propitium ſe praebuit, ut ita quoque in poſterum inexhauſta ſua gratia ſe praebeat propitium, ex animo voveo; et SPLENDIDISSIMO NOMINI TVO Aelianum nuncupo, brevi experturum, an ipſe una cum mea levi et ferentaria opera tibi plus

a quam

quam ſemel poſſit placere; atque pro ſumma benevolentia, qua me et Aelianum dignatus fuiſti, quamque nuperrime ingenti cumulo auxiſti, dum tuo imperio ſtudia mea porro moderari, vireſque meas exquiſitiſſima ſymbola, eximiae tuae liberalitatis teſſera, et vigiliarum criticorum principis teſte, mecum communicata experiri voluiſti, grates immortales ago; et Deum O. M. ſupplex rogo, ut laetus ac vegetus triſtium morborum impetus Aeſculapii baculo ab aurato limine depellere pergas, et Magnae Britanniae proceres, iique, qui validam opem tuam implorant, te tutelarem ſuum diu venerentur, teque eruditionis ſtatore et vindice ſalvo atque incolumi laetetur orbis literatus.

Dabam Lugduni Batavorum
a. d. xv. Kal. Iun. A.
MDCCXLIII.

PRAE-

PRAEFATIO.

DVODECIMVS *annus jam agitur, ex quo* AELIANI ΠΟΙΚΙΛΗΝ ΙΣΤΟΡΙΑΝ *in publicam lucem emisi. Qua opera defunctus, uti in me receperam, adcurate recensendum alterum ejusdem scriptoris opus* ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ, *quod tibi, benevole lector, nunc sisto, animum adjeci; invitatus opera, quam Parens meus in Apollinis Musarumque sacrario, celsissimae sereniſſimaeque* MEDICEAE *gentis gloriam ad seros usque posteros propagaturo, olim impendit, summo tunc temporis fruens favore optimi paris germanorum* COSMI III. *Etruriam regio sceptro temperantis, et* FRANCISCI MARIAE, *sancta purpura ornati, atque Hispaniarum regni protectoris, utriusque regum principumque, quos proxime exactum seculum tulit, praecipui decoris atque ornamenti. Horum igitur heroum benevolentia munitus ὁ μαχαρίτης, praeter alia scriptorum Graecorum monimenta, ejusdem Aelianei operis codicem manu exaratum excussit; cujus ope postquam istud innumeris librariorum mendis liberaveram, meisque Animadversionibus illustraveram, id sic illustratum atque correctum publicare decrevi. Quod cum non omnino ex voto succederet, in opportunius tempus operis Aelianei*

editionem differre, et ad alios ſcriptores animalium naturam indagantes, et praecipue ad duorum veteris eccleſiae antiſtitum ſcripta, ALDHELMI *Scireburnenſis in Anglia epiſcopi opera, atque* IOANNIS XIPHILINI *Conſtantinopolitanae eccleſiae archiepiſcopi Homilias, recenſenda mentem adpellere mihi viſum fuit. In quibus dum totus eram, ad unum* AELIANVM *me reduxit ſingularis humanitas ampliſſimi viri,* RICHARDI MEADI, *medici regii; qui, poſtquam me aliquando in* XVII. AELIANI DE NATVRA ANIMALIVM LIBROS *operam poſuiſſe intellexerat,* μηκέτι εἴασέ μοι ἐκείνους θάλπειν τε καὶ περιέπειν, *verum ut eoſdem prelo paratos Londinum tranſmitterem, imperavit; ſuaque commendatione effecit, ut nitidiſſimis typis exarati in lucem publicam prodirent e typographia inclitae* SOCIETATIS AD LITERAS PROMOVENDAS *Londini iuſtitutae Quidquid igitur nitoris huic editioni acceſſerit, ornatiſſimo* VIRO; *atque natalium ſplendore illuſtribus, honorum amplitudine conſpicuis, et eruditionis gloria ſplendidis* VIRIS, *Britanni Maecenatis collegis; eorumque propenſi in re literaria promovenda ſtudii conſorti, eruditiſſimo viro,* IOANNI WARDO, *in collegio Greſhamenſi rhetorices profeſſori, qui non ſolum notas atque conjecturas ſuas benigne mecum communicavit, ſed etiam exquiſita ſua doctrina et ſingulari induſtria meam tenuitatem ſupplevit; unice me debere agnoſco.*

QVOD *vero meam in hoc opere Aelianeo expoliendo induſtriam ſpectat, paucis, benigne lector, accipias velim.*

CONTEXTVM

CONTEXTVM *Graecum Medicei codicis adjumento longe emendatiorem, quam a doctiſſimo viro,* CONRADO GESNERO, *olim editus fuerat, repraeſentavi.*

VERSIONEM *Latinam* GYLLII *et* GESNERI, *ipſis Geſneri curis ſecundis, et eruditiſſimorum virorum Pantini et Bocharti veſtigiis inhaerens, emendatiorem, ut ſpero, exhibui, moleſtum hercle opus adgreſſus: quippe Gyllii verſionem, a Geſnero emendatam, rejicere prorſus religioni ducebam; quaedam autem mutare perquam difficile mihi videbatur, quum Aelianearum periodorum ſenſum potius quam verba Latine reddere duumviris iſtis viſum fuiſſet, et nexus verborum adeo ſibi invicem cohaerentes adaptare, ut mutari, aut demi, vel addi quidquam, continua verborum cohaerentia vix pateretur. Id igitur, quod pro virili potui, hac in parte a me praeſtitum eſt.*

IN *Animadverſionibus ne nimis prolixus forem, ſedulo cavi; iiſdemque adjeci doctiſſimi* GESNERI *Notas, quas in editionem Tigurinam contulerat; necnon Adnotationes poſthumas, quas margini ejusdem editionis ab eodem celebri viro adſcriptas benevolentiae eruditiſſimi mihique amiciſſimi viri,* IOANNIS CASPARI HAGENBVCHII, *me debere profiteor. His acceſſerunt Notae atque Emendationes clariſſimi et utriuſque Apollineae artis peritiſſimi viri,* IOANNIS IACOBI TRILLERI, *qui pro ſumma ſua erga me gratia atque facilitate, poſtquam me manum huic Aelianeo operi admoviſſe intellexerat, eaſdem a me deſiderari paſſus non fuit.*

DENIQVE

DENIQVE *Indicibus neceſſariis hanc editionem auxi: quorum duo primi, alter Graecolatinus, alter Latinograecus, animalium nomina ab Aeliano memorata ſiſtunt; tertius item et quartus, pari ratione diſpoſiti, plantarum in utraque lingua appellationes continent; quintus res maxime memorabiles exhibet; ſextus, qui et ultimus, auctores in hoc opere laudatos complectitur. His itaque fruere, erudite lector, et vale.*

CONRADI

CONRADI GESNERI PROLEGOMENA IN AELIANVM.

Illuſtri et generoſo viro D. Ioanni Iacobo Fuggero, Kirchbergae et Weiſſenhorni Domino etc. Domino et Maecenati ſuo, Conradus Geſnerus S. D.

REDIT ad te Aelianus tuus, vir magnifice, non abſque foenore: nam et Latinam interpretationem Petri Gyllii, Galli, e regione adjunxi, eamque ad Graeci ſermonis vim ac proprietatem emendavi; et quae praeteriverat ille, hoc eſt, tertiam fere aut quartam librorum *De animalibus* partem, ego nunc primum Latina feci, et ad ordinem auctoris, a quo Gyllius longe diſceſſerat, omnia revocavi. Graeca *Animalium hiſtoria* ante hoc tempus non publicata, ut quam caſtigatiſſima prodiret, operam dedi; et, niſi fallor, ſi quis curioſior et criticus, cum partes orthographiae omnes, tum ſententiarum diſtinctionem ſpectet, non multos ex Graecis hactenus editis libris, qui cum diligentia noſtra conferri mereantur, inveniet. Tuum autem Aelianum dixi non immerito; quoniam tu Graecum codicem manuſcriptum vetuſtiſſimum ex publica ampliſſimae civitatis veſtrae bibliotheca mihi impetraſti, et alterum ex proprio librorum tuorum theſauro addidiſti; quibus inter ſe collatis, et inſuper Gyllii tranſlatione, qui alio in Gallia exemplari uſus eſt Graeco, hos libros, qua fieri potuit integritate, damus. Et ne quid hujus auctoris ſtudioſi homines deſiderent, *Variam* quoque *hiſtoriam* ipſius, jucundiſſimum lectu opus, et *De militaribus ordinibus more Graecorum inſtituendis* librum, et *Epiſtolia ruſtica*, omnia Graece Latineque conjunximus; ut omnia, quae hujus extant auctoris, in uno volumine continerentur. Quanquam enim aliqui

ejuſdem *De re navali* ſcriptum alicubi latitare putant, id tamen hactenus, ubinam haberetur, nulla diligentia et inquiſitione per Galliae Italiaeque bibliothecas comperire potuimus. Redeunti igitur ad te Aeliano tuo, jam integro, emendato, bilingui, publico, facilem ac benignum te praebe, et in bibliothecam tuam veluti hoſpitii jure admitte. Nae ille fuiſſet nimium ingratus, ſi apud alium quenquam mortalium prius aut potius, quam te patronum, cujus beneficio quod revixit, quodque publica jam luce fruitur, acceptum refert, divertere voluiſſet. Nihil vero ei mea voluntas aut diligentia profuiſſet, niſi tu aegrum ſimul et captivum miſeratus, jamjam periturum (archetypo nimis obſoleto et evanidis paſſim exoleſcente literis, novo autem codice ab imperitis librariis miſere corrupto) veluti carcere ſolutum, nobis curandum reficiendumque commiſiſſes. Non eſt autem ille te, tanto hoſpite, indignus; qui Nervae etiam et Adriano quondam, ſummis imperatoribus, familiaris fuit. Hujus *De animalibus* libros, a Petro Gyllio Latinitate donatos, noſtra memoria potentiſſimum Gallorum regem Franciſcum grato et liberali animo accepiſſe conſtat. Tibi certe, tanquam optimo maximoque patrono et ſervatori, ſeipſum cliens debet Aelianus; ejuſque conſervati nomine, tum ego in praeſentia tibi gratias habeo ingentes, tum viri eruditi ad longam uſque poſteritatem habebunt perpetuo. Meretur omnino laudari ab omnibus, et ſumma gratitudine coli honeſtiſſimum illud inſtitutum tuum in optimis quibuſque literis ac diſciplinis promovendis et illuſtrandis; quod cum alia non obſcura teſtimonia declarant, tum locupletiſſima illa pulcherrimaque bibliotheca, quam Graecis, Latinis, Hebraicis, Germanicis, optimis et antiquiſſimis quibuſque pariterque recentiorum libris, tum manuſcriptis, tum publicatis, inſtruere et augere non ceſſas. Quamobrem merito, quamdiu ullus literarum et ſapientiae uſus inter homines vigebit, magnificentiae etiam tuae, tantique librorum theſauri, liberalitate et providentia tua conquiſiti conſervatique, memoria illuſtris et gloria ſimul durabunt. Indignus poſteritatis fama Piſiſtratus tyrannide infamis erat; ſed hic etiam, quod copioſam Athenis bibliothecam extruxerit, hodieque doctorum praeconiis celebratur. Hos libros deinde Xerxes in Perſas aſportavit, Seleucus vero rex Nicanor cognomine revehendos curavit. Eodem nomine famam Ptolemaei reges, convectis undique innumeris libris, perennem ſibi peperere; imprimis vero Philadelphus nobiliſſimam illam bibliothecam conſtruxit, quae ad bellum uſque Alexandrinum duravit. Eumenem Attali bibliotheca Pergami condita nobilitat. Tyrannion Amiſenus Romae voluminum ſupra triginta millia conquiſivit, ut refert Suidas. Invenio et Epaphroditum triginta millia poſſediſſe, Neronis libertum. Q. Serenus Samonicus ſexaginta millia librorum, hoc eſt, ſuam bibliothecam, Gordiano ex teſtamento reliquit. Omnia Ariſtotelis et Theophraſti volumina ex Apelliconis Teii bibliotheca Romam deportavit Sylla. Praedicatur et Plinii junioris Novocomenſis bibliotheca variis et antiquiſſimis referta libris; cujus inſtinctu Trajanus imperator, apud quem indignatione

tione erat, eam erexit, quae Vlpia dicta est. Ejus exemplum inde (ut vir diligens et eruditus Conradus Lycosthenes ex veterum scriptis repetit) Gordianus imitatus, cum pluris faceret librorum quam argenti atque auri thesauros, bibliothecam LXII. millibus antiquissimorum voluminum aperuit; ad quorum omnium conservationem mox Tacitus amplissimas divitias erogavit. Pamphilus, Caesarienſis presbyter, tres fere myriades voluminum congessit. Ex Alexandri Hierosolymitani episcopi bibliotheca Eusebius Caesarienſis Ecclesiasticae historiae scribendae materiam desumpsit. A. Gellius auctor est Alexandriae millia voluminum septingenta per milites combusta esse. Io. Zonaras refert Byzantii sub Zenone centum et viginti librorum millia gravissimo incendio periisse; quod et Malchus Byzantius sophista in historia sua, teste Suida, deplorat. Origenis ecclesiastici scriptoris librorum sex millia D. Hieronymus se legisse testatur. Asinius Pollio primus Romae bibliothecam in Herculis fano dedicavit. Polycrates quoque Samius, Euclides Athenienſis, Nicocrates Cyprius, Euripides poeta, aliique permulti tum principes tum privati homines, conquirendi ac recondendi quam plurimos libros studio clari, a posteris, quibus quantum in se erat consultum voluere, celebrantur. Insignis est hodie Vaticana Romae, Bessarionis Venetiis, Medicea Florentiae, et in Gallia, quam rex Franciscus instituit. Copiosam collegerat Budae Matthias rex, quae patrum nostrorum memoria per immanem Turcorum impressionem dissipata est. Haec vero pluribus amplitudini tuae enumero, Maecenas optime et unicum literarum decus atque praesidium, quo minus dubites, te non modo viventem hanc mortalem vitam apud omnes bonos et literatos homines, sed etiam defunctum a posteritate, inter veteres illos tam claros bibliothecarum conditores ac instauratores, et quidem plerosque reges, magna cum gloria celebratum iri; idque eo magis et justius, quod nostro seculo, eoque fere solus, aut certe in Germania omnium maxime, his praesertim temporibus, quibus ad sacras profanasque literas renascentes instaurandas veterum scripta plurimum adferre momenti possunt, pulcherrimum, utilissimumque, imo necessarium hoc studium suscepisti: quod ut per omnem vitam magis magisque promovere pergas, omnes viri boni et vel mediocriter eruditi optant; utque id quam diutissime facias, vitam tibi longissimam felicissimamque a Deo, vitae et omnium bonorum unico fonte, concedi communibus votis et conjunctissimis animis precantur. Vale.

Tiguri Helvetiorum, VI. cal.
Maii, anno Sal. MDLVI.

De Petri Gyllii interpretatione et ordine ſcriptorum Aeliani De Animalibus, *etc.*

PETRVS Gyllius, Gallus, in ſua Aeliani librorum *De animalibus* interpretatione, cum de cognatis inter ſe animalibus ſimul agere, et in multis ordinem literarum, quae nominibus ſingulorum initiales ſunt, obſervare inſtituiſſet, non modo auctoris ordinem neglexit, ſed ne ſuum quidem perſecutus eſt conſtanter. Nam et a ſerie literarum ſaepe diſceſſit, et animantes diverſorum generum non diſcrevit. Nihil autem neceſſe erat auctoris ordinem immutari, cum ipſe in operis peroratione varietatis et jucunditatis gratia certum a ſe ordinem nullum eſſe inſtitutum profiteatur. Interim tamen ſaepe quae duobus aut pluribus communia ſunt animalibus, vel eodem in capite vel proximis conjunxit, non tam generis animalium, quam naturae et ingenii vel quomodocunque argumenti communis, habita ratione. Haec Gyllius divulſit, dum ea, quae ad unum pertinent animal, ſparſim ab Aeliano tradita, in unum referre locum conatur. Ego in ſuum omnia ordinem revocavi, ad duo manuſcripta exemplaria Graeca; ut et ſibi ſuoque ordini qualicunque reſtituerem Aelianum, et Graeca Latinis e regione reſponderent omnia: quod dum multo labore molior, et Latina Graecis compono atque confero, permulta a Gyllio omiſſa nuſquam [non] invenio; et contra etiam multa, quae, Acceſſionis nomine vel ab ipſo vel a librariis omiſſo, ita legebantur, tanquam Aeliani eſſent, cum in Graecis codicibus noſtris non extarent; et ego ad alios auctores ea pertinere, ex quibus Acceſſiones ſuas Gyllius collegit, facile conjiciebam. Itaque plurima paſſim abjeci, plurima explevi. Ordinem vero ne quis deſideraret, indicem non animalium ſolum, ſed etiam rerum variarum, et locorum plerumque communium fieri curavi, ut facilia inventu eſſent omnia. Ergo Aelianum nunc habemus integrum, cujus tam multa ſe omiſiſſe miror cur diſſimularit Gyllius, non modo leviora quaedam et παρεργα, ſed multa ſaepe integra capita, et animalium naturas. Quod ſi omnia ab ipſo relicta conferas iis, quae tranſtulit, tertiam fere aut ſaltem quartam operis *De animalibus* partem conficient. Sunt quae negligentia quadam praeteriiſſe videri poteſt, quod cum alias tum feſtinantibus accidit: alia vero nimia diligentia, et judicii ſui confidentia, quae ſcilicet tranſlata nihil aut parum utilitatis habitura exiſtimaret; ut ſunt interdum fabuloſa quaedam, cum alia, tum de bobus Aegyptiis ſacris, Api, Mnevi, Onuphi, quae tamen relicta non oportuerat; quod, etſi nihil per ſe prodeſſent, ad obſcura tamen quaedam veterum ſcriptorum loca intelligenda conferre poſſint; et ne curioſis hominibus deſiderandi aut reprehendendi quicquam occaſio detur. Nam qui minus curioſi ſunt, ii, quae legere non placuerit, argumentis prodita, quae ſingulis inſcribuntur capitibus, facile praeteribunt. Denique propter obſcuritatem quaedam intacta reliquit.

quit. Ego omnia ab eo converſa cum Graecis codicibus contuli, et emendavi paſſim; non omnia forte loca omnino, ea tamen fere omnia, quae non emendata falſum aut alienum ſenſum prae ſe tuliſſent. Sicubi dubitavi, ingenue ignorantiam meam confeſſus, ea loca notavi; ut ſi codices meliores aliquando contingerent, ſi quae depravata ſunt, facilius inde reſtituerentur. Sed haec plerumque ejuſmodi ſunt, ut non tam ad ſententias et res ipſas, quam orthographiam, ſyntaxin, aut aliam Graeci ſermonis proprietatem ſpectent, non magni ſane momenti, neque remorari lectorem rebus intentum digna. Per margines ſi quid hujuſmodi ex mea conjectura mutandum, vel explicandum, vel dubitandum videbatur, ſimpliciter annotavi; ubi vero codices manuſcripti variabant, adverbium *alias* adſcripſi. Quod ſi etiamnum relicta ſunt quaedam emendanda, ſi Graeci libri caſtigatiores darentur, ea, puto, perpauca fuerint, et auctoris ſententiam fere nihil immutatura. Capitum argumenta in Graecis, ut erant, reliqui; Latina vero copioſiora feci, in libris *De animalibus* duntaxat.

Contextum vero Graecum in omnibus, quod ad omnes orthographiae partes, in literis, accentibus, cum alias, tum encliticorum punctis, et ſpiritibus, et ſententiarum diſtinctione, tanta diligentia illuſtrare ſum conatus, ut doctiſſimis etiam ea in re ſatisfactum confidam. Nam cum typographorum maxima pars in Graecis excudendis negligentiſſime ſe gerat, et plerique neque archetypa ſatis emendari curent, neque homines eruditos praelis praeficiant; multi quod quid facto ſit opus non intelligant, plures vero avaritia, libros depravatiſſimos edunt: his ego diligentia noſtra veluti ſpecimen quoddam exhibere volui, quales ab eis libros edi oporteret; quod utinam illi ita aemulentur, ut etiam ſuperent, et omnem mihi laudem praeripiant. Non ſolum enim vinci me facile feram, ſed etiam gratulabor communibus ſtudiis, ſi eam, quae approbari eruditis poſſit, curam et ſedulitatem libris quam emendatiſſime imprimendis adhibuerint. O quoties nauſeam et ſtomachum mihi movent avari illi, ſordidi, et imperiti non chalcographi certe ſed falſographi appellandi, qui vel exemplaria, ut acceperunt, corruptiſſima librariorum inſcitia evulgant, vel ipſi etiam magis corrumpunt; quod cum frequenter in Latinis accidit, tum in Graecis frequentiſſime. Poterant illi, et debebant, unius hominis eruditi labore liberaliter aut ſaltem non ſordide conducto, omnium illorum, qui libros ab eis excuſos lecturi eſſent, labori parcere; et, ut libros iſtos bene caſtigatos majori cum voluptate faciliuſque ac utilius legerent, efficere: quod cum non faciant, digni ſunt non modo juſta bonorum et doctorum hominum reprehenſione; ſed etiam, quod eis imprecor, ut tarda minimeque lucroſa librorum eis diſtractio eveniat. Sed longius ab inſtituto rapior. An per capita ipſe Aelianus ſuos libros diviſerit, an alius quiſpiam, non habeo, quod affirmem. Ego, ut in vetuſtiſſimo codice manuſcripto capitum numeros et argumenta reperi, ita curavi deſcribenda in libris *De animalibus*. In *Varia hiſtoria* numeri a nobis adjecti ſunt, et quae prius erant argu-

mentaa

menta capitum nomine inſcripta, exemplar (quod impreſſum tantum habuimus) non habebat; quod ideo factum eſt, ut opus totum ſibi ſimile eſſet, et Index ſecundum libros et capita, ut in *Animalibus*, ita hic etiam conficeretur. Libri quidem *De militaribus ordinibus* capita Aelianus ipſe mox a praefatione ad Adrianum ſe poſuiſſe ſcribit, quae cum in Robortelli et Gazae editione nulla habeantur, ipſe diſtinxi, et argumentis illuſtravi; non tamen eo in loco enumeravi conjuncta, ſed ab initio totius voluminis, poſt praecedentium librorum capita. Sic et Plinius ad Veſpaſianum praefatus in Hiſtoriam de natura, *Quia occupationibus*, inquit, *tuis publico bono parcendum erat, quid ſingulis contineatur libris huic epiſtolae ſubjunxi; ſummaque cura, ne perlegendos eos haberes, operam dedi. Tu per hoc et aliis praeſtabis, ne perlegant; ſed ut quiſque deſideraverit aliquid, id tantum quaerat, et ſciat, quo loco inveniat. Hoc ante me fecit in literis Valerius Soranus, in libris quos* Ἐποπτίδων *inſcripſit.* In *Animalium* tamen et *Varia hiſtoria* Aelianus, an ipſe diſtinxerit et inſcripſerit capita, dubitari poteſt: cum et argumenta in capitibus proximis, ut nunc ſunt diſtincta, interdum plane cohaereant; et ipſa etiam dictionis ratio alicubi non capitis novi initium fieri, ſed cum praecedente continuari ſermonem loquatur: nam et alibi plures ejuſdem argumenti hiſtoriae in unum caput recte ſunt conjunctae. Vtcunque eſt, ſic eſſe diviſum librum non inutile fuerit. Porro ſi quis Acceſſiones illas Gyllii, quibus ſuam *De animalibus* Aeliani interpretationem locupletarat, a nobis eſſe praetermiſſas reprehendat; illi reſponderim, Aelianum tantum nos integrum dare inſtituiſſe, non admiſcere aliena: nam et hoc ſatis laborioſum nobis fuit; et auctores illi, ex quibus ſuas Gyllius Acceſſiones concinnavit, paſſim extant, videlicet Oppianus, Ariſtoteles, Nicander, Athenaeus. Nam Heliodorum et Porphyrium ab eo auctoribus jam dictis adnumerari miror, cum nihil illi de animalibus ex profeſſo, ſed obiter quaedam tradiderint (ut in volumine De abſtinendo ab animatis Porphyrius, et in Aethiopica hiſtoria ſemel aut iterum aliquid Heliodorus) novum tamen et ſuum, quod meminerim, nihil. Verum nos et haec omnia, quae jam dicti auctores de animalibus prodiderunt, et ſi quid aliud vel aliunde vel de ſuo Gyllius addidit, in noſtris Animalium hiſtoriae libris complexi ſumus.

Haec de Petri Gyllii Tranſlatione et Acceſſionibus, optimi ſane et doctiſſimi viri, cujus ego olim humanitatem Venetiis ſum expertus. Atque utinam illum fata nobis ſuperſtitem vel breve adhuc tempus reliquiſſent; donec peregrinationum ſuarum, quas in diverſis et longinquis regionibus non ſolum Europae, ſed etiam Africae, Aſiaeque, ut audio, ſuſtinuit, hiſtoriam, et varias circa omne genus animalium nomenclaturas, naturaſque, et alias rariſſimas obſervationes ſuas, in lucem edere potuiſſet[a]. Fruſtra Rondeletius, *Brevi*, inquit, *futurum ſpero, ut Petrus Gyllius vir doctiſſimus, et in omnium rerum*

[a] Impreſſae ſunt hoc anno MDLX. Deſcriptiones Byzantii et Boſpori Thracii.

cognitu

cognitu dignissimarum perveſtigatione diligentiſſimus, non ſolum piſces, ſed alia permulta, quae vidit in Graecia, Aegypto, Syria, Perſide ſtudioſis ſpectanda proponat. Fruſtra, inquam, quoniam captus aliquando a piratis, ſi vera eſt fama (eſt puto) ſpoliatuſque et redemptus, paulo poſt quam reverſus eſt Romam, ante annum unum aut alterum quam haec ſcriberem, diem ſupremum obiit: nec audio hactenus, ullaene obſervationes ejus aut lucubrationes ſuperſint; et forte ſi quae fuerunt, ab hominibus ambitioſis ſubtractae ſunt, quos aliena pro ſuis uſurpare, dum gloriam ſibi aucupentur, non pudet. *Variae hiſtoriae* libros xiv. Iuſtus Vulteius, vir et eruditione rara, et modeſtia ſingulari nobilis, et ſummus amicus meus, ante annos aliquot a ſe tranſlatos ediderat: nunc vero a me rogatus ut ad Graecum codicem recognoſceret, ac emendaret, ſi quid videretur, reſcripſit ſe in praeſentia et rebus aliis occupatum eſſe, et ad manus non habere libros ad eam rem neceſſarios; quamobrem ego ipſius hortatu hunc laborem ſubii, et totam ejus tranſlationem ad Graecum exemplar recognovi, et mutavi quaedam, quae ipſe jam aetate et doctrina provectior, ſi aggredi voluiſſet, felicius forte praeſtiturus fuiſſet. *De militaribus ordinibus* librum F. Robortellus Vtinenſis, incomparabilis doctrinae vir, Latinum fecit, neque nos in eo mutavimus quicquam in contextu, praeter numeros quoſdam a librariis, ut ſuſpicor, depravatos; per margines vero quaedam annotavimus in Graecis atque Latinis, et Theodori Gazae tranſlationem quoque adjunximus, quod etiam Robortellus in ſua editione fecit, ut, ſi quis alicubi dubitaret, conferre poſſet. *Epiſtolas ruſticas* Sebaſtianus Guldebeck civis noſter nunc primum convertit, vir utriuſque linguae cognitione eximia praeclarus, et judicio in literis acerrimo praeditus; qui deſcribendis etiam conferendiſque hujus auctoris *De animalibus* libris ex intricatiſſimo et literis ſaepe exoleto codice, unde vix alius quiſquam extricare ſe potuiſſet, operam egregiam nobis, imo ſtudioſis omnibus, navavit.

De vi exemplorum, quae in animalibus brutis homini, tum in bonis moribus et actionibus imitandi, tum in malis declinandi gratia proponuntur. Et quod Aelianus prae ceteris, qui Animantium hiſtoriam tradidere, ſcriptoribus ad hominum mores eam accommodarit.

EST ſane in Aeliani *De animalibus* libris temperamentum quoddam et harmonia utriuſque philoſophiae, moralis, inquam, et naturalis. Ab animantium enim natura, moribus, actionibus, paſſim hominum mores vitamque redarguit et emendat. Inter cetera autem argumenta exemplis maxime moventur homines, magiſque iis, quae a minori ad majus trahuntur; quibus illa etiam, quae ab animalibus ad homines

homines ducuntur, adnumeranda ſunt. Sic enim plerumque Aelianus noſter ratiocinatur: Si expertes rationis animantes hanc aut illam prudentiae, juſtitiae, gratitudinis, temperantiae, fortitudinis, aut alterius cujuſpiam virtutis partem exercent; ſi oeconomiae, ſi reipublicae ſpeciem atque ordinem obſervant: quanto magis et juſtius ab homine eadem fieri ſervarique oportebat, ratione praedito animali? Si bruta quaedam intemperantia, libidine, et aliis ſceleribus abhorrent; homines iiſdem contaminati certe brutis pleriſque deteriores exiſtimari debent, et ipſis beſtiarum nominibus appellari, ut merito dicantur porci, aſini, urſi, pantherae. Tolerabilius minuſque animos commoturum erat hominem conferri homini, et mutua ſui generis comparatione exempliſque ad amplexandam virtutem et fugiendam improbitatem incitari; at facta cum brutis collatione, in multis haec nobis praeſtare, nos pleriſque deteriores eſſe, ut prorſus intolerabile et indignum, ita vehementiſſimum adhortandi increpandique genus eſt. Nam ferae immani, ſtupidae, malignae, aut quovis modo improbiſſimae ſimilis, aut etiam pejor, ſi quis dicatur; liberalioribus vero, et ad hanc aut illam virtutem melius comparatis, longe inferior; quis non permoveatur? Quis inde non intra ſe deſcendat; ac ſuae naturae perverſionem, animique contemplatus metamorphoſin, imo metempſychoſin, et ſuam exoſus deteſtatuſque deformitatem atque corruptionem, a vitiis abhorrere, et ad priſtinam illam Dei, ad quam conditus eſt, imaginem converſum ſe, aſſertumque velut a ſervitute cupiat; ſi modo adhuc homo ſit, neque totus in illarum, quibus confertur, beſtiarum naturam tranſierit? Sic Dominus et aſſertor noſter Chriſtus phariſaeos Matth. xii. γεννήματα ἐχιδνῶν, hoc eſt, *ſobolem* ſeu *catulos viperarum* appellat. Et Euripides mulierum improbitatem echidnis, id eſt, viperis foeminis comparat:

Δεινὸν δ' ἑρπέτῶν πὴ ἀγελέων
Ἄκη βροτοῖσι θεῶν κάλασῆσαί τινα·
Ἃ δ' ἒς' ἐχίδνης πὴ πυρὸς πεφυκέρω,
Οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω
Κακῆς, τοσῦτον ἐσμὸν ἀνθρώποις κακόν.

Eſaias ab initio ſuae prophetiae, *Agnoſcit*, inquit, *bos poſſeſſorem ſuum, et aſinus praeſepe dominorum ſuorum*; Iſrael *vero* [dominum ſuum] *non cognovit, nec intelligentia complexus eſt.* Adeo mortales Domini Dei noſtri, et omnis erga illum officii, ac patriae coeleſtis, corporum libidines et cupiditates ſequuti, ut Homerici illi Lotophagi, obliviſcimur. Simonides, apud Ioannem Stobaeum in Vituperio mulierum, improbarum mulierum alias aliis animalibus prognatas fabulatur, vulpe, ſue, cane, aſina, equa; hoc eſt, nihilo illis beſtiis meliores. Sed ille forſan peculiari aliquo adverſus mulieres affectu ducebatur, vitia interim illa eis exprobrans, a quibus plurimi etiam viri non abſunt. Agno et columbae Dominus noſter Chriſtus confertur; ovibus pii, hircis (ἐρίφοις Matth. xxv.) impii; multiplici beſtiae in Apoc. cap. xiii. divi Ioannis quarta monarchia,

chia, denis horridae cornibus, ſpecie pantherina, rictu tamen leonino, pedibus urſinis, deſcribitur ſimilis: ut et apud Danielem prius, beſtia ſeu monarchia prima leoni, ſecunda urſo, tertia pardali comparatur; quarta ſimpliciter terribilis beſtia nominatur, ex omnibus nimirum praecedentibus compoſita, ne quid ei malorum deeſſet. Verum haec, et innumera hujuſmodi in ſacris literis, ſimilitudines et comparationes ſunt, non exempla; ad quae illae ita ſe habent, ut genus ad ſpecies. Sic porcos in mare praecipites dare permittitur daemoni a Domino, Matth. viii. ut ea tum hiſtoria tum ſimilitudine admoneantur mortales, omnes, qui brutam hujuſmodi porcorum inſtar vitam degant, ventri et libidinibus mancipati, daemonum arbitrio, a quibus exagitati in abyſſum perditionis ruituri ſint, permiſſum iri. Sed ut revertar ad inſtitutum, exempla, quae ab hominibus ad homines duci poſſunt, multi ex profeſſo ſcripſerunt; ut inter veteres Valerius Maximus praecipue; inter recentiores Sabellicus, Fulgoſus, Egnatius, Ioannes Raviſius Textor. Ab animalibus vero brutis ad homines accommodata exempla et documenta nemo fere, niſi paucis obiter, ſparſim; ſolus hoc tanquam ex profeſſo ſaepe ac ſtudioſe facit Aelianus, ut merito etiam ipſe, nec poſtremo inter exemplorum ſcriptores loco numerari debeat. Hoc tantum intereſt, quod illi locos communes quoſdam, et argumenti ſimilitudinem ſibi propoſuerunt; hic, ut quodque primum ſe obtulit, ita literis plerumque mandavit. Si quis tamen plura ad idem argumentum deſideret, ad eam rem adhibere adjectum in fine operis Indicem poterit. Moſes tradidit Deum mundi auctorem lapideis tabulis decem praecepta, hoc eſt, perfectiſſimas omnis humani officii leges, digito ſuo inſcripſiſſe: ſed etiam ante illas ita conſignatas non caruerat lege humanum genus, cum illa divinitus in animis hominum impreſſa eſſet, ad Dei ſcilicet imaginem factis, et hoc veluti charactere inſignitis; itaque illam paſſim boni et ſapientes viri praedicabant, inculcabantque populo. Exiſtimandum eſt autem majeſtatis ac voluntatis divinae veſtigia, indiciaque circa bonum et malum, non ſolum in mente humana eſſe ſcripta, ſed ubique in univerſo mundo et tota rerum natura, digito, hoc eſt, vi et ſapientia Dei omnipotentis (quibus ita ad res conficiendas, ut nos digitis, utitur) ut nunquam non ad eas tanquam ſpeculum aliquod reſpicerent homines, et exoleſcentem aut deficientem intra ſe hanc ſcripturam ſubinde renovarent. Nam ut viri copioſi, ac prudentes circa rem familiarem, nihil domi ſuae vacuum eſſe volunt; ſed omnia tum ad ſuos tum familiae uſus, domuſque ornatum, ſupellectile varia, operibus inteſtinis, et inſtrumentis egregie inſtructa: ut natura corporum nihil uſquam inane aut vacuum patitur, ſed replet omnia ſi non craſſis, et quae contrectare poſſis, ſubtiliſſimis tamen corporibus; ita ut nihil in tota hac corporea mundi machina ſit vel elementorum, vel conſtantium inde corporum expers: ſic Deus quoque non ſuam modo illam ſupremam aulam, et natura ſuperiorem mundum, quibus ipſe voluit rebus atque ſubſtantiis, co-

pioſiſſime ornavit atque implevit; ſed cum ab hominibus etiam in hoc inferiore mundo, tanquam altera ſuae familiae parte, agnoſci, coli, et amari vellet, paſſim per naturam, veluti alteram manum ſuam, aut digitum alterum, ſuae majeſtatis, potentiae, ſapientiae, bonitatis, denique voluntatis ſuae argumenta ceu picta delineavit: in coelo quidem et lucidiſſimis ſiderum corporibus, eorumque vicibus, et motibus admirandis ac ornatiſſimis, ad contemplationem agnitionemque ipſius, et cultum praecipue; itemque in caeteris, quae anima carent, corporibus, tum elementis, tum aliis, quae ex ipſis conſtant; in animalibus vero, quae propter ſenſum et notionem ſemper aliquid agunt, non illa tantum, ſed etiam actionum noſtrarum exempla nobis exhibuit, eaque tum bona tum mala, omnia tamen ad bonum finem. Non enim mali auctorem Deum fecerim; et malum illud non eſt, quod vitandi gratia proponitur: neque enim mali natura agnoſceretur, niſi alicubi appareret; et niſi noſceretur, caveri aut curari non poſſet. Quamobrem Deus illam in animalibus quibuſdam oſtendit (ut in aſpide, baſiliſco, et aliis venenatiſſimis feris) naturam daemonum, qui non poſſunt non mali eſſe, et tota natura perpetuo omnimodam generis humani perniciem appetunt: ſimiliter leo, lupus, et ejuſmodi ferae, cum urget fames, et eſurie incitantur, rugiunt, inſaniunt, non poſſunt non proximum quodque animal invadere, laniare. Sic, ut Heſiodus canit, natura ferarum eſt

Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς,

ἰχθύσι, καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς. Vorant igitur ſe mutuo (aut alias potius animantes genere ſpecieve diverſas aliae, cum homo in ſuum ipſe genus ſaeviat) piſces plurimi, aves rapaces, ferae, et animantium illae, quae ad rapinas crudelitatemque appoſitas partes, ac veluti arma acceperunt: dentes ſerratos, validos, acutos, prominentes; ungues aduncos, mucronatos; et ſimilia eis roſtra, ungulas, cornua. Sic igitur Deus in hiſce animalibus nobis oſtendere, quid qualeque malum eſſet, voluit; ut Lacedaemonii ſuis liberis in ſervis ebrietatem, ut, turpitudine illorum conſpecta, ipſi ab hoc vitio abſtinerent. Sed horum ego factum non laudo, qui ſervos tanquam beſtias quaſdam ducebant; non reputantes hos quoque non minus quam ingenuos Deo curae eſſe, nec minus in his corrumpendis quam illis committi ſcelus; cum unus omnium eadem ratione pater ἀπροσωπολήπτης in coelis ſit. In beſtiis igitur feris et plane brutis nonnullis malitiae ſcelerumque turpitudinem Deus nobis declaravit, ne, qualis eſſet, ignoraremus: neque hoc illis animalibus nocet ita eſſe facta, cum non judicio et ratione, ſed natura ſua ejuſmodi ſint, animam enim mortalem habent; quamobrem neque praemio afficiuntur eadem ſuae cauſa probitatis aut virtutis, ſi hoc eis nomen attribui poteſt. At homines probi, qui ratione et boni malique diſcernendi judicio a Deo donati ſunt, ſi quod bonum eſt ament ac deligant; hoc eſt, Deum imprimis ea, qua oportet, unica via per Chriſtum ſincera fide,

fide, toto animo complectantur; deinde bonis et honeſtis moribus actionibuſque eandem paſſim erga omnes teſtentur atque declarent: illi, quoniam anima immortali fruuntur, praemiis a Deo non ſolum in hac vita caducis, ſed poſtea quoque aeterno, per ejus gratiam potientur. Aegyptii cum in aliis animalibus virtutum, in aliis ſcelerum, expoſita viderent exempla; illa ex eis adorare et colere, haec odiſſe ac deteſtari voluerunt; hoc ſtulte, illud impie. Non enim honor is, qui praeceptori debetur a diſcipulo, conferendus eſt in literas, quas ille praeſcripſerit; ſed praeceptorem colere oportet, literas imitari, hoc eſt praeceptoris doctrinam in literis: ita Deum etiam creatorem adorare ſolum; in creaturis vero cum caeteris, tum hominibus ſanctis imaginem ejus propius referentibus, bonitatem auctoris admirari, laudare, imitari; ut, quoad fieri poteſt, ad ſummam patris noſtri coeleſtis, ad quam D. Chriſtus nos hortatur, perfectionem enitamur. Idcirco enim rationis et judicii vim veluti alas hominis animae adjunxit Deus, ut nuſquam inferius conſiſtere et quieſcere habeat neceſſe, ſed altius ſemper evehatur, nec alibi quam in ſummo acquieſcat faſtigio. Sic in montibus ibices et caprae ferae ſuam ſcandendi ac ſaliendi, quam acceperunt a natura, vim non negligunt; nec in vallibus aut pedibus aut lateribus montium, ſed verticibus tantum et excelſiſſimis jugis verſari, et conquieſcere gaudent. Literarum igitur loco omnem rerum univerſitatem, ſine ulla exceptione, quae aliquando incepit, habeamus; ſolum vero principium omnium, hoc eſt, Deum, et Chriſtum noſtrum, verbum et ſapientiam Dei, praeceptoris, domini, et magiſtri loco. Caeterum hic etiam diſcrimen adhiberi convenit. Nempe ut literarum aliae vocales ſunt, aliae ſemivocales, aliae mutae; ſic ex divinis illis quaſi literis, hoc eſt, Dei creaturis, aliae ſunt vocales, ut homines praecipue ſancti, qui de Deo et rebus divinis alios ſubinde tum ſermone tum vita docent; aliae ſemivocales, ut animalia; aliae mutae, ut ceterae creaturae, quae non anima, ſed natura tantum reguntur et ſubſiſtunt. Cum igitur omnes creaturae characteres quidem divini ſint, et nuſquam omnino divinitatis veſtigia deſint,

μεσαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μυὶ ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγορηὶ, μεσὴ δ' ἥ θάλασσα,
Καὶ λιμένες: et ex Deo omnia,
Δένδρεά τ' ἐβλάστησε, καὶ ἄνέρες, ἠδὲ γυναῖκες,
Θῆρές τ', οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθύς:

haec cum ita ſe habeant, non eſt metuendum, ne humilior videatur oratio futura, in qua beſtiarum mentio fiet; a quarum vita, moribus, et actionibus, exempla et ſimilitudines mutuantur, et ad hominem transferunt, non profanae modo literae, poetae ſapientiſſimi, oratores graviſſimi; ſed etiam ſacrae, et in iis prophetae, apoſtoli, Chriſtus ipſe. Imo etiam fabulas quidam de animalibus aliiſque rebus confictas non temere

nec inepte uſurparunt, multi a mutis et inanimatis rebus ſimilitudines recte et feliciter deſumpſerunt; et nos a corporibus animatis eaſdem ducere dubitamus? Atqui illa ad hominis naturam omnium proxime in hoc mundo elementari accedunt, et in hoc etiam ſuperant: quoniam homines temerarii non divinas ſolum leges, ſed etiam naturales, aliquando violant; beſtiae vero, quas communis natura leges ipſarum ſive animis ſive ſenſibus et notitiis inſcripſit, obſervant perpetuo ratas et immobiles. Itaque optimus et naturalis orator dici merebitur, qui argumenta non tam invenerit ipſe, aut confinxerit; quam ab ipſa natura, optima et communi animantium et hominum quoque genitrice atque nutrice, deprompſerit, et ex ejus tanquam copioſiſſimo penu mutuatus fuerit. Nam cum ubique ars imitetur naturam, eaque perfectior nuſquam ſit quam in animalibus; quidni multa ab iis ſubinde ad docendum argumenta ſumamus? Quidni hominem cohortemur ad agendum aliquid prudenter, callide, temperanter, provide, fortiter, hilariter, juſte, pie; quod in ſimilibus rebus, canes, vulpes, ſerpentes, columbae, ciconiae, grues, apiculae, formicae, cicadae, equi, leones, gallinacei, coturnices, et aliae innumerae animantes, naturae inſtinctu ſimiliter ſe gerant. Certe axiomata pleraque de virtutibus ac vitiis, de jure naturali, deque omni officio hominis, quae animis noſtris inſita ſunt, et fixa certaque apud omnes habentur, natura in brutis animalibus nobis approbat, explicat, declarat. Multa ſunt animalia peregrina, quae ſua raritate poſſunt admirationem excitare, et oblectare audientes quippiam de ipſorum natura referri: multa domeſtica quidem et familiaria nobis, ſed magnitudine, aut robore, aut alia dote corporis ingeniive pollent: nonnulla propter ipſam parvitatem plus admirationis merentur, ut apiculae, formiculae, quod in tantillis tanta naturae et animae ac notitiarum vis eluceſcat, tanquam id ſtuduerit ambitioſius natura, quod aliquando artifices ſolent, ut in minima materiam vim et ſapientiam maximam oſtentaret, et admirationem vis tanta adeo conjuncta et unita augeret. Sed haec hactenus: nam de multiplici, quae ex Animalium hiſtoria percipi poſſit utilitate, plura dixi in praefationibus noſtrorum *De animalibus* librorum.

Vnum

Vnum Aelianum omnium, quos in hoc volumine conjunximus librorum, auctorem esse. Et obiter quaedam de hoc scriptore, ejusque scriptis, et nominibus.

AVDIO viros quosdam eruditos in ea esse sententia, ut non unum esse Aelianum librorum *De animalibus*, *Variae historiae*, et *De ordinibus militaribus* conditorem, sed duos aut tres diversos existiment: et falsum esse Suidam, qui eos in unum confuderit; et sophistam [a] illum Aelianum, cujus meminit Philostratus, alium esse ab eo, qui *Animalium historiam* scripsit. Argumenta quibus id approbent nulla adhuc accepi (neque enim literis id evulgarunt) nisi quod orationem *Variae historiae* nimium inquiunt esse popularem, et gravitate a reliquis ejusdem auctoris operibus multum discedere, atque inde auctorem esse diversum colligunt. His ego modeste meas rationes cur unum, potius quam duos aut tres, horum librorum omnium scriptorem esse persuasus sim, explicabo; quibus ipsi verisimiliores si me docuerint, facile concedam. Ex stylo quidem, ut diversum esse admittam (etsi multa invenio similia, et in *Variis* etiam non paucas tum eleganter tum copiose scriptas historias, ubi eas excolere et perficere voluit) non efficax argumentum duci potest, quo auctor esse diversus conficiatur. Nam et olim et hodie ejusdem scriptoris aetate diversa stylus quoque differt; et vel argumenti ratione, vel propositi diligentiaeque plus aut minus adhibitae, variat. Aelianum Philostratus tradit annum sexagesimum excessisse, in qua aetate si aliter quam juvenis scripsit, mirum non est; praesertim homo in Italia natus, cui Graeca lingua paulatim discenda fuit. Libros *De animalibus* ab eo, ut instituerat, perfectos constat cum alias, tum quod Prologum etiam et Epilogum habeant. *Variam historiam* imperfectam dixerim, non modo quod iisdem careat; sed quia passim ὅτι conjunctione utitur, simplicius breviusque aliquid memorans, et veluti sibi tantum annotans, per otium postea elegantius copiosiusque descripturus. Sic auctor Epitomes in Strabonem, et alii, ubi breviter aliquid comprehendunt, et capitum argumenta indicant, hac conjunctione utuntur. In opere autem imperfecto stylus idem desiderandus non est. Quod si diversi sunt horum, quos conjunximus, librorum auctores; cur neque veterum quisquam, quod equidem sciam, neque recentiorum, di-

[a] Sophistae nomen primum philosophis datum est, deinde ad pseudophilosophos, cavillatores, et dialecticarum argutiarum peritos pervenit; inde ad rhetores, et declamatores. Et Aeliani quidem tempore non ignobile nec inhonestum fuit. Nam et Fl. Philostratus in Aeliani vita magnum fuisse sophistae nomen scribit, et ad Antoninum ita praefatur: Τὰς ἐν δόξῃ τῇ φιλοσοφῆσαι σοφιστεύσαντας, καὶ τὰς ἔτω κυρίως προσρηθέντας σοφιστὰς, ἐς δύο βίβλους ἀνέγραψά σοι. Plura leges in praefatione ejusdem operis, circa principium ejus et finem, De sophistice et sophistis. GESNERVS.

versorum

verſorum meminit, ſed unius omnes Aeliani? Quid, quod fere ſimilis eſt tractatio, quod ad capitum diviſionem, omnium ipſius operum? Nam et *Tactica* ad Adrianum ipſe in capita ſe partitum teſtatur, et argumenta praepoſuiſſe; quae tamen Robortellus in codice manuſcripto non reperiſſe ait, et Gaza quoque in ſua tranſlatione omiſit: nos Graece Latineque de noſtro addidimus. In libris vero *De animalibus* capitum diviſiones cum argumentis, ut in antiquiſſimo codice reperi Graece, ita dedi; ſicut et in *Varia hiſtoria*, ut in impreſſo prius Venetiis: etſi in neutro iſtorum operum auctor hujus diviſionis meminerit. In utroque etiam varietatem nullo ordine, aut argumento certo, ſequitur. In *Variis* etiam ſubinde quaedam de animalium natura admiſcet, et nonnulla eadem, ſi bene memini, quae in *Animalium libris* ſcribit. Camillus Peruſcus vir eruditus, qui *Hiſtoriam variam* Graece edidit Romae primus, ad diverſa exemplaria collatam, non dubitat eundem hunc eſſe Aelianum, et illum, cujus Philoſtratus ac Suidas meminerunt. Omnium quidem librorum tituli, manuſcripti et impreſſi, ſimpliciter habent Aeliani; in titulo tamen operis *De re navali* gentile additur Praeneſtini. Et Suidas etiam Praeneſtinum fuiſſe ſcribit, cum ipſe in *Variis* (lib. ii. cap. 38. xii. 25. et xiv. 45.) non ſemel Romanum ſe eſſe ſcribat; et Philoſtratus quoque Romanum faciat. Sed haec inter ſe non adverſantur. Praeneſte natum crediderim, Romae poſtea vixiſſe, et civem fuiſſe Romanum. Scribit etiam Suidas eum ζοφιϛεύσαι ἐν Ῥώμῃ, hoc eſt, *declamaſſe*, vel *Rhetoricam docuiſſe Romae*. Sophiſticus quidem et declamatorius ſtylus paſſim in ejus ſcriptis apparet, elegans ille quidem et citra affectationem elaboratus, multo autem Demoſthenis et veterum Graeciae oratorum gravitate inferior; quod et doctiſſimo viro Hieronymo Wolphio videtur. *De re navali* librum alicubi extare quidam putant; ſed qui legerit, aut viderit, hactenus audivi neminem. Is forte fuerit, cujus Aelianus ipſe in Tacticis mentionem facit, his verbis: *De acie in navalibus praeliis inſtruenda dicemus poſtea.* Iam cum *Tactica* ad Adrianum ſcripſerit, et Romae eum docuiſſe poſt Adrianum Suidas referat; et Philoſtratus Herodis, quem Aelianus audivit, patrem Atticum ſub Nerva imperatore vixiſſe ſcribat; temporum quoque ratio congruit: nam Nervam etiam Aelianus in *Tacticis* ſe conveniſſe olim teſtatur. Aeliani nomen Latinis uſitatum fuiſſe conjicio (nam et conſules quoſdam ſic nominatos legi, et Suidas meminit Aeliani cujuſdam egregii ducis ſub Valente) ab Aelio praenomine olim in uſu Romanis deductum, ut a Claudio et Valerio Claudianus et Valerianus. Porro Claudii praenomen honoris gratia ei additum puto: nam quod Suidas ſcribit, ὁ χρηματίσας Κλαύδιος, *Claudius cognominatus* vel *praenominatus* interpretor. Docent Grammatici χρηματίζειν inter caetera ſignificare etiam *nuncupari* vel *nominari*, et ita accipi a Plutarcho in Anton. et a Luca in Actis xi. Ἐχρημάτισε δὲ χρηματίσαι πρῶτον. Alibi quoque non raro ſimiliter hoc verbo utitur Suidas, ut in Philone Byblio, Ὑπαλου ἢ Σεβῆρου, ἢ Ἐρέννιον χρηματίσαντα: et alibi, Ὁμηρος, Σέλευκος χρηματίσας, γραμματικός: et, Τυραννίων Ἐπι-

κραλίδα

κρεμίδα ἡ Λινδίας, ἐχρημάτιζε ὃ Κορύμβα. Idem Suidas in Philemone Syracuſano Comico e libro Aeliani *De providentia* ſomnium hujus poetae pluribus recitat, ſtylo ſane tali, quali in *Animalium hiſtoria* utitur; in qua ipſa etiam interdum de diis et providentia ſimilia docet, et Epicureos convellit. Denique multis in locis verba Aeliani tanquam boni et elegantis ſcriptoris Suidas recitat, ut in vocibus Ταινίαι, Ἐκπαθὴς, Δαιδαλόχειρ, Βίβλον, Κλάτιον, etc. in quibus ſunt quaedam, quae in iis, quos nos damus, libris, non habentur, quod meminerim: unde alia etiam multa ab eo condita ſuſpicor. Philoſtratus quidem in ejus vita etiam Καθηγορίαν ἓξ γωνιδίου τραγάννα ab eo compoſitam auctor eſt. Liber ejus Περὶ προνοίας citatur a Varino in voce Ἀθεΐζειν. Io. Stobaeus in locis communibus ſaepe Aeliani quaedam recitat, non expreſſis librorum nominibus; alicubi tamen *Hiſtorias*, et alibi *Variam hiſtoriam* nominat.

Latinis interpretationibus Graeca eſſe conjungenda, ad interpretes librorum Graecorum et typographos admonitio.

LATINAE interpretationi librorum Aeliani Graeca e regione adjunxi, ut de fide mea et aliorum interpretum minus dubitaretur; et ut Graece etiam ſi quis diſcere vellet, commoditatem conferendi facillimam haberet; denique ſi quae in alterutra lingua dubitatio moraretur lectorem, in proximo alteram interpretis aut commentarii loco haberet. Ego certe hactenus pauciſſimos omnino libros vidi ita tranſlatos in Latinum ſermonem, ut Graeca non adjuncta, aut ſeorſum excuſa, deſiderarem. In nonnullis, praeſertim ſacris, fides interpretis ſuſpecta eſſe poteſt (multi inſcitia aut feſtinatione erramus, aut ſaepe, aut interdum;) in aliis etſi nihil horum contingeret, quod tamen vix in hominem cadit, dictio tamen interpretis vel paſſim vel alicubi obſcura ambiguave eſt, ubi vel mediocriter Graece doctus lector ad clariorem et certiorem ſenſum Graecis collatis adjuvatur. Sed etiam contra, qui Graece fuerint doctiores, non faſtidient Latina; nam mediocris quoque interpres, in rebus ipſis tamen exercitatus, et multa dum verteret meditatus, ſaepe obſcuriores aliquos locos explicabit, qui remorari lectorem utcunque linguarum cognitione praeſtantem potuiſſent. Theodorus Gaza vir egregie in utraque lingua eruditus erat: in Graeca quidem haud ſcio an unum aut alterum, dum viveret, ſui habuerit ſimilem, et hodie quoque (abſit invidia) vix eſſet habiturus; tranſlati tamen ab eo leguntur aliquot Ariſtotelis libri parum feliciter, non in univerſum dico, ſed plurimis in locis. Multo magis vero, dum Theophraſti De hiſtoria et cauſis plantarum libros convertit, paſſim inepte, imperite, aut perperam id facit: id quod ego audacter affirmo, et innumeris in locis demonſtrare poſſum, faciamque, ſi vixero, niſi praevenerit alius; quod fieri optarim,

optarim, libenter codices meos, in quibus, quae conferendo deprehendi et emendavi, annotatum eſt, diligenti et docto cuivis hoc onus molienti impertiturus; idque non modo gratis, ſed etiam gratias habiturus, quod et me hac in parte levet, aliis occupatum, inſtituto labore, et publica literarum ſtudia promoveat, et veterum auctoritati, quam interpretum imperitia labefactat, redintegrandae conſulat. Ergo ſi princeps ille Graece eruditorum Theodorus, in Graecia natus, toties in ſuis converſionibus lapſus eſt; quid de aliis dicemus? Infiniti quotidie novi interpretes exoriuntur: multi, priuſquam a Grammaticorum praeceptis neceſſariis evaſerint, interpretationem auctorum invadunt; et quae, dum linguam addiſcunt ſeque exercent, Latina fecere, committere praelis et publicare audent. Videtur autem Graecae linguae cognitio, in junioribus praeſertim (ἀεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται) levem quando arrogantiam, et vanam de ſua eruditione perſuaſionem, temere excitare; unde non minus illi ſibi placent, quam vano ſuperboque leviculi homines veſtium ornatu. Eſt enim haec lingua varia, diſerta, volubilis, elegans, levis, ἢ παμφολυγώδης πως καὶ ὀφρυώδης. Alii igitur ambitione ducti Graeca interpretantur, alii forte neceſſitate et inopia; quorum neutri diutius premere ſua et ruminare ſcripta aut volunt, aut poſſunt: feſtinat enim ambitio, cunctatione melius gloriae ſuae conſultura; paupertas moram non patitur. Et ita libri Graeci non vertuntur ſermone Latino, ſed pervertuntur. Plinius olim, vir locuples, diligens, et Graece non indoctus erat, et Latine diſertiſſimus, et juvandi mortales gratia, magis quam ambitioſe (ut ego judico) ſuam De natura hiſtoriam, magna ex parte e Graecis ſcriptoribus tranſlatam, publicavit: ille tamen quantopere ſit hallucinatus, et quoties auctorum, quos ſequitur, non aſſecutus ſententiam, de aliis forte alii dicent; ego familiares, imo praeceptores, meos Ariſtotelem et Theophraſtum (ex quibus plura, ni fallor, quam ullis aliis tranſtulit) tradendis animalium ſtirpiumque naturis ſaepiſſime non intellectos ab eo deprehendo. Sed ne ſim prolixior aut veteribus cenſendis, aut novis interpretibus, quod ſane infinitum foret; nullus profecto unquam aut fuit, aut erit, cujuſcunque linguae in aliam transferendae (de libris alicujus doctrinae et majoris momenti loquor) tam conſummatus interpres, ut non archetypum quoque a lectoribus deſiderari aut poſſit, aut debeat. Quis enim eſt, qui vel ſuam et maternam linguam undiquaque calleat, ita ut et popularem eloquentiam teneat, et ſimul nulla diverſarum artium vocabula ignoret? Sunto tamen, qui haec conſequuti ſint omnia, in ſua quiſque lingua: putaſne vero, qui idem in duabus praeſtare poſſit, inventum iri quenquam? Sed inveniatur is quoque: jamne tibi abſolutus is interpres futurus videtur? Atqui multum adhuc abeſt. Non enim ſtatim geometra fuerit, qui vocabula huic ſcientiae propria intellexerit; neque medicus, qui partium corporis humani, herbarum, remediorum, morborumque nomenclaturas in numerato habuerit omnes. Artis inſuper peritus, et in ea mediocriter exercitatus, ſit oportet, ut

geometra

geometra medicuſve ſit, vel dicatur; aut ex una lingua in alteram medicos geometricoſve libros recte transferat. Non igitur verborum cognitio abſolvit interpretem, ſed rerum quoque peritiam adjungat neceſſe eſt. Verum in aliis linguis, quarum vulgaris hodie in diverſis regionibus uſus eſt, ſimul duabus excellere facilius fuerit; in Graeca vero et Latina, jam apud ſuos populos deſitis, et tanto labore ac tempore condiſcendis, difficillimum. Quamobrem cum hiſce duabus linguis vetuſtiſſimi quique et optimi libri ſacri profanique contineantur, moneo, ut quicunque poſthac aliquid ex hiſce interpretandum ſuſceperint, vel ſuae interpretationi et apographo archetypum Graecum adjungant, vel Graeca ſeorſum edi curent (hoc in majoribus, illud in minoribus libris, commodius fiet) ſi illi modo et eruditis hominibus gratificari volent, et ſuae auctoritati fideique conſulere. Quod me quidem attinet, ego etiam in pluribus erranti, ſi Graeca quoque dederit, ignoſcam facilius, quam, ſi non dederit, in paucis: et ſpero eandem ob cauſam mihi etiam et caeteris interpretibus aequiores fore homines doctos, ſicubi in his Aeliani operibus vertendis hallucinati ſumus. Porro typographos quoque moneo, ut Graeca libenter ſuſcipiant; et ſi minus quaeſtuoſam eorum diſtractionem ſibi futuram putant, exemplaria cudant pauciora, pluriſque vendant. Sic enim in pleriſque ſibi, ſuoque lucro, conſulent; ac, ſi non brevi, paulatim tamen, libri illi vendentur melius, quibus adjuncta fuerint Graeca: cum tranſlationes ſolae, praeſertim minus doctorum (qui ſemper major eſt numerus) a doctioribus reprehenſae ſaepe ab omnibus negligi, jacere, et perire ſoleant. Accedit et haec commoditas, quod emendatiores in utraque lingua libros ſic poſſe conſervari ſpes ſit; nam ſi quid dubium aut depravatum occurrat, mox alterum ex altero emendari poterit. His fere rationibus ego inductus volumina aliquot hucuſque Graece Latineque excudenda curavi, nempe foecundiſſimum Ioannis Stobaei Anthologium, idque ſecundo etiam auctum emendatumque; item Antonii et Maximi veterum in Graecia monachorum Locos communes ex ſacris et profanis ſcriptis utiliſſime collectos, qui tamen non e regione collocati, ſed in utraque lingua ſeorſum prodiverunt; et hoc tempore *Aeliani opera*. Quod ſi Deus annuerit, etiam alia deinceps utilia ſtudioſis ſimiliter in utraque lingua vel edam ipſe, vel aliis, ut edant, auctor ero.

De Exemplis et Argumentorum ratione in genere quaedam, et quod ab Animalibus efficaciſſima ſumantur.

QVONIAM exempla a beſtiis ad homines trahi ſuperius ſcripſi, ne quis exempli vocabulo me abuſum exiſtimet, plura de exemplis, ſimilitudinibus, ac parabolis, tum quod ad ſignificationem, tum argumentorum ex eis vim, hic adferam; quod equidem nec inutile, nec ab inſtituto noſtro alienum fore exiſtimo, quando quicquid ab animalibus ad formandos hominis mores in orationem venit, exempli aut parabolae inſtar enunciatur. Primum igitur *exemplum* videtur dictum, quod ad contemplandum extet (nam *e* vel *ex* praepoſitio conſpicuum aliquid ſignificat, ut in his verbis *extare*, *exiſtere*, *exedra*, *eminere*; et unde quid agendum quove abſtinendum colligamus, non aliter, imo certius, quam e templis ſuis per auguria et auſpicia quondam augures. Porro *argumenta*, quibus aliquid perſuadere conamur, aut a ratione, aut ab auctoritate proficiſcuntur. Ratio aut probabilis et veriſimilis eſt, aut vera et neceſſaria. Auctoritas aut divina eſt, aut humana, aut naturalis. Rurſus divina aut a dictis aut a factis ſumitur, ut humana quoque. Sed auctoritas divina (hoc eſt, a Deo, vel hominibus ſanctis, qui divino afflati ſpiritu ſermone factove aliquid docuerunt) utroque modo tum dictis tum factis, perpetuo firma et indubitata, non minus, imo magis, quam ulla vera neceſſariave ratio judicari debet. At humana auctoritas non vera, ſed veriſimilis eſt; nam, ut vulgo dicitur, *quot capita, tot ſententiae:* nec enim vulgus modo, ſed etiam ſapientes exiſtimati, ſententiis plerumque plurimum variant. Ea quidem, quae a ſapientum hominum moribus, virtutibus, aliiſque factis ſumitur perſuaſio, multo plus momenti adfert ad perſuadendum, et non auctoritas tantum, ſed exempli nomine appellatur. Multa autem clarorum hominum cum dicta, tum facta, in *Variae hiſtoriae* libris Aelianus deſcribit. Tertio loco opera et facta naturae poſuerim, per quae nobis veluti loquitur illa, et exempla toto mundo paſſim vel ad imitationem vel ad fugam proponit, idque in animalibus praecipue, ceu vivis ſuae ſapientiae indiciis. Et cum hominum natura depravata longe ab archetypo ſuo receſſerit, animalia vero primitivam ſuam et naturalem ſingula vim retinuerint, efficaciora, quae in ipſis ſpectantur, exempla fuerint. Plurimae enim actiones animalium veluti χρεῖαι quaedam et χρειώδεις hominibus, id eſt, ad vitam eorum melius inſtituendam utiles, exiſtimari debent; nam inter chrias ipſas praetulerim, ceu vehementiores, ubi quis non dicit, ſed facit aliquid. Siquidem, Quintiliano teſte, *etiam in ipſis factis chriam putant* eruditi: *ut Crates, cum indoctum puerum vidiſſet, paedagogum ejus percuſſit. Et aliud*, inquit, *pene par ei, quod tamen eodem nomine appellare non audent, ſed dicunt* χρειώδες: *ut Milo, quem vitulum aſſueverat ferre, taurum ferebat.* Quod ſi fabulae et apologi ab animalibus conficti, quales Aeſopi

et

et aliorum plurimi ſunt, movere poſſunt homines, et *ducere animos*, ut ſcribit Quintilianus, *praecipue ruſticorum et imperitorum; qui et ſimplicius, quae ficta ſunt, audiunt; et capti voluptate facile iis, quibus delectantur, conſentiunt (Horatius ne in poemate quidem humilem uſum hujus generis putavit,*

Olim quod vulpes aegroto cauta leoni:

et primus earum auctor Heſiodus videtur) multo magis ea, quae vere de animalibus praedicantur, et ex eorum natura ſumuntur, movere non modo rudiorum, ſed eruditiorum quoque animos poterunt.

Ex Quintiliano. *Potiſſimum eſt*, inquit, *inter ea, quae ad probationem pertinent, quod proprie vocamus exemplum: id eſt, rei geſtae, aut ut geſtae, utilis ad perſuadendum id, quod intenderis, commemoratio. Intuendum igitur, totum ſimile ſit, an ex parte; ut aut omnia ex eo ſumamus, aut quae utilia erunt. Interim ex majoribus ad minora, ex minoribus ad majora, ducuntur exempla. Ad exhortationem vero praecipue valent imparia. Admirabilior in femina, quam in viro virtus. Quare ſi ad fortiter faciendum accendatur aliquis, non tantum afferent momenti Horatius et Torquatus, quantum illa mulier, cujus manu Pyrrhus eſt interfectus; et ad moriendum non tam Cato et Scipio, quam Lucretia; quod ipſum eſt ex minoribus ad majora.* Haec Quintilianus. Videntur autem ejuſdem generis eſſe, quae a beſtiis ducuntur, ſive exempla, ſive ſimilia; quae et ipſa ad hominem ſi accommodentur, a minori ad majus ducuntur. Nam ſi ea, quae nihil aut minimum rationis habent, fortiter aliquid aut provide agunt; vix dignus venia fuerit homo, rationis compos animal, ſi quid timide, ſi temere fecerit.

Proximas exemplo, inquit rurſus Quintilianus, *vires habet ſimilitudo, quae ducitur citra ullam tranſlationum mixturam ex rebus pene paribus. Nam* παραβολὴ, *quam Cicero* collationem *vocat, longius res, quae comparantur, repetere ſolet; nec hominum inter ſe opera ſimilia ſpectantur. Sed* παραβολὴ *a mutis, atque etiam inanimis, interim hujuſmodi ducitur: ut ſi animum dicas excolendum, ſimilitudine utaris* terrae, *quae neglecta ſentes atque dumos, exculta fructus creat: aut ſi ad curam reipublicae horteris, oſtendas* apes *etiam* formicaſque *non modo muta, ſed etiam parva animalia, in commune tamen laborare. Et Cicero pro Cornelio* equorum, *pro Archia* ſaxorum *quoque eſt uſus ſimilitudine.*

Exemplum, inquit Valla, *eſt ipſa res, quam imitamur; aut, ſi ita ſors tulerit, devitamus in aliquo. Ille autem, in quo ſunt virtutes, vel vitia, exemplar dicitur alicujus facti.* Plura in univerſum de vi et ratione exemplorum, et parabolarum ſive ſimilitudinum, qui voluerit, leget in Rhetoricis ad Herennium, et in libris De inventione Rodolphi Agricolae; item apud Ammonium, et Suidam in voce Παράδειγμα, et Euſtathii indice in Παραβολή.

De STYLO AELIANI.

Ad Lectorem.

DVM Graeca Aeliani ſcripta percurro, obiter pauca quaedam obſervavi, quae rariuſcula circa dictiones et phraſes aut ſyntaxin in hoc auctore mihi videbantur, quibus et ab aliis uſitata quaedam propter elegantiam inſerui, quae hoc in loco Graecae linguae ſtudioſis hominibus communicare volui; ocioſior aliquis multo plura his accumulare poterit. Numerus prior librum, poſterior caput ſignificat: *Anim.* opus *De animalibus*; *Var. Variae hiſtoriae.*

In genere quaedam.

REpetendum aliquid interdum: ut iv. 47. *Anim.* Ἥειναὶ ϗ ὅταν ἐπάρχων) τρέπαὶ τῦ ἔτυς, τηνικαῦτα ἀνθρώπους) Ἀρκτέρυ τε ἀνθρωπλαὶ (repete ὅταν ἐπάρχωνται) ὅδ' ἀναχωρεῖ ἐς τὰ οἰκεῖα.

Aliquando ſupplendum aliquod nomen Attico more: ut *Var.* xiii. 30. Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρυ, ſubaudi μήτηρ. *Ibidem* ii. 43. Ὁ Σωφρονίσκυ, ſubaudi πατὴρ. Et xi. 7. Ἀρχέσεῳ ἔλεγε, δύο Ἀλκιβιάδας μὴ ἂν ἐπωμεῖναι ἡ τὴ Ἀθηναίων, ſupple πόλιν. Τὴν τεθηλυῖαν, ſubaudio φύσιν, *Var.* xiii. 16.

Enallage numerorum et caſuum non infrequentes ſunt ei: ut *Anim.* xii. 42. Δέλεαρ καθιᾶσι τοῖς σκάροις κοχλίαννα· ϗ ἔστιν διθήκεται ταῦτα, ϗ ἐλεῖν ῥᾴξα· προσνεῖ γὰρ αὐτοῖς ὁ σκάρος. Et *Var.* x. 16. Οἱ γὰρ ἐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον. Et *Anim.* xiii. 14. Ὅτῳ γὰρ λαγῷ εἰσιν αἱ ἐν τοῖς θάμνοις Δαφνεῖαι, νωθεῖς μᾶλλόν ἐστι. Sic adjectiva neutra pluralia pro ſingularibus ſaepe accipit ſignificatione ſubſtantiva: ut, Εἶναι οἱ ἔναστονδα (pro ἀστονδὴν, φιλίαν, εἰρήνην) πρὸς λύκον. Alias vero pro adverbiis: ut Ἐρᾷν δεμύταλα, pro δεμυλάτως.

Nominativus pro obliquo, praecipue cum pronomen αὐτὸς vel ἕτος in obliquo ſequitur. Sed et alias interdum: ut *Anim.* xiv. 5. Ἐλέφας ὁ θῆλυς, πιμιώτερος εἶναι τὰ τέτρα κέρατα οἱ σοφοὶ ταῦτα ὑμνῦσί γε. Et mox: Ἐν Μαυρυσίᾳ γῇ οἱ ἐλέφαντες δεκάτῳ ἔτει παύλης αὐτοῖς τὰ κέρατα ἐκπεσεῖν πεφύκασι. Et *Var.* ii. 13. Ἀλλ' οἴγε ξένοι, τὸ γὰρ κωμῳδούμενον ἠγνόουν, θρᾷττα παρ' αὐτῶν ἐπανίσασθαι. Et ii. 41. Καὶ Λακύδης ὁ ϗ Τίμων οἱ Φιλόσοφοι, ϗ τέτρα πιεῖν πάμπολύ φασι. Vide etiam inferius in alphabetico ordine in Αὐτός.

Σαῦρον τῶν νεαρῶν, pro σαῦρον νεαρὸν, et hujuſmodi, ut Aelianus, ſic Graeci plerique, et Latinorum etiam quidam.

Rariſſimus eſt indicativi pro infinitivo uſus: ut *Var.* xii. 39. in fine, Φασὶ τὸ Σεμίραμιν, εἴποτε εἶλε λέοντα, μέγα ἐφρόνει, pro φρονῆσαι.

Comparativus eſt quando poſitivi locum obtinet: ut Καὶ ταῦτα εἰπεῖν ἢ χεῖρόν ἐστι. Sic *Anim.* vi. 44. Καὶ

ὅ μοι λέγειν αὐτὸν ἥδιόν ἐστιν. Et *Var.* ii. 23. Οὗ μοι ἥδιον μεμνῆσθαι αὐτοῦ. Et contra interdum: ut *Anim.* viii. 12. Οἱ πρῶτοί μου ταῦτα ἀνιχνεύσαντες, pro πρότεροι. Videtur et ſuperlativum pro comparativo poſuiſſe, *Var.* x. 13. Καὶ τὸ ἔτι τούτων αἴσχιον, ὅτι τὴν αἰσχίδα ἀπέβαλεν.

Verba in praeſenti tempore loco praeteriti vel aoriſti, et de eadem re ſaepe utrorumque temporum verba uſurpat, et miſcet: ut *Anim.* iv. 7. Ἀκούω τῶν Σκυθῶν βασιλέα ἵππου αἰσθάνεσθαι ἔχειν, pro ἐσχηκέναι: ſequuntur autem aoriſti ſecundi, deinde rurſus alia verba in praeſenti aoriſtorum loco. Et cap. 54. Παῖδα λέγουσιν ἐσθίειν αἰσχίδα λαχεῖν, καὶ μύωπι παρ' αὐτὴν εἶναι θαυμαστόν· εἶτα φοιτῶσαν τῷ ἑρωμύῳ προλέγειν ὀναρ τὰς ἐπιβουλάς etc. Et v. 28. Ἐν οἰκίᾳ τρέφεσθαι πορφυρίωνα καὶ ἀλεκτρυόνα ἥκουσα, καὶ ζηλοῦσθαι μὲν τὰ αὐτά, βαδίζειν δὲ τὰς ἴσας βαδίσεις, οὐκοῦν ἐκ τούτων φιλίαν αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι. Et *Var.* xii. 45. Φεύγιοι λόγοι ἄδουσι Μίδᾳ καθεύδοντι μύρμηκας εἰσέρπειν εἰς τὸ στόμα. Vice verſa etiam aoriſtus pro praeſenti ponitur: ut ix. 3. *Anim.* Ἐὰν ἢ βλακεύσῃ, διέπρασεν αὐτὸν ὁ πατήρ. Et verbum ſubſtantivum in imperfecto praeſentis ſignificationem ſaepiſſime habet: ἦν pro ἐστί, ἦσαν pro εἰσί.

Participium pro verbo: Κύων θηρεύσασα, λαγὼς ἦν ἦν τὸ ἄγρευμα αὐτῇ, καὶ ἐκύει ἡ κύων, vii. 12. *Anim.* pro κύων ἐθήρευε, *canis venabatur*. Et xiii. 22. Καὶ αὐτοῖς παιδεύμασι τὴν φρουρὰν ὑπ' ἀλλανυσάξασι, ſi recte ſcribitur, pro ἀλλανυσάξαι: hoc eſt, *Et ne ſuas vices ſomno capti negligant, diſciplina quadam aſſueſcunt*. Et vi. 60. Μασσαγέται κρεμάσαντες τὴν φαρέτραν πρὸ ἑαυτῶν, εἶτα μύωπι ὁμιλεῖ τῇ θηλείᾳ ὁ ἄρρην.

Conjunctio quandoque deſideratur: ut x. 50. *Anim.* Ἠὼς ἦ (ſic enim lego) καὶ φωσφόρος, καὶ ὁ βωμὸς ὅλος ἀνθρακιάν, ὃ πρόσθεν φωφαίνει, *Cum vero jam aurora illuceſcit*, etc. Vide inferius in Ei.

Dictiones quaedam et phraſes, ordine literarum notatae.

Ἀκρατῶς καὶ ἀμαχῶς, *Anim.* xiv. 46. *Vehementer, adeo ut reſiſtere nequeas.* Ἀκρατῶς ἔχειν φθόνου, *Var.* xii. 9. *Nimium gravari invidia, invidiae non poſſe reſiſtere.*

Ἀλλὰ abundat: ut *Var.* ii. 10. Τιμόθεον ἀκούω τὸν Ἀθηναίων στρατηγόν, etc. ἀλλὰ τοῦτόν γε Πλάτωνι τῷ Ἀρίστωνος εὐτυχόντα εἰπεῖν. Et cap. 21. Ὃ ἦ μὴ εἰς πάντας πεφοίτηκεν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρῶ. Et vi. 10. Οἱ γὰρ δύο παῖδες Πάταικός τε καὶ Ξάνθιππος, ἀλλὰ ὅτου μὲν κῆδος τὸν νόσον ἀπέθανον. Et ii. 23. et alibi.

Ἀμφισβητῆσαι ὥρας, *De pulchritudine certaſſe*, xii. 14. *Var.*

Ἄμαχος, *ſummus, vehemens, nimius*. Κυνὸς εἰς τὰ τρέφοντα ἄμαχος εὐνοια, vii. 10. *Anim.* Φαγεῖν ἄμαχοι, *Voraciſſimi*, i. 1. *Var.* Et alibi ἄμαχον et ἀμήχανον ſimul dixit pro *vehementi*. Vide Ἀκρατῶς paulo ante.

Ἂν fine verbo. Παῖδα ὡραῖον, ὡς ἂν Αἰγύπτιον, *Anim.* iv. 54. *Formoſum puerum, ut Aegyptii formoſi eſſe poſſunt*. Et x. 1. ſine ἄν. Μόχον ἐλέφαντος ὡραῖον, ὡς ἐκεῖνοι, *Vt elephanti formoſi eſſe poſſunt*.

Αὐτὸς pro articulo interdum capi videtur, vel abundare: ut *Var.* xiii. 1. Καὶ αὐτὰ ἕκαστα τῶν δρυμώνων καλασκεψάμενοι. Idem in obliquis ſaepe abundat,

[a]bundat, ſed ita, ut praecedat rectus alicujus nominis pro obliquo poſitus. Οἱ δελφῖνες, τὸ μὲν Φιλόμυσον αὐτῶν, xi. 12. *Anim.* pro τῶν δελφίνων τὸ Φιλόμυσον. Αἱ δ' αἶγες, οὐκ ἂν αὐτὰς λάθοι τὸ ἤδη προειρημένον, vii. 26. *Anim.* pro, τὰς δὲ αἶγας, οὐκ ἂν λάθοι. Vide ſuperius in *Enallages caſuum* mentione.

Γὲ μὴν pro ἤ, poſt μὲν. Κυμαινόσης μὲν τ᾽ θαλάσσης, σκληρόν γε μὴν ἢ ἀνέμων καταπνεόντων, ix. 57. *Anim.* Et ix. 58. *Anim.* Τῶν μὲν, ἢ ἤ, ἢ γε μεῶ, in tribus membris. Et x. 22. ſimiliter. Et x. 27. Μικρὰ μὲν, χαείσασα μεώ.

Εἰ conjunctionem aliquando omittit, ut ſubaudienda ſit: ut lib. xvii. cap. 9. *Anim.* Δεῖ ἤ πάλιν τροφῆς, ἢ ἀφελεῖν τι, ἢ οἱ πόδες οἱ τέως, χεῖρες ἐγχώουσο, pro εἰ ἤ πάλιν τροφῆς δεῖ. *Quod ſi rurſum opus ſit cibo, et aliquid apprehendere, tum qui antehac pedes erant, manus efficiuntur.* Et xvi. 18. *Anim.* Καὶ ψηλαφήσεις, id eſt, *Et ſi contrectes.* Et mox rurſus ibidem. Vide ſuperius in fine eorum, quae *in genere* obſervavimus.

Εἶναι Attico more παρέλκον, viii. 15. *Anim.* Ἐκόντες εἶναι ὑ προσίασι τῇ χώρᾳ.

Εἰς cum accuſativo precii. Ἐπιπρίσκετο εἰς ſαλῆρας πεντήκοντα, *Var.* xii. 12. *Vendebatur ſtateribus quinquaginta.*

Εἰς γόνυ πίπτειν, proverbium non animadverſum ab Eraſmo Rot. Οὐ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς γόνυ πεσοῦσαν, ἀλλ᾽ ἐπὶ ſόμα, *Var.* iii. 17. *Non in genu collapſam, quod aiunt, ſed in os:* hoc eſt, non mediocriter, ſed penitus afflictam.

Εἶτα ſaepe abundat. Τῇ τῦ σώματος ῥώμῃ θαῤῥοῦντες ἄμφω, εἶτα ὑ δεῖται θατέρου ὁ ἕτερος. iv. 3. *Anim.*

Ἐκ τειτων, pro τείτου, ix. 64. *Anim.* Λέγει Ἀριſτέλης, ἢ Δημόκριτος πρὸ τύτου, Θεόφραſός τε ἐκ τειτων ἢ αὐτός φησι. Ἐκ de patria: ut *Var.* ii. 21. Παυſανίας ὁ ἐκ Κεραμείων, *Oriundus Cerameis.* Et xvii. 9. *Anim.* Κρήτης ὁ ἐκ τῦ Μυσίου Περγάμου.

Ἐμπλάσσεσθαι τοῖς δικτύοις, *Anim.* xii. 47. *Inhaerere retibus, intruſum vel intricatum inhaerere:* quod noſtri dicunt **geſtecken**, hoc eſt, *infigi*, ut lignum terrae lutove inſertum figitur. Sic xv. 1. *Anim.* Ἐμπλάσσεται τῷ ἀγκίστρῳ, alias ἐμπαλάσσει. Et xvi. 25. *Anim.* Ἵπποι τοῖς νεκροῖς ἐμπλατόμενοι, etſi codex manuſcriptus habet ἐμπαλατόμενοι, quod non placet. Apparet enim metaphoram eſſe ductam a medicamentis, quae Graeci emplaſtra vocant, vel emplaſta; quae lenta tenacitate ſua cuti adhaerent, et quaſi agglutinantur: unde et emplaſtica quaedam dicuntur, quae ejus ſunt facultatis, ut veluti cruſtam inducant cuti illita, meatuſque obſtruant.

Ἐπεὶ tanquam adverbium temporis, *Var.* ii. 35. Ἐπεὶ δέ τις αὐτὸν παρῆλθε τ ἐπιτηδείων, *Cum familiaris quidam eum acceſſiſſet.*

Ἐπιθανάλιως, quod ab aliis dicitur ἐπιθανάτως, *non ſine mortis periculo.* Οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ ἤ ἐπιθανάλιως εἶχον, *Var.* xiii. 27. *Alii moriebantur, alii morti proximi erant.*

Ἁπλῶ pro *ſimpliciter*, vel *ſimplici ratione.* Λευκὸν ἤ, ὐχ ὡς εἰπεῖν ἔπος, ἀλλὰ καὶ χιόνος ἐπέκεινα, iv. 36. *Anim.* id eſt, *Non ſimpliciter album, ſed plus quam niveum.* Sic Plato lib. i. De repub. Διόρισαι, πότερον λέγεις τ ἄρχοντά τε ὡ τ κρείττονα, τ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν,

εἰπεῖν, ἢ τ ἀκριβεῖ λόγῳ, id est, *Explana, utro modo principem et praestantiorem dicas, utrum secundum vulgus* (qui vulgo sic dicitur, qui nomine tantum princeps sit, non etiam reipsa) *an secundum exactam rationem.*

Ἕρμα videtur *vinculum, laqueum,* aut *fasciam* significare; ut ἑρμάζειν Hippocrati, *vincire, fasciare, et partem astrictam immobilem reddere.* Καὶ τοῖς καλόπλοις ἕρμαλα ἰσχυρὰ ὑποπλέκουσι, xvii. 25. *Anim.* ubi Diodorus habet ἁπάστρα. Locus est *De captura simiarum.* Item cap. 37. Ἀετὸς τ ξ ὄφεως ἀπείρατος ἁλιπετῶν ἕρμασιν.

Ἐαθῆτα ἥαθηλο, *Var.* xii. 32. Et xiii. 1. Στολὴν ᾗ ἥαθηλο ἀπεράσμονα: et ἡαθημμένος, ix. 34. *indutus*; tanquam a praesenti ἑαθέομαι, quod in usu non est. Ἕαθημα tamen, et ἕαθησις (id est *vestimentum, vestitus*) a praeterito ἥαθημαι formata videntur. Legitur et ἐαθημμένος sine augmento apud Herodotum.

Εὐήτειος χιτὼν, ὁ λεπτὸς καὶ εὔυφὴς, id est, *tunica subtilis et probe contexta*, ut Grammatici interpretantur. Χιτῶνα ἐρίων πολυτελῆ καὶ εὐήτειον, *Var.* i. 16. Eustathius sic dictum monet ἀπὸ ἠτείων, ὅ ἐστιν ἐν τοῖς ὕφεσι σημόνων.

Ἥκιστος, *minime potens, ineptissimus, infirmissimus.* Ἥκιστός ἐστι θηρᾶν, *Ad venationem minime sufficit,* ix. 1. *Anim.* Et iv. 31. *Anim.* Κρυμὸν φέρειν ἥκιστός ἐστιν, *Impatientissimus est frigoris.*

Ἤπερ ἔν, *quam,* multis in locis.

Θαρρεῖν cum accusativo, subaudita praepositione πρός. Δέδοικε γὰρ τὰ θηρία, τὸς δ ἀνθρώπους θαρρεῖ, *Anim.* vi. 11. *Cerva paritura a feris sibi metuit, erga homines vero confidentior est.* Sic alius quidam veterum: Οὐ τεθαρρηκότων μάχλῳ τ ἐναυλίων.

Ἰμάτιον, quaere Χιτών.

Καθήμενα χωρία, *loca humilia et plana,* τὰ κοῖλα καὶ ὁμαλά. *Var.* iii. 1. Καθήμενα καὶ λεῖα χωρία nominat. Et *Anim.* xvi. 12. Ἐν τοῖς καθημένοις χωρίοις, καὶ τοῖς τεναγώδεσι καὶ ἀπέδοις.

Καὶ aliquando abundat, ut in his verbis, κατὰ τύχην καὶ λυπεῖ.

Καλῶς εἶχε τῷ παιδὶ ὀχεμένῳ, *Anim.* vi. 15. *Puer vehi gaudebat,* absolute.

Ἐν καλῷ εἶναι, simpliciter, vel cum genitivo. Ἀποθανεῖν ἐν καλῷ ἐστι, *Var.* x. 11. *Tempestivum* vel *opportunum est mori.* Καὶ ὅς γε ᾤετο σχέπης ἐν καλῷ εἶναι, *Anim.* vii. 25. *Putabat se plane esse tutum.*

Καλὰ ἄγραν καὶ νομήν, *Var.* xiii. 1. *Ad venationem et pascua.*

Κεκηρυγμένος εἰς τήνδε σοφίαν, *Anim.* vi. 10. *Hac arte celebris.*

Λιβύα, τ Λιβύας, iv. 2. *Anim.* cum communiter dicatur Λιβύη, τ Λιβύης.

Λιπαρὴς, *assiduus, perseverans, instans.* Ἐπεὶ ᾔ ἦν λιπαρέστερος ὁ Διογλύης, καὶ ἐνέκειτο, x. 16. *Var.*

Μὲν et δὲ, plerumque aliquid contrarium inferunt, saepe diversum tantum: ut vii. 34. *Anim.* Κυρτὶς μικρὰ μέν, πυκνὴ δέ. Aliquando ne diversum quidem: ut xii. 31. *Var.* Οἱ μὲν ἐπείθοντο, οἱ δὲ γίνονται καλὰ τ Κλεωναίων χώρων, de iisdem, non diversis.

Μὴ interrogative, xii. 22. *Var.*

Μηλὶς,

Μηλὶς, ἡ, *Melinus color, nativus*, a Melo insula dictus, *candidus*, etc. apud Plinium.

Μήτι γῦν, *nedum, non solum.* Εἶγε καὶ οἱ παῖδες, μήτι γῦν οἱ ἄνδρες, xii. 9. *Var.* Hermogenes μήποι γε, eadem significatione dixit.

Μηλεὶς Cretice pro *patria* xvii. 35. *Anim.* et *Var.* xiii. 38.

Ὁ, articulus cum suis casibus varie usurpatur. Τὰ μάλιστα, xiii. 2. *Var.* τὰ abundat. Et alibi: Ὑπὲρ ἐκείνων, ὧν ἔλεγε Πλάτων, pro ἃ ἔλεγε: *De iis, quae profitebatur Plato.* Μάχη καὶ φόνος τε καὶ τε, *Anim.* viii. 10. *Pugna et caedes fit utrorumque*, vel *utrinque*. Ἐν ᾧ τοῖς καὶ ὅτι ἠρέσθη, viii. 11. *Anim.* pro ἐν ᾧ τύποις, vel τοῖς ἄλλοις: sic etiam xiv. 27. Et *Var.* xii. 1. Ἐν ᾧ τε καὶ Ἀσπασία ἦν, *Inter caeteras et Aspasia erat.* Ὁ δὲ abundat, *Var.* iii. 20. vel pro καὶ ὁ αὐτός. Similiter et ὅδε una vox aliquando redundat, ut et ὅτος alibi.

Οἷα, τοιαῦτα, *veluti, sic*, adverbialiter. Καὶ οἷα ἡμεῖς τὰς θεὰς ἄγομεν θαυμαστὰς, τοιαῦτα καὶ τὰς κροκοδείλας οἱ Αἰγύπτιοι, x. 21. *Anim.* Στολὴ δὲ ἦθητο τοιαύτην, οἵαν μὴ ὑποδεῖν Ἀρτέμιδος, *Var.* xiii. 1. *Vestitu utebatur, qui quam proxime referret Dianam.*

Οἷος vel οἷός τε, *idoneus*. Οἷοι μὴ λυπεῖν, v. 15. *Anim.* pro τεφυκότες: *Ejusmodi, ut minime molesti sint.*

Οἷος pro ὅμοιος. Πόδας δέ μοι νόει οἷας εἶναι λέοντος, iv. 21. *Anim.*

Ὁποῖα, *talia*. Οἱ δὲ ὁποῖα παλαμῶνται, vi. 23. *Anim.*

Ὁμιλεῖν pro ζωγραφίζειν alicubi.

Ὅσα ἰδεῖν, xiii. 2. *Var. Quod ad aspectum.*

Ὅτι abundat, *Var.* xiv. 15. Ὅτι τρέψον τὸ πινάκιον, etc. Verba sunt cujusdam incipientis alterum alloqui. Alibi vero persaepe in eodem opere breviter aliquid commemorans, vel notans, ut in capitum vel librorum argumentis solemus, et in excerpendis aliorum scriptis, hac conjunctione utitur.

Οὗτος abundat xiii. 2. *Var.* ut et ὅδε alibi.

Οὔκουν, pro καὶ οὐκ, iv. 7. *Anim.* ubi et ὃ παρέλκον sequitur, ut videtur.

Οὐ μὴν *Var.* viii. 12. (etsi codex impressus habet ὃ γὸ) videtur affirmative poni.

Παλίντροπον xv. 19. *Anim.* est *retro et in contrarium versum.* Et forte hic παλιώδυνον dicit vim illam occultam herbae (ut de anacampserote nugantur) quae testudinis foeminae animum a mare aversum ad amorem revocat et cogit, ἢ εἰς τὸ ἀνάπαλιν καὶ ἐναντίον ὁρμὴν ἢ ὠδῖνα, ἤγουν Φροντίδα.

Πᾶν pro πάντες, de hominibus: ut xvi. 14. *Anim.* Οἱ θρόται καὶ πᾶν τὸ περὶ σοῦ ἀγροὺς ἐργαλικὸν ἀναπαύσουσιν αὐτὰς, *Omnes operarii ruris.*

Περὸν expletiva particula frequentissime utitur. Nam plerumque dicit ὁπερὸν, ὡπερὸν, pro ὃς, ὡς: et ὅπερ, ὥπερ: aliquando ὡς ἔν: rarenter ὡς solum. Δὴ etiam et δήπου apponit, ut οἷα δὴ, οἷα δήπου: et οἱονεὶ, pro οἷον: ὅσγε pro ὅτος.

Πομπὴ, *impulsus, providentia.* Κατά τινα θείαν πομπὴν ἡθεῖσα τῷ βρέφει, *Var.* xiii. 1. *Providentia quadam divina.* Et viii. 1. Φωνὴν πολλάκις ἔφασκεν ὁσίαν πομπῆς ἐγκεκληρωμένην αὐτῷ. *Saepe sacri alicujus auspicii vocem ceu sorte quadam sibi obtingere dicebat.*

Πραόνως,

Πρᾳόνως, v. 39. *Anim.* pro πρᾴως. In Lexicis πρᾳϋμῴως legitur.

Ῥήτρα τε πρὸς αὐτὸν ἢ ὁμολογία γίνεται, *Var.* ii. 7. *Pactum et conditiones intercedunt.* Et *Anim.* xv. 24. Ὑπὲρ τῶν βοῶν αὐτοῖς αἱ συνθῆκαι τῶν Ἰνδῶν οἱ ἄρχοντες, καὶ ποιοῦνται ῥήτρας ὅτι χρυσίῳ παμπόλλῳ καὶ ἀργυρίῳ. Gyllius vertit, *ſponſionem faciunt.*

Σκέπη, *protectio, tutamen.* Τῶν δ' ἄλλων ἰχθύων οἱ τῇδε ἰχθῦς ἐν σκέπῃ εἰσί: *Tuti ſunt hoc in loco piſces a caeteris omnibus*, ix. 59. *Anim.* Et vii. 25. Καὶ ὅς γε ᾤετο σκέπης ἐν καλῷ εἶναι: *Putabat ſe plane eſſe tutum.*

Συλλαβεῖν, *conjicere, ſuſpicari. Anim.* vii. 25. Καὶ ζυλλαβεῖν ἔνι τῷ δρωμένῳ κακὸν εἶναί τι ὑπολανθάνον.

Τὲ conjunctio aliquando abundat: ut, *Anim.* xii. 28. Καὶ φυκίδες τε καὶ μαινίδες.

Τὶς ἢ οὐδείς, *nullus fere, pauciſſimi omnino.* Θαυμάζει τις ἢ οὐδείς: *Quotus quiſque miratur?* vii. 8. *Anim.* Et ſimiliter vi. 58. in capite *De phoenice.* Et v. 50. Ἤ τι ἢ οὐδέν, id eſt, *minimum.* Talis et illa locutio eſt, iv. 53. Ἀνθρώπῳ ᾧ δεῖ πόσων μὲν τὰ μαθημάτων, πόσων δὲ τὰ πληγῶν, ἵνα ἢ μάθῃ ταῦτα εὖ καὶ καλῶς, ἢ πολλάκις μὴ μάθῃ.

Τι alicubi abundat: ut v. 10. *Anim.* Πρᾷον καὶ ἥμερον καὶ ὁμῶς τι καὶ ἀκύλεον.

Ὑπὲρ τῶν ἀλῶν ἀπολογίας καὶ ἐρίοις ἥσασθαι τὰ ὀρέα, *Anim.* vii. 42. Latiniſmum hoc dixerim, et oblitum ſui Aelianum ὑπὲρ pro ἀντὶ poſuiſſe. Latinorum enim praepoſitio *pro*, alias quod Graecorum ἀντὶ, alias quod eorundem ὑπὲρ cum genitivo ſignificat.

Φημὶ plus aliquid eſt, quam εἶπεν, et aſſeverantius: ut in illo, αὐτὸς ἔφα. Οὐ ῥαθύμως εἶπεν, ἀλλ' ἔφη. *Var.* i. 30.

Χιτὼν, veſtis interior, ut ἱμάτιον exterior, ſicut ſcribunt Grammatici. Aelianus *Variorum* i. 16. his verbis: Ἀπολλόδωρος Σωκράτει χιτῶνα ἔφερεν ἐρίων πολυτελῆ καὶ βύσσινον, καὶ ἱμάτιον τοιοῦτον· καὶ ἠξίου ἐνδύντα αὐτὸν τὸν χιτῶνα, καὶ θαυμάσιον περιβαλόμενον, εἶτα οὕτω ποιεῖν τὸ Φαίδωνα. Χιτῶνα etiam laneum fieri ſolitum docet, et ἐνδύεσθαι, hoc eſt, *indui inſtar induſii* (nimirum ſupra induſium lineum) ἱμάτιον vero περιβάλλεσθαι, id eſt, *circumjici, amiciri.* Hinc ἱμάτιον dicitur eſſe περίβλημα, vel περιβόλαιον, **ein mantel**, *pallium, ſagum*; χιτὼν vero ἔνδυμα, **ein leybrock darevn man ſchleuft.** Ammonio χιτώνιον eſt *muliebre indumentum*, **ein underrock**; χιτωνίσκος vero ὁ τῶν ἀνδρός.

Χρῆμα, de hominibus etiam et animalibus, pleonaſmo periphraſtico. Σεμνὸν γάρ τι χρῆμα καὶ τὸ Σόλωνος ἐφύετο, *Var.* ii. 22. hoc eſt, *Solon vir gravitate eximia fuit.* Sic μέγα τι χρῆμα ἐλάφου, pro *cervo magno.*

In Aelianum et universam philosophiam, praesertim contemplatricem,
Conradi Gesneri *Carmen.*

Ἔργα σοφῦ νοέειν, ἢ περάτιεν· τῶν ἧ νοήτων
Οὗτος μὲν πανάριστος, ὁ δ' ὄλβιος πέλει ἀνήρ,
Ὅσγ' ὑπὲρ ἠρανίην ψυχῇ ἀναθόρνυται αἴγλην,
Πράγματα δ' αἰδίων εἰδῶν καὶ θεῖα θεωρεῖ,
Ἀρχήν τ' ἠδὲ πέρας, Θεὸν ἄμβροτον, Ὑιέα, Πνεῦμα·
Πάντα δ' ὑπὸχθονίων ὑπερεῖδεν ἀθύρματα θνητῶν,
Ὡς καὶ ὑπερνέφελος ταχὺς αἰετὸς ἵπταται ἀρθείς,
Καὶ χθόνα νέρθε λιπὼν εἰς ἥλιον ἀτενὲς ὄσσει.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς ἐν πραπίδεσι νοήσῃ
Οὐράνιον κόσμον τετραχίονα, αἰολόμορφον,
Καὶ σφαίρας πάσας, σιὼ δ' ἥλιον, ἠδὲ σελήνην,
Κ' ἀστέρας ἀπλανέας ἀναρίθμους, ἠδὲ πλανήτας·
Εἶτα ἧ σώματα θνητὰ κινήμασι ποικίλα πολλοῖς,
Ὠκεανὸν γαμετῆρα θοὸν, καὶ μητέρα Τηθὺν,
Ἠέρα τ' ὑγροκέλευθον, ἰδ' αἰθέρα λαμπετόωντα,
Βροντὰς, ἀστεροπὰς, ἀνέμους, νιφετούς τε, καὶ ὄμβρους,
Κἄλλα μεταίρσια πάντα, τά γ' ἂ τελέως σαώσεπτε
Φύσις παμμήτειρα πολυπλάγκτοισι κελεύθοις·
Εἶτα τελειοτέρως τετόρων ἀπὸ σώματα πρώτων,
Ὅσσαπερ ὑπὸχθονίων πολυδαίδαλα ἔργα μετάλλων,
Παντοίων τε λίθων, ἀψυχά τε εἴδεα τἄλλα,
Θυμόσοφός τε καὶ ἀλφηστὴς πανδαὴς ἐρευνᾷ,
Οὐδὲ φυτῶν γένος ἄπερνές τε κομῶν τ' ἀμελήσας,
Οὐ θάμνους, βοτάνας τε, πόας τ', ἂ δένδρεα μακρά·
Εἶτα ἧ κνώδαλα πάντα, ὅσων ζείδωρος ἄρουρα
Μήτηρ, ὠκεανός τε ὅσα τρέφει, ἠδὲ θάλασσα,
Φύσις ὑγρά τ' ἄλλη, γαίης κεύθμῶσι χυθεῖσα,
Κήτη ὀβελμόγυα πελώρια θαύματα πόντου,
Εἰναλίους νέποδας, καὶ ὑδατοθρέμμονας ἰχθῦς,
Θῆράς τ', οἰωνούς τε, καὶ ἠερίοισιν ἰένται
Ὄρνιθας πτερύγεσσι, γένος κτηνῶν τε βοτῶν τε.
Ὃς δέ κε μή τ' αὐτὸς νοέῃ, μή τ' ἄλλου ἀκούσῃ,
Μήτ' ἀγαθὸν πράξῃ τι, ὅθ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ,
Καὶ ζωὴν ἀλόγων, μᾶλλον δ' ἔτι χείρονα ζώει.

Κρείττου

Κρείττων δ' ἠελίοιο φρένες σοφῷ ἀνδρὸς ἔασιν.
Ἥλιος μὲν πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει
Πράγματα θνητά· σοφῶν δὲ καὶ εὐσεβέων νόος ἀνδρῶν
Οὐ τάδε μοῦνα ἀθρεῖ, αὐτὰρ δ' ὑπὲρ ἠελίοιο
Οἶμον ἀναθρώσκει μεγάλου Διὸς ἄχρι μελάθρων.
Ὡς καὶ Αἰλιανος ζώων, καὶ φύσιος ἄλλης,
Θαύματα πολλὰ ἰδὼν, κλίμακος διὰ τῆσδ' ἀνίρυσε
Εἰς θείην θ' ὑπάτην γνώσιν, θείας τε προνοίας·
Ἀλλὰ θεῷ φίλον ἦεν ἀμύμονα Χριστὸν Ἰησοῦν,
Κύριον ἠδὲ ῥυτῆρα βροτῶν, οὐκ οἶδεν ἄνακτα·
Ὃς δ', ὅπερ ἠελίου τὸ σώματος ὄψει ὑπάρχει,
Φῶς καθαρὸν μερόπων νοερῷ πέλει ὄμματι μοῦνος,
Ὧι πατὴρ εἰσιδεῖν καὶ ἀληθέα πάντα βροτοὺς δεῖ.

INDEX CAPITVM.

Praefatio. Προοίμιον. 3

LIBER I.

Cap.		Κεφ.		Pag.
1.	*De Ardeis in insula Diomedea.*	ά.	Περὶ τ῀ Ἐρωδιῶν τ῀ ἐν τῇ Διομηδείᾳ νήσῳ.	5
2.	*Scaris.*	β΄.	Σκάρων.	ib.
3.	*Capitonibus.*	γ΄.	Κεφάλων.	7
4.	*Anthia pisce et Scaro.*	δ΄.	Ἀνθίᾳ ᾧ ἰχθύϊ καὶ Σκάρῳ.	9
5.	*Trocta pisce.*	ε΄.	τῷ καλουμένῳ Τρώκτῃ.	ib.
6.	*Cane, qui captus fuit amore formosae mulieris.*	ς΄.	τῷ ἐρωτικῷ, ᾧ ἠρᾴσθη Κύων ὡραίας γυναικός.	11
7.	*Thoe.*	ζ΄.	Θωός.	ib.
8.	*Canibus.*	η΄.	Κυνῶν.	13
9.	*Fuco.*	θ΄.	Κηφῆνος.	ib.
10.	*Apibus ab opere immunibus.*	ι΄.	τῶν ἀργῶν Μελιττῶν.	15
11.	*aetate Apum.*	ια΄.	τῆς Μελιττῶν ἡλικίας.	ib.
12.	*Capitone oxyrycho.*	ιβ΄.	τῷ ὀξυρύγχῳ Κεφάλῳ.	17
13.	*castitate Aetnaei piscis.*	ιγ΄.	τῆς ᾧ Αἰτναίῳ καλουμένῳ ἰχθύος σωφροσυνης.	19
14.	*Merula marina.*	ιδ΄.	Κοσσύφῳ θαλαττίῳ.	ib.
15.	*ejusdem piscis captura.*	ιε΄.	τῆς ᾧ αὐτὸ θήρας.	21
16.	*Glauco pisce.*	ις΄.	Γλαύκῳ ᾧ ἰχθύϊ.	ib.
17.	*Canicula marina.*	ιζ΄.	θαλαττίας Κυνός.	23
18.	*Delphinorum feminarum amore erga suos catulos.*	ιη΄.	τῆς τ῀ Δελφίνων Φιλοτεκνίας.	ib.
19.	*Bove marino.*	ιθ΄.	θαλαττίῳ Βοός.	25
20.	*Cicadis.*	κ΄.	Τεττίγων.	ib.
21.	*Araneo.*	κα΄.	τῷ Ἀράχνῃ.	27
22.	*Formicis.*	κβ΄.	Μυρμήκων.	ib.
23.	*Sargo pisce.*	κγ΄.	Σάργῳ τῷ ἰχθύϊ.	29
24.	*Viperae coitu.*	κδ΄.	τῆς μίξεως τ῀ καὶ τ῀ Ἔχιν.	31
25.	*Hyaena.*	κε΄.	Ὑαίνης.	ib.
26.	*marinis Cantharis pugnantibus propter feminas.*	κς΄.	τῆς τ῀ Κανθάρων εἰς τὰ ἀφροδίσια ἔριδος.	ib.
27.	*Polypi edacitate.*	κζ΄.	τῆς τ῀ Πολυπόδων ἀδηφαγίας.	33

INDEX CAPITVM.

Cap.		Κεφ.		Pag.
28.	*De Vesparum generatione*	κή.	Περὶ τ῀ Σφηκῶν γενέσεως.	33
29.	*Noctua.*	κθ΄.	Γλαυκός.	ib.
30.	*Lupo marino.*	λ΄.	Λάβραξ.	35
31.	*Hystrice.*	λά.	Ὕστριξ.	ib.
32.	*Animalibus sibi invicem adversantibus.*	λβ΄.	Ζώων ἰχθύων ἀλλήλοις.	37
33.	*Sphyraena.*	λγ΄.	Σφυραίνης.	ib.
34.	*Sepia.*	λδ΄.	Σηπίας.	39
35.	*Fascinatione.*	λε΄.	Βασκανίας.	ib.
36.	*Torpedine et aliis animantibus.*	λς΄.	Νάρκης καὶ ἑτέρων ζώων.	ib.
37.	*Ciconiis, atque iterum de aliorum animalium contrariis adfectionibus.*	λζ΄.	Πελαργῶν, καὶ ἑτέρων αὖθις ζώων ἀντιπαθητικῶν.	41
38.	*Elephanto, et diversorum animalium contraria adfectione.*	λή.	Ἐλέφαντος, καὶ ζώων διαφόρων ἀντιπαθείας.	43
39.	*Turturibus.*	λθ΄.	Τρυγόνων.	ib.
40.	*Orcyno pisce.*	μ΄.	Ὀρκυὸς ἰχθύος.	45
41.	*Melanuro.*	μά.	Μελανούρου.	ib.
42.	*Aquilis.*	μβ΄.	Αἰετῶν.	47
43.	*Luscinia.*	μγ΄.	Ἀηδόνος.	ib.
44.	*Gruibus.*	μδ΄.	Γερανῶν.	49
45.	*Vulturum pennis, deque Dryocolapte, sive Pico Martio.*	μέ.	Γυπείων πτερῶν, καὶ περὶ Δρυοκολάπτου.	ib.
46.	*Dentice.*	μς΄.	Σιαγόδοντος.	ib.
47.	*Corvo.*	μζ΄.	Κόρακος.	51
48.	*Iterum de Corvo.*	μή.	Κόρακος πάλιν.	ib.
49.	*De Merope.*	μθ΄.	Μέροπος.	53
50.	*Muraena et Vipera.*	ν΄.	Μυραίνης καὶ Ἔχεως.	ib.
51.	*ortu Serpentium e spina dorsi hominis.*	νά.	τῆς τ῀ Ὄφεων γενέσεως, ὃς τίκτει ἡ ἐξ ἀνθρώπου ῥάχις.	ib.
52.	*Hirundine.*	νβ΄.	Χελιδόνος.	55
53.	*Capris.*	νγ΄.	Αἰγῶν.	ib.
54.	*morsu Viperae, Serpentium, et Aspidis.*	νδ΄.	Ἔχεώς τε, καὶ Ὄφεων, καὶ ἐξ τ῀ Ἀσπίδος δήγματος.	ib.
55.	*Caniculis marinis.*	νέ.	Κυνῶν θαλατίων.	57
56.	*Pastinaca marina.*	νς΄.	τῆς Τρυγόνος τ῀ θαλατίας.	ib.
57.	*Ceraste.*	νζ΄.	Κεράστου.	59
58.	*Animalibus, quae Apibus inimica sunt.*	νή.	Ἐχθρῶν τ῀ Μελισσῶν.	ib.
59.	*Favorum structura.*	νθ΄.	τῆς τ῀ Κηρίων οἰκοδομίας.	63
60.	*rege Apum.*	ξ΄.	τοῦ τ῀ Μελιτῶν βασιλέως.	65

LIBER

INDEX CAPITVM.

LIBER II.

Cap.	Κεφ.	Pag.
1. *De Gruibus in Thracia.*	ά. Περὶ τῶν ἐν τῇ Θράκῃ Γερανῶν.	67
2. *animalibus, quae Pyrigona vocantur.*	β'. ζώων τῶν καλουμένων Πυρρογόνων.	69
3. *coitu Hirundinum.*	γ'. τῆς τῶν Χελιδόνων ὁμιλίας.	ib.
4. *animalibus, quae Ephemera dicuntur.*	δ'. τῶν ζώων καλουμένων Ἐφημέρων.	ib.
5. *Aspide, et serpentibus, qui Basiliſci vocantur.*	ε. Ἀσπίδος, καὶ ὄφεων τῶν καλουμένων Βασιλίσκων.	71
6. *Delphinorum ſtudio erga artem muſicam, et amore erga homines.*	ς'. τῆς τῶν Δελφίνων φιλομουσίας τε καὶ φιλανθρωπίας.	ib.
7. *ſibilo Baſiliſci.*	ζ'. τοῦ ζυρίγματος καὶ τῆς τοῦ Βασιλίσκου.	73
8. *Piſcatorum Euboicorum communione praedae cum Delphinis.*	η. τῆς τῶν Εὐβοέων πρὸς τοὺς Δελφῖνας ἰσομοιρίας.	75
9. *diſſidio Cervorum cum Serpentibus.*	θ'. τῆς τῶν Ἐλάφων πρὸς τοὺς Ὄφεις διαφορᾶς.	77
10. *Quemadmodum Aſini Equas ineant.*	ι. Πῶς αἱ Ἵπποι ὑπὸ τῶν Ὄνων ἀναβαίνονται:	ib.
11. *De Elephantorum obedientia, et muſicae ſtudio.*	ια'. Περὶ τῆς τῶν Ἐλεφάντων μουσίας τε καὶ εὐπειθείας.	ib.
12. *Leporum proprietate.*	ιβ'. Λαγωῶν ἰδιότητος.	83
13. *piſce duce Cetacei generis.*	ιγ'. τοῦ τῶν Κητῶν ἡγεμόνος.	85
14. *Chamaeleonte.*	ιδ'. Χαμαιλέοντος.	ib.
15. *piſcibus, qui Pompyli vocantur.*	ιε'. τῶν ἰχθύων τῶν καλουμένων Πομπύλων.	87
16. *animali, quod Tarandus appellatur.*	ις'. τοῦ ζώου τοῦ καλουμένου Ταράνδου.	ib.
17. *Echeneide piſce.*	ιζ'. τῆς καλουμένης Ἐχενηίδος.	89
18. *Quomodo tela in ſe conjecta expellat Elephantus.*	ιη. Πῶς ὀπωσοῦν βαλλόμενοι οἱ ἀκόντια ὁ Ἐλέφας.	ib.
19. *Quemadmodum fingant et efforment ſuos catulos Vrſae.*	ιθ'. Περὶ διαρθρώσεώς τε καὶ διαπλάσεως τοῦ ἰδίων βρέφη αἱ Ἄρκτοι.	91
20. *De Bubus Erythraeis.*	κ'. τῶν Ἐρυθραίων Βοῶν.	ib.
21. *Draconibus in Aethiopia.*	κά. τῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ Δρακόντων.	ib.
22. *Quomodo Apuae naſcuntur, et capiuntur.*	κβ'. Ἀφύαι πῶς τίκτονται, καὶ πῶς θηρῶνται.	93
23. *De Lacerto per medium diſſecto.*	κγ'. Περὶ τοῦ τῶν Σαύρων διχομήσεως.	95
24. *veneno Viperae, et ſaliva Hominis.*	κδ'. ἰοῦ Ἀσπίδος, καὶ τοῦ Ἀνθρωπείου σιάλου.	ib.
25. *Formicis.*	κε'. Μυρμήκων.	97
26. *Aquilis.*	κς'. Αἰετῶν.	ib.

Cap. 27.

INDEX CAPITVM.

Cap.		ΚΕΦ.		Pag.
27.	*De Struthiocamelo.*	κζ'.	Περὶ τῆς Στρουθοῦ τ᾽ μεγάλης.	99
28.	*Otide ſive Tarda.*	κή.	Ὠτίδ@.	ib.
29.	*Muſca.*	κθ'.	Μύας.	ib.
30.	*Gallinaceis.*	λ'.	Ἀλεκτρυόνων.	101
31.	*Salamandra.*	λά.	Σαλαμάνδρης.	ib.
32.	*Cycnorum cantu.*	λβ'.	τῆς τῶν Κύκνων ᾠδῆς.	103
33.	*Crocodilis.*	λγ'.	Κροκοδείλων.	ib.
34.	*Cinamomo ave.*	λδ'.	τὸ ὄρνιθ@ τοῦ καλουμένου Κιναμώμου.	ib.
35.	*Ibidum alvi dejectione.*	λε'.	τῆς τῶν Ἰβέων καθάρσεως.	105
36.	*aculeo Paſtinacae piſcis.*	λς'.	τοῦ τ᾽ Τρυγόν@ κέντρου.	ib.
37.	*Mure araneo.*	λζ.	Μυγαλῆς.	ib.
38.	*Ibide.*	λή.	Ἴβεως.	107
39.	*Aquilis.*	λθ'.	Αἰετῶν.	ib.
40.	*Aquilae amore erga ſuos nutritores.*	μ'.	τῆς τῶν Αἰετῶν ϛοργῆς.	109
41.	*Mullis.*	μά.	Τριγλῶν.	111
42.	*Accipitribus.*	μβ'.	Ἱεράκων.	ib.
43.	*Iterum de Accipitribus.*	μγ'.	Ἱεράκων κ᾽ πάλιν.	113
44.	*De piſcibus, quos Iulides vocant.*	μδ'.	τῶν ἰχθύων, ὃς καλοῦσιν Ἰουλίδας.	115
45.	*Lepore marino.*	με'.	τοῦ Θαλατ[illegible]ίου Λαγοῦ.	ib.
46.	*Vulturibus.*	μς'.	Γυπῶν.	ib.
47.	*Milvis.*	μζ'.	Ἰκτίνων.	117
48.	*Corvis Aegyptiis et Libycis.*	μή.	Κοράκων Αἰγυπτίων κ᾽ Λιβύων.	ib.
49.	*Iterum de Corvis.*	μθ'.	Ἔτι περὶ Κοράκων.	119
50.	*Quinam Piſces venenati ſint.*	ν'.	Τίνες τῶν Ἰχθύων ἰὸν ἔχουσιν.	ib.
51.	*De Corvorum audacia.*	να.	Περὶ τῆς τῶν Κοράκων τόλμης.	ib.
52.	*Animalium proprietate ſecundum partum.*	νβ'.	Ζώων ἰδιότητος ἐν τοῖς τόκοις.	121
53.	*Bobus in Myſia.*	νγ'.	τῶν ἐν Μυσοῖς Βοῶν.	ib.
54.	*Scarorum eſca.*	νδ'.	τῆς τ᾽ Σκάρων τροφῆς.	123
55.	*Catella.*	νε'.	Γαλεοῦ.	ib.
56.	*Murium jecore.*	νς'.	τοῦ τ᾽ Μυῶν ἥπατ@.	ib.
57.	*Quod Apes ex bubus procreantur.*	νζ'.	Ὅτι ἐκ βοῶν Μέλιτ᾽ τίκτον᾽.	125

LIBER III.

1.	*De Mauruſiis Leonibus.*	ά.	Περὶ τῶν Μαυρουσίων λεόντων.	127
2.	*Equo Libyco, et Medico; tum etiam de Canibus.*	β'.	Ἵππου Λιβύστης, κ᾽ Μηδικῆς· ἔτι καὶ περὶ Κυνῶν.	129
3.	*Suem in India non naſci.*	γ'.	Ὅτι ἐν Ἰνδοῖς Ὗς οὐ γίνε᾽.	131
4.	*De Formicis Indicis.*	δ'.	Περὶ Μυρμήκων Ἰνδῶν.	ib.
5.	*Proprietates Teſtudinis, Columbae, et Perdicis.*	ε'.	Ἴδια Χελώνης, κ᾽ Περιστερᾶς, καὶ Πέρδικ@.	ib.

INDEX CAPITVM.

Cap.		ΚΕΦ.		Pag.
6.	*De Lupis fluvium trajicientibus.*	ϛ'.	Περὶ Λύκων πολεμεῖν Δρεπανοῦσιν.	133
7.	*Diversorum Animalium contrariae adfectiones.*	ζ'.	Ζώων Διαφόρων ἀντιπάθειαι.	ib.
8.	*De Equabus.*	ή.	Περὶ Ἵππων.	ib.
9.	*Cornice.*	θ'.	Κορώνης.	ib.
10.	*Erinaceo terrestri.*	ι'.	τῦ Κερσαίυ Ἐχίνυ.	135
11.	*Crocodilo et Trochilo.*	ια'.	Κροκοδείλυ καὶ Τροχίλυ.	ib.
12.	*Monedulis.*	ιβ'.	Κολοιῶν.	137
13.	*Gruibus.*	ιγ'.	Γερανέων.	ib.
14.	*Iterum de Gruibus.*	ιδ'.	Γερανέων πάλιν.	139
15.	*De Columbis.*	ιε'.	Περιστερῶν.	141
16.	*Perdicibus.*	ις'.	Περδίκων.	ib.
17.	*invidis Animalibus.*	ιζ'.	τῶν Φθονερῶν Ζώων.	143
18.	*Physalo pisce maris Rubri.*	ιή.	τῦ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ Θαλάσσῃ Φυσάλυ.	145
19.	*Vitulo marino, ejusdemque invidia.*	ιθ'.	Φώκης, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν βασκανίας.	ib.
20.	*Pelicanis et Laris.*	κ'.	Πελεκάνων καὶ Λάρων.	147
21.	*Leone, Vrsa, et Homine ligna secante.*	κα.	Λέοντες, καὶ Ἄρκυς, καὶ Ὑλοτόμος.	ib.
22.	*Ichneumone et Aspide.*	κβ'.	Ἰχνεύμονος καὶ Ἀσπίδος.	149
23.	*Ciconiis, Ardeis, et Pelecanis.*	κγ'.	Πελαργῶν, Ἐρωδιῶν, καὶ Πελεκάνων.	ib.
24.	*Hirundine.*	κδ'.	Χελιδόνος.	151
25.	*justitia Hirundinis.*	κε.	τῆς καλᾶ Χελιδόνος δικαιοσύνης.	153
26.	*Vpupa.*	κς'.	Ἔποπος.	ib.
27.	*Quod Leones in Peloponneso non nascantur.*	κζ'.	Ὅτι οὐ γίνεται Λέων ἐν Πελοποννήσῳ.	155
28.	*De Perseo pisce maris Rubri.*	κή.	Περὶ Περσέως ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ Θαλάσσῃ Περσέως.	ib.
29.	*Pinna, concha marina.*	κθ'.	τῆς Πίννης τῆς Θαλαττίας.	157
30.	*Cuculo.*	λ'.	Κόκκυγος.	ib.
31.	*Gallinaceo, Leone, et Basilisco.*	λα.	Ἀλεκτρυόνος, καὶ Λέοντος, καὶ Βασιλίσκυ.	159
32.	*Diversorum Animalium diversae adfectiones.*	λβ'.	Ζώων Διάφοροι ἀντιπάθειαι.	ib.
33.	*De Libyca Aspide, Vaccis Epiroticis, et Capris Scyriis atque Aegyptiis.*	λγ'.	Περὶ τῆς Ἀσπίδος τῆς Λιβύσσης, καὶ Βοῶν Ἠπειρωτικῶν, καὶ Αἰγῶν Σκυρίων καὶ Αἰγυπτίων.	ib.
34.	*cornu Bovis Indici.*	λδ'.	Ἰνδικοῦ Βοὸς κέρας.	161
35.	*Perdicibus.*	λε'.	Περδίκων.	ib.
36.	*Phalangio.*	λς'.	Φαλαγγίυ.	ib.
37.	*Ranis in Seripho.*	λζ'.	τῶν ἐν Σεριφῳ Βατράχων.	163

INDEX CAPITVM.

Cap.		Κεφ.		Pag.
38.	*De Gallinaceis; et lacu, qui in Pheneo est; atque de Cicadis.*	λή.	Περὶ Ἀλεκτρυόνων, καὶ ὅ ἐν Φενεῷ λίμνης, καὶ περὶ Τεττίγων.	163.
39.	*Caprimulgo.*	λθ.	Αἰγοθήλου.	165
40.	*pullis Luſciniae.*	μ.	τῶν Ἀηδόνος νεοττίων.	ib.
41.	*Equis Indicis, et Aſinis unicornibus.*	μά.	τῶν ἐν Ἰνδοῖς Ἵππων, καὶ Ὄνων κέρας ἐχόντων.	ib.
42.	*Porphyrione ave.*	μβ.	Πορφυρίωνος ὄρνιθος.	167
43.	*Corvo ſenio adfecto.*	μγ.	Κόρακος γέροντος.	ib.
44.	*Palumbium caſtitate.*	μδ.	τῆς τῶν Φατταῶν Σωφροσύνης.	169
45.	*partu Columbarum.*	με.	τῆς τῶν Περιστερῶν ὠδῖνος.	ib.
46.	*nutricio Elephanti albi in India.*	μς.	περὶ τοῦ παρ' Ἰνδοῖς λευκοῦ Ἐλέφαντος.	171
47.	*Camelorum pietate erga matres.*	μζ.	τῆς τῶν Καμήλων εἰς μητέρας ὁσιότητος.	173

LIBER IV.

1.	*De Perdicum libidine.*	ά.	Περὶ τῆς τῶν Περδίκων ἀκολασίας.	175
2.	*Columbis in Eryce Siciliae, et feſto, quod Anagogia vocatur.*	β.	τῶν ἐν Ἐρύκῃ τῇ Σικελικῇ Περιστερῶν, καὶ τῆς ἐκεῖθι καλουμένων Ἀναγωγίων.	177
3.	*Quod Leo et Leaena non ſimul ad paſtum eant.*	γ.	Λεόντων, ὅτι μὴ ζυνόμοι ἄρρην καὶ ὁ θῆλυς ζῶσι ἀλλήλοις.	179
4.	*De partu Luparum.*	δ.	τῆς τῶν Λύκων ὠδῖνος.	ib.
5.	*mutua quorundam Animalium inimicitia.*	ε.	Ζώων διαφόρων ἀλλήλοις πολεμίων.	ib.
6.	*paſcuis Equorum: et quod [Equae] ventis ſe exponere gaudeant.*	ς.	νομῆς Ἵππων, καὶ ὅτι πολλάκις ἐξανεμοῦνται.	181
7.	*Scythico equo vi adducto, ut cum matre coiret.*	ζ.	τοῦ Ἵππου τοῦ Σκύθου τοῦ βιασθέντος ζευχθεῖν τῇ μητρί.	ib.
8.	*Equiſone Equae amore capto.*	η.	τοῦ Ἱπποκόμου τοῦ Ἐρασθέντος τῆς Ἵππου.	183
9.	*Piſcibus eorumque coitu.*	θ.	Ἰχθύων καὶ τῆς μίξεως αὐτῶν.	ib.
10.	*Quid ſub novilunio Elephanti agant.*	ι.	Τί δρῶσι τῇ νουμηνίᾳ οἱ Ἐλέφαντες.	ib.
11.	*De Equarum libidine.*	ιά.	Περὶ τῶν Ἵππων τῆς θηλείων λαγνείας.	185
12.	*Perdicum ovis et pullis.*	ιβ.	Περδίκων ὠῶν καὶ νεοττῶν.	ib.
13.	*Iterum de Perdicibus.*	ιγ.	τῶν αὐτῶν καὶ πάλιν.	ib.
14.	*De Muſtela et Serpente, eorumque pugna.*	ιδ.	Γαλῆς καὶ Ὄφεως, καὶ τῆς μάχης αὐτῶν.	187

INDEX CAPITVM.

Cap.		Κεφ.		Pag.
15.	*De Luporum ſatietate.*	ιέ.	Περὶ τ῀ τ῀ Λύκων πλησμονῆς.	187
16.	*Gallinaceis et Perdicibus.*	ις΄.	Ἀλεκτρυόνων καὶ Περδίκων.	ib.
17.	*Erinaceorum terreſtrium et Lyncis invidia.*	ιζ΄.	τῆς τ῀ Ἐχίνων τ῀ χερσαίων, καὶ Λυγὸς βασκανίας.	189
18.	*Leontophono, Inſectis, aliiſque animalibus.*	ιή.	τῷ Λεοντοφόνῳ, καὶ Ζώων ἐντόμων τε καὶ ἑτέρων τινῶν.	191
19.	*Canibus Indicis.*	ιθ΄.	Κυνῶν Ἰνδικῶν.	ib.
20.	*cibo Hominis et Canis, et de natura Avium uncunguium.*	κ΄.	Κυνῶν τροφῆς καὶ Ἀνθρώπων, καὶ ὡς᾽ὶ Γαμψωνύχων.	ib.
21.	*Martichora, Indica fera.*	κά.	τῷ Ἰνδικῷ Μαρτιχόρα.	193
22.	*Scolopendra.*	κβ΄.	Σκολοπένδρας.	195
23.	*Salicis ſemine brutis animalibus innoxio, item de Cicuta.*	κγ΄.	Ἰτέας, καὶ ὅτι οὐδὲν ἀδικεῖ τὰ ἄλογα ζῶα, καὶ ὡς᾽ὶ Κωνείου.	ib.
24.	*Cujus aetatis Elephantos venantur Indi.*	κδ΄.	Πηλίκους τοὺς Ἐλέφαντας θηρῶσιν Ἰνδοί.	197
25.	*De Boum in area a ſpicis abſtinentia.*	κέ.	Περὶ τ῀ τ῀ Βοῶν ἐν τῇ ἅλῳ ἀσιτίας.	ib.
26.	*feris Indicis, Leporibus, et Vulpibus.*	κς΄.	Θηρίων Ἰνδικῶν, Λαγωῶν, καὶ Ἀλωπέκων.	199
27.	*Gryphibus.*	κζ΄.	Γρυπῶν.	ib.
28.	*Teſtudine marina.*	κή.	Χελώνης θαλαττίας.	201
29.	*Gallinaceis.*	κβ΄.	Ἀλεκτρυόνων.	203
30.	*amore Monedularum, ſeu Graculorum, in ſuos gregales, et eorum captura.*	λ΄.	τῆς τ῀ Κολοιῶν εἰς ἀλλήλους Φιλίας, καὶ ἄγρας.	ib.
31.	*Elephantis.*	λά.	Ἐλεφάντων.	205
32.	*Pecuaria apud Indos.*	λβ΄.	τῆς παρ᾽ Ἰνδοῖς Προβατείας.	207
33.	*Serpente et Chamaeleonte.*	λγ΄.	Ὄφεως καὶ Χαμαιλέοντος.	ib.
34.	*Leonum natura.*	λδ΄.	Λεόντων Φύσεως.	209
35.	*Bubus.*	λέ.	Βοῶν.	211
36.	*Porphyro, ſerpente Indica.*	λς΄.	τῷ Πορφύρῳ, ὄφεως ἐξ Ἰνδικοῦ.	ib.
37.	*Struthione magna.*	λζ΄.	τῆς Στρουθοῦ τ῀ μεγάλης.	213
38.	*Paſſeribus.*	λή.	Στρουθῶν τ῀ μικρῶν.	215
39.	*Vulpe, et Veſparum domo.*	λθ΄.	Ἀλώπεκος καὶ Σφηκίας.	ib.
40.	*Cane.*	μ΄.	Κυνός.	ib.
41.	*Aviculis Indicis ſandaracinum colorem referentibus.*	μά.	τῶν Ἰνδικῶν Ὀρνέων τ῀ τῇ ζανδαράκῃ παραπλησίων τ῀ χρόαν.	217
42.	*Attagenis et Meleagridibus.*	μβ΄.	Ἀτταγῶν καὶ Μελεαγρίδων.	219
43.	*Formicis.*	μγ΄.	Μυρμήκων.	ib.
44.	*Animantes etiam Feras beneficiorum meminiſſe.*	μδ΄.	Ὅτι μέμνηται τ῀ εὐεργεσίας καὶ τὰ Ἄγρια.	221

INDEX CAPITVM.

Cap.		Κεφ.		Pag.
45.	*De Leone ulto Canem contubernalem suum.*	μέ.	Περὶ Λέοντος τοῦ τιμωρήσαντος τῷ Κυνὶ τῷ συντρόφῳ.	221
25.	*Quemadmodum Perſae Equos, quibus in bello utuntur, audaces efficiunt.*	κε'.	Πῶς τοὺς Ἵππους τοὺς πολεμικοὺς Πέρσαι ἀθρασεῖς ἐργάζονται.	897
26.	*Quemadmodum in gelidis locis Oves fellis expertes ſunt.*	κς'.	Πῶς ἐν τοῖς κρυμώδεσι χωρίοις τὰ Πρόβατα ἄχολά ἐσι.	899
27.	*De hominibus in Africa, qui Pſylli dicuntur.*	κζ'.	Περὶ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ ἀνθρώπων, τῶν καλλιμήλων Ψύλλων.	ib.
28.	*Pſylli quomodo morſis opem ferant.*	κη'.	Πῶς ἐπαμυνύουσιν οἱ Ψύλλοι τοῖς δηχθεῖσι.	901
29.	*De bigeneribus et inſititiis vel biformibus Animalibus.*	κθ'.	Περὶ διφυῶν καὶ ζυγκεκραμένων Ζώων.	903
30.	*Capris in Lycia.*	λ'.	τῶν ἐν Λυκίᾳ Αἰγῶν.	ib.
31.	*Cynamolgis Indiae populo, et Canibus apud eoſdem.*	λα'.	τῶν ἐν Ἰνδοῖς Κυναμολγῶν καλλιμήλων, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς Κυνῶν.	ib.
32.	*Ovibus in Cio, et Caſeo e ſpinis.*	λβ'.	τῶν ἐν Κίῳ Προβάτων, καὶ τοῦ ἐξ ἀκανθῶν Τυροῦ.	905
33.	*Vaccis Phoeniciae, et de Bobus et Capris Libycis; item de Bobus Leucricis.*	λγ'.	τῶν ἐν Φοινίκῃ Βοῶν, καὶ τῶν ἐν Λιβύῃ Βοῶν καὶ Προβάτων· ἔτι δὲ καὶ τῶν ἐν Λευκῇσι Βοῶν.	907
34.	*Capris Sardiniae.*	λδ'.	τῶν ἐν Σαρδοῖ Αἰγῶν.	ib.
35.	*Capris in Coytha vico.*	λε'.	τῶν ἐν Κωύθῃ τῇ κώμῃ Αἰγῶν.	909
36.	*Elephantorum cum Suibus diſſidio.*	λς'.	τῆς τῶν Ἐλεφάντων πρὸς τοὺς Σῦς ἀπεχθείας.	ib.
37.	*Indicorum Pſyllorum jumentis, et pecoribus, et reliquis animalibus, eorumque magnitudine; quodque Sues in India non naſcantur, et carnes earum deteſtabiles habeantur.*	λζ'.	τῶν παρὰ τοῖς Ἰνδικοῖς Ψύλλοις ἵππων τε, καὶ προβάτων, καὶ λοιπῶν ζώων, πηλίκα τὸ μέγεθός εἰσι· καὶ ὅτι παρ' Ἰνδοῖς οὐ γίνεται, καὶ ὡς βδελύσσονται ἐκείνης κρέα.	ib.
38.	*Serpentibus in metropoli Epheſia, et Cancris earundem hoſtibus.*	λη'.	τῶν ἐν μητροπόλει τῇ Ἐφεσίᾳ Ὄφεων, καὶ τῶν ἀντιπάλων αὐτοῖς Καρκίνων.	911
39.	*diverſorum locorum Draconibus et Aſpidibus.*	λθ'.	τῶν ἐν διαφόροις τόποις Δρακόντων τε καὶ Ἀσπίδων.	ib.

INDEX CAPITVM.

Cap.		ΚΕΦ.		Pag.
40.	*De ſerpente, qui Seps nuncupatur.*	μ΄.	Περὶ ϛ ὄφεως, ᾧ ὄνομα Σήψ.	913
41.	*alatis Scorpiis in India; item de Serpentibus, et Lacertis.*	μα΄.	τῶν ἐν Ἰνδοῖς πτερωτῶν Σκορπίων· ἔτι ἢ καὶ περὶ Ὀφεών τε, καὶ Σαυρῶν.	915
42.	*Scorpiis alatis et duplicem aculeum habentibus in Aegypto, et de Serpentibus.*	μβ΄.	τῶν ἐν Αἰγύπτῳ Σκορπίων πτερωτῶν ϗ διπλήγων, καὶ περὶ Ὀφεων.	ib.

LIBER XVII.

1.	*De Serpentibus, quos vidit Alexander; et de Cancris.*	ά.	Περὶ Ὀφεων τῶν τῷ Ἀλεξάνδρῳ ὀφθέντων, καὶ περὶ Καρκίνων.	919
2.	*Serpentibus Indicis.*	β΄.	Ὀφεων τῶν περὶ τὴν Ἰνδικήν.	ib.
3.	*Troglodyticis Viperis et Teſtudinibus.*	γ΄.	τῶν ἐν τῇ γῇ τῇ Τρωγλοδύτιδι Ἐχεων καὶ Χελωνῶν.	921
4.	*Preſteribus ſerpentibus.*	δ΄.	ὄφεων Πρηστήρων.	ib.
5.	*Quemadmodum Aſpides ab Aegyptiis manſuefiunt.*	ε΄.	Ὅπως πραΰνονται αἱ Ἀσπίδες ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων.	ib.
6.	*De Crocodilis, Cetis, Scorpiis, et Gobiis.*	ϛ΄.	Περὶ Κροκοδείλων, καὶ Κήτων, Σκορπίων τε, καὶ Κωβιῶν.	923
7.	*Elephantis.*	ζ΄.	Ἐλεφάντων.	925
8.	*animali Cepo nuncupato.*	η΄.	ζώου ϗ καλουμένου Κήπου.	ib.
9.	*Onocentaura.*	θ΄.	Ὀνοκενταύρου.	927
10.	*Talpis, aliiſque animalibus, quibus locis ea naſcantur, et quibus non naſcantur.*	ι΄.	Ἀσπαλάκων, καὶ ἑτέρων ζώων, ἔνθά τε γίνεται, ϗ ἔνθα οὔ.	929
11.	*Phalangiis in Zacyntho.*	ια΄.	τῶν ἐν Ζακυνθῳ Φαλαγγίων.	ib.
12.	*rana Rubeta.*	ιϐ΄.	Φρυνης ϗ ζώου.	931
13.	*Charadrio.*	ιγ΄.	Χαραδριοῦ.	ib.
14.	*Avibus maximis, quas deſcripſit Eudoxus.*	ιδ΄.	Ὀρνίθων μεγίστων, ὧν ἱστορεῖ Εὔδοξος.	933
15.	*Perdicibus et rana Rubeta.*	ιε΄.	Περδίκων, ἐν ᾧ καὶ περὶ Φρύνης.	ib.
16.	*muneribus, quibus Veneti Monedulas excipiunt.*	ιϛ΄.	τῶν πρὸς τὰς Κολοιὰς πραττομένων ἔθνεσι τῶν Ἐνετῶν γινομένων.	ib.
17.	*Bobus, Muribus, et Vulpibus in Caſpia regione.*	ιζ΄.	τῶν ἐν τῇ Καστίᾳ γῇ Βοῶν τε, καὶ Μυῶν, καὶ Ἀλωπέκων.	935

INDEX CAPITVM.

Cap.		Κεφ.		Pag.
18.	*De Paſtinaca marina.*	ιή.	Περὶ τ῀ θαλατ῀ίας Τευγόνος.	937
19.	*Parnopibus apud Galatas.*	ιθ.	τῶν ἐν Γαλάταις Παρνόπων.	939
20.	*Hirundine in Samo.*	κ.	τῆς ἐν Σάμῳ Χελιδόν῀.	ib.
21.	*Cinnamomo ave.*	κά.	τ῀ Κινναμώμῳ ὄρνιθ῀.	ib.
22.	*Horione ave.*	κβ.	ὄρνιθ῀ τ῀ Ὡρίων῀ καλυμμένου.	941
23.	*Catreo ave, et aliis Avibus Indicis.*	κγ.	τ῀ ὄρνιθ῀ τ῀ καλυμμένου Κατρέως, καὶ ἑτέρων Ἰνδικῶν Ὀρνίθων.	ib.
24.	*Cycnis.*	κδ.	Κύκνων.	943
25.	*Simiis in India.*	κε.	τῶν ἐν Ἰνδοῖς Πιθήκων.	ib.
26.	*Leonibus Indiae.*	κς.	τῶν Ἰνδῶν Λεόντων.	945
27.	*gente in Africa a Leonibus extincta.*	κζ.	τ῀ ἐν Λιβύῃ ἔθνους τ῀ ὑπὸ Λεόντων ἀπολωλότ῀.	947
28.	*feris animalibus in Samo, quae Neades vocantur.*	κή.	τῶν ἐν Σάμῳ θηρίων τ῀ καλουμένων Νηάδων.	ib.
29.	*vi Elephantorum.*	κθ.	τῆς τῶν Ἐλεφάντων ἰσχύος.	ib.
30.	*Piſcibus in palude Paeonide.*	λ.	τῶν ἐν Παιονίδι τῇ λίμνῃ Ἰχθύων.	949
31.	*Piſcibus in Armenia.*	λά.	τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ Ἰχθύων.	ib.
32.	*Oxyrynchis piſcibus in Caſpia regione.*	λβ.	τῶν ἐν τῇ Κασπίᾳ ἰχθύων Ὀξυρύγχων.	951
33.	*Ave quadam Caſpia; item de altera Caſpia, vel potius Indica.*	λγ.	τ῀ Ὄρνιθ῀ τ῀ Κασπίου, καὶ ἑτέρου ἔτι Κασπίου, ἢ μᾶλλον Ἰνδο῀.	953
34.	*Caſpiis Capris et Camelis.*	λδ.	τῶν Κασπίων Αἰγῶν, καὶ Καμήλων.	ib.
35.	*apibus, quae Chalcoides cognominantur.*	λε.	τῶν μελισσῶν καλουμένων Χαλκοειδῶν.	955
36.	*Quemadmodum Leo carnes cameli appetit.*	λς.	Ὅπως ἔχει πρὸς τὸ τ῀ καμήλου κρέας ὁ Λέων.	ib.
37.	*Quemadmodum Aquila ab homine auxilium adſecuta ſtatim ei benefactum retribuerit.*	λζ.	Ὅπως Ἀετὸς βοηθείας ὑπ' ἀνθρώπου τυχὼν οὐθὺς ἤμειψε τ῀ ὠφέλειαν.	957
38.	*De Avibus, quae in inſulis Caſpii maris naſcantur.*	λή.	Περὶ τῶν ἐν τ῀ Κασπίαις νήσοις γινομένων Ὀρνίθων.	959
39.	*Simiis in India.*	λθ.	τῶν ἐν Ἰνδοῖς Πιθήκων.	961
40.	*Culicibus Indicis et Scorpiis, item de Phalangiis Tetragnathis.*	μ.	Κωνωπίων Ἰνδῶν καὶ Σκορπίων, ἔτι δὲ καὶ περὶ Φαλαγγίων τ῀ καλουμένων Τετραγναθων.	ib.
41.	*Muribus, et Ranis, aliiſque Animalibus, quae gentes quaſdam patriis ſedibus expulerunt.*	μά.	Μυῶν, καὶ Βατράχων, καὶ ἑτέρων Ζώων, τ῀ αἰτίων τισὶ μετανασάσεως γενομένων.	963

INDEX CAPITVM.

Cap.		Κεφ.		Pag.
42.	*De Formicis in Babylonia.*	μβ'.	Περὶ Μυρμήκων ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ.	963
43.	*Pantheris Cariae et Lyciae.*	μγ'.	Παρδάλεων Καρικῶν τε καὶ Λυκιακῶν.	965
44.	*Rhinocerote, et quemadmodum pugnat contra Elephantum.*	μδ'.	Ῥινοκέρωτος, καὶ ὡς ἀγωνίζεται πρὸς Ἐλέφαντα.	ib.
45.	*Tauris Aethiopicis, et quemadmodum capiantur.*	με'.	ταύρων Αἰθιοπικῶν, καὶ ὅπως θηρῶνται.	967
46.	*Gallinaceo genere, cujus meminit Mnaseas.*	μς'.	Ἀλεκτρυόνων τε καὶ Ἀλεκτορίδων, ὧν μέμνηται Μνασέας.	ib.
	Epilogus Auctoris, *Quo rationem reddit sui in describenda animalium natura collocati studii.*		Ἐπίλογος Ὑπὲρ τοῦ εἰς ταῦτα σπουδῆς τοῦ Φιλοσοφήσαντος.	971

ΠΡΑΕΦΑΤΙΟ.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΙΖ.

AELIANI

DE

NATVRA ANIMALIVM

LIBRI XVII.

PRAEFATIO.

HOMINEM ſapientem et juſtum eſſe, liberiſque ſuis proſpicere, et parentum debitam curam gerere, ſibique victum parare, inſidias declinare, et reliqua in eo collocata naturae dona, non admodum forſan aliquis admiretur. Eſt enim ratione, re pretioſiſſima, et ratiocinatione praeditus, eaque plurimis in rebus ipſi prodeſt; inſuper etiam Deos reverentia et cultu proſequi novit. Quod vero brutis animalibus, quamvis non proprio arbitrio, virtutes quaedam a natura inſitae ſint, eademque multas et admirandas hominum proprietates poſſideant, id ſane magni momenti eſt. Quibus autem ſingula eorum ſeorſum inſtructa ſint, et quomodo brutis animalibus non minus quam hominibus proſpectum ſit, accurate noſſe eruditae et multiſciae mentis opus eſt. Quanquam igitur me non lateat aliorum etiam in hoc genere lucubrationes exſtare; tamen hoc quoque noſtrae, quoad ejus fieri potuit, diligentiae opus a me in proprium uſum collectum, et ſtylo familiari expoſitum, theſaurum haud contemnendum me elaboraſſe credidi. Si igitur alius quiſpiam haec ſibi profutura cenſeat, iis fruatur; ſin minus, ſuo parenti ea fovenda colendaque relinquat: neutiquam enim omnia omnibus placent, aut ſtudio videntur digna omnibus omnia. Quamvis autem poſt multos, qui ante me vixerunt, et ſapientia excelluerunt, in hoc argumento verſatus fuerim, temporis ſorte laudem non imminutum iri ſpero, ſi et ipſe ſcientiam cognitione dignam accuratiore inveſtigatione et eloquio exornatam in lucem protulerim.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΑΝΘΡΩΠΟΝ μὲν εἶναι σοφὸν ϗ δίκαιον, ϗ τῶν οἰκείων παίδων προμηθέσατον, ϗ τῶν γειναμένων ποιεῖσθαι τὴν προσήκουσαν φροντίδα, ϗ τροφὴν ἑαυτῷ μασεύειν, ϗ ἐπιβουλὰς φυλάττεσθαι, ϗ τὰ λοιπὰ, ὅσα αὐτῷ σύνεσι δῶρα φύσεως, παράδοξον ἴσως οὐδέν. Καὶ γὰρ λόγου μετείληχεν ἄνθρωπος, τοῦ πάντων τιμιωτάτου, ϗ λογισμοῦ ἠξίωται, ὅσπερ ἂν ἐσι πολυαρκέσατός τε ϗ πολυωφελέσταος· ἀλλὰ ϗ Θεοὺς αἰδεῖσθαι οἶδε ϗ σέβειν. Τὸ δὲ ϗ τοῖς ἀλόγοις μετεῖναί τινος ἀρετῆς κατὰ φύσιν, ϗ εἰ μὴ κατὰ τὴν οἰκείαν κρίσιν, ϗ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων πλεονεκτημάτων ϗ θαυμαστὰ ἔχειν συγκεκληρωμένα, τοῦτο ἤδη μέγα. Καὶ εἰδέναι γε μὴ ῥᾳθύμως τὰ προσόντα αὐτῶν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καὶ ὅπως ἐσπουδάσθη ἕ μεῖον τῶν ἀνθρώπων [ἕκαστον] τῶν ἀλόγων ζώων, εἴη ἄν τινος πεπαιδευμένης φρενὸς, καὶ μαθήσης πολλά. Ὅτι μὲν οὖν καὶ ἑτέροις ὑπὲρ τούτων ἐσπούδασαι, καλῶς οἶδα· ἐγὼ δὲ ἐμαυτῷ ταῦτα, ὅσα οἷόν τε ἦν, ἀθροίσας, καὶ περιβαλὼν αὐτοῖς τὴν συνήθη λέξιν, κειμήλιον ἓκ ἀσπούδαστον ἐκπονῆσαι πεπίστευκα. Εἰ δέ τῳ ϗ ἄλλῳ φανεῖται ταῦτα λυσιτελῆ, χρήσθω αὐτοῖς· ὅτῳ δὲ ἕ φανεῖται, ἐάτω τῷ παιρὶ θάλπειν τε καὶ περιέπειν· ἕ γὰρ πάντα πᾶσι καλὰ, ἕδὲ ἄξια δοκεῖ σπουδάσαι πᾶσι πάντα. Εἰ δὲ ἐπὶ πολλοῖς τοῖς πρώτοις καὶ σοφοῖς γεγόναμεν, μὴ ἔσω ζημίωμα εἰς ἔπαινον ἡ τοῦ χρόνου λῆξις, εἴ τι καὶ αὐτοὶ σπουδῆς ἄξιον μάθημα παρεχοίμεθα καὶ τῇ εὑρέσει τῇ περιττοτέρᾳ, καὶ τῇ φωνῇ.

AELIANI
DE
NATVRA ANIMALIVM
LIBER I.

CAPVT I.
De Ardeis in inſula Diomedea.

INSVLA quaedam nomine Diomedea multas ardeas alit; quae, ut aiunt, barbaris neque quippiam nocent, neque eos adeunt: ſin Graecus advena eo diverterit, divino quodam munere ab his avibus aditur, alis explicatis, tanquam manibus ad prenſationem et complexum; Graecos ſe pertractantes non refugientes, intrepide ſe palpari ſuſtinent, et in accumbentium ſinus advolant, velut ad menſas hoſpitales invitatae. Vulgo ſocii Diomedis eſſe jactantur, qui una cum eo contra Ilium arma tulerunt; et prima eorum natura in avium ſpeciem immutata, etiam nunc ſe eſſe Graecos et Graecorum ſtudioſos approbant.

CAP. II.
De Scaris.

SCARVS cum aliis herbis marinis, tum alga veſcitur: omnium piſcium ad venerem inflammatiſſimus eſt: cauſa, cur capiatur, eſt cupiditas inexplebilis in feminam. Ea non ignorantes rei piſcatoriae periti, hoc modo ei inſidias ponunt; ut comprehenſae feminae

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α΄.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Περὶ τῶν Ἐρωδιῶν τῶν ἐν τῇ Διομηδείᾳ νήσῳ.

ΚΑΛΕΙΤΑΙ τις Διομήδεια νῆσος, καὶ ἐρωδιὸς ἔχει πολλούς. Οὗτοι, φασὶ, τὺς βαρβάρους ἔτε ἀδικοῦσιν, ἔτε αὐτοῖς προσίασιν· ἐὰν δὲ Ἕλλην καλάρη ξένος, οἵδε θείᾳ τινὶ δωρεᾷ προσίασι πέρυσας ἀπλώσαντες, οἱονεὶ χεῖράς τινας εἰς δεξίωσίν τε καὶ περιπλοκάς· καὶ ἀπομένων τῶν Ἑλλήνων ἀχ ὑποφεύγουσιν, ἀλλ' ἀτρεμοῦσι καὶ ἀνέχονται, καὶ καθημένων εἰς τὺς κόλπους καλαπέτονται, ὡσπερεὶ ἐπὶ ξενίᾳ κληθέντες. Λέγονται δὲ ἓν ἔτοι Διομήδυς ἑταῖροι εἶναι, οἱ σὺν αὐτῷ τῶν ὅπλων τῶν ἐπὶ τὴν Ἴλιον μετεσχηκότες, τὴν προλέραν φύσιν εἰς τὸ τῶν ὀρνίθων μεταβαλόντες εἶδος, ὅμως ἔτι καὶ νῦν διαφυλάττουσι τὸ εἶναι Ἕλληνές τε καὶ Φιλέλληνες.

ΚΕΦ. β΄.

Περὶ Σκάρων.

Ο Σκάρος πόας μὲν θαλαττίας σιτεῖται καὶ βρύα· λαγνίσαλος δὲ ἄρα ἰχθύων ἀπάντων ἦν· καὶ ἦγε πρὸς τὸ θῆλυ ἀκόρεσος ἐπιθυμία αὐτῷ ἁλώσεως αἰτία γίνεται. Ταῦτα ἓν αὐλῷ ξυνεγνωκότες οἱ ξοφοὶ τῶν ἁλιέων, ἐπιλίθενταί

οἱ

minae ſummum os ad tenuem funiculum ex ſparto confectum alligent, eamque vivam per mare trahant, ubi eorum ſedes et cubilia eſſe, et in quem locum congregentur, norunt. Conficiunt etiam grave plumbum figura rotundum, longitudine trium digitorum, quo ex chordis appenſo, trahitur ſcarus femina captiva. Aliquis eorum naſſae in piſcatorio navigio accommodatae os late deducit, datque operam, ut naſſa in ſcarum captum convertatur; eaque ſenſim demittitur, lapide ad certam menſuram facto. Mares vero, non aliter quam homines, ad conſpectam amatam libidinis furore feruntur, circumque eam concurſantes, alius alium praevertere, eique appropinquare et contingere ſtudent; ut ſolent juvenes vehementer amantes, aut oſculum, aut vellicationem, aut aliud quodpiam furtum amatorium captantes. Qui deducit feminam ſenſim et pedetentim, inſidiis collocatis, recta ad naſſam cum amata diceres ducere amantes. Cum proxime ad naſſam hi acceſſerunt, plumbum in interiorem partem a piſcatore traductum, et linea decidens, feminam in naſſam detrahit; quo ſimul influentes mares capiuntur, ac poenam dant ſcari ejuſmodi furentis libidinis.

CAP. III.

De Capitonibus.

CAPITO e piſcium genere eſt, qui in paludibus degunt; et continentiſſimus, ac in victu temperatiſſimus, eſſe creditur. Etenim nullam animantem invadit, ſed cum omnibus pacem ſervare ſolet. Si vero in quempiam jacentem inciderit, hunc in ſuum prandium convertit; non prius tamen eum attingit, quam cauda moverit: tum ſi immotus maneat, hunc praedam ſibi facit; ſi vero moveatur, diſcedit.

οἱ τὸν τρόπον τοῦτον. Ὅταν θῆλυ συλλάβωσιν, ἔδησαν ὁρμιᾷ σπάρτου πεποιημένῃ λεπτῇ τοῦ σόμαλος ἄκρου, καὶ ἐπισύρουσιν διὰ τῆς θαλάττης τὸν ἰχθὺν ζῶντα· ἴσασι δὲ αὐτῶν εὐνάς τε καὶ διατριβὰς, καὶ ὅπου συναγελάζονται. Μόλιβδος δὲ αὐτοῖς πεποίηται βαρὺς τὴν ὀλκὴν, περιφερὴς τὸ σχῆμα, καὶ ἔχει μῆκος τριῶν δακτύλων, καὶ διείληπται ἐξ ἄκρων σχοίνῳ, καὶ ἐπισύρεται τὸν τεθηραμένον. Καὶ κύρτον τις τῶν ἐν τῇ πορθμίδι παραρτήσας ἐπάγεται εὐρὺν τὸ στόμα, καὶ ἐς τὸν ἁλωκότα τέτραπται σκάρον ὁ κύρτος· βαρεῖται δὲ ὕπος ἡσυχῇ λίθῳ μεμελημένῳ. Οὗκοῦν οἱ ἄρρενες, ὥσπερ νύμφην ἐρωτικὴν νεανίαι θεασάμενοι, οἰστρῶνται τε, καὶ μεταθέουσι, καὶ ἐπείγονται φθάσαι ἄλλος ἄλλον, καὶ γενέσθαι πλησίον, καὶ παραψαῦσαι, ὥσπερ δυσέρωτες ἄνθρωποι φίλημα ἢ κνίσμα θηρώμενοι, ἤ τι ἄλλο κλέμμα ἐρωτικόν. Ὁ τοίνυν ἄγων τὸν θῆλυν ἡσυχῇ καὶ πεφεισμένως, λοχῶν τε καὶ ἐπιβουλεύων, εὐθὺς τοῦ κύρτου σὺν τῇ ἐρωμένῃ φαίης ἂν τὸς ἐρασὰς ἄγειν. Γενομένων δὲ ὁμοῦ τῷ κύρτῳ, τὸν μὲν μόλιβδον μεθῆκεν ὁ θηρατὴς εἰς τὸ εἴσω, ὁ δὲ ἄρα ἐμπίπλων σὺν τῇ ὁρμῇ καταπρᾷ καὶ τὸν θῆλυν· ὧν συνεισρεύσαντες ἁλώκασι, καὶ διδόασι δίκην ὁρμῆς ἀφροδισίου τάυτην οἱ σκάροι.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ Κεφάλων.

Ὁ Ἰχθὺς ὁ κέφαλος τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι βιώντων ἐστὶ, καὶ πεπίστευται τῆς γαστρὸς κρατεῖν, καὶ διαιτᾶσθαι πάνυ σωφρόνως. Ζώῳ μὲν γὰρ οὐκ ἐπιλίθεται, ἀλλὰ πρὸς πάντας τοὺς ἰχθύας ἔνσπονδος εἶναι πέφυκεν. Ὅτῳ δ' ἂν ἐνλύχνῃ κειμένῳ, τοῦτό οἱ δεῖπνόν ἐστιν· οὐ πρότερον δὲ αὐτοῦ προσάπτεται, πρὶν ἢ διὰ τῆς ὑρᾶς κινῆσαι· καὶ ἀτρεμοῦντος μὲν ἔχει τὴν ἄγραν, κινηθέντος δὲ ἀνεχώρησε.

ΚΕΦ.

CAP. IV.

De Anthia pisce et Scaro.

VT homines fidi et commilitones veri, perinde pisces sibi invicem opem ferunt, quos anthias venationis maritimae periti nominare solent; sunt autem pelagii. Ex his quilibet, cum noverit convictorem socium captum esse, celerrime adnare festinat, ac dorsi sui nixu ad eum inhaerescit, incursu impulsuque pro viribus prohibet captivum abduci. Scari etiam gregales suos optime vindicant, ac adeuntes lineam dentibus conficere conantur, ut captum servent; et saepe lineam concidentes eum liberaverunt, neque ob id petunt redemptionis praemia: saepe vero non adsequuntur socii liberationem, sed spe sua frustrantur; tametsi id, quod suum erat, promptissime praestiterunt. Jam vero in nassam cum inciderit scarus, dicunt eum posteriorem partem suam de nassa exserere; reliquos vero, qui non sunt capti, circumnatantes eum morsu corripere, et foras socium proferre. Si vero in caput exierit, ipsorum quispiam, qui foris est, caudam ei porrigit; ille, comprehensa cauda, sequitur. Haec illi quidem faciunt more hominum, amicitiam non docti, sed ad eam colendam nati.

CAP. V.

De Trocta pisce.

PISCIS trocta, cujus naturam, nomen, et os declarant, dentes habet frequentes et continentes, quibus, quicquid inciderit, perfringere potest. Hamo captus solus ex piscibus non se ab hamo retrahit, sed impellit sese in ferrum, chordam abrodere cupiens. Piscatores contra astu utuntur, longas enim hamorum ansas fabricantur; ille vero, quoniam quodam modo valet saltu, ansas saepe transs-

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ Ἀνθίᾳ τῇ ἰχθύος καὶ Σκάρᾳ.

Τιμωρῶσιν ἀλλήλοις, ὡς ἄνθρωποι πιστοὶ καὶ συστρατιῶται δίκαιοι, οἱ ἰχθύες, ὅσπερ ἀνθίας οἱ τῆς θήρας ἐπιστήμονες τῆς θαλαττίας φιλῶσιν ὀνομάζειν, ὅλας τὰ ἤθη πελαγίους. Τούτων γὰρ ἕκαστοι, ὅταν νοήσωσι τεθηρᾶσθαι τὸν Σύννομον, προσνέουσιν ὥκιστα· εἶτα εἰς αὐτὸν τὰ νῶτα ἀπερείδουσι, καὶ ἐμπίπτοντες καὶ ὠθούμενοι τῇ δυνάμει κωλύουσιν ἕλκεσθαι. Καὶ οἱ σκάροι δὲ εἰς τὴν οἰκείαν ἀγέλην εἰσὶν ἀγαθοὶ τιμωροὶ, προσίασι γὰρ, καὶ τὴν ὁρμιὰν ἀποτραγεῖν σπεύδουσιν, ἵνα σώσωσι τὸν ἠρημένον· καὶ πολλάκις μὲν ἀποκόψαντες ἔσωσαν καὶ ἀφῆκαν ἐλεύθερον, καὶ οὐκ αἰτοῦσι ζωάγρια· πολλάκις δὲ οὐκ ἔτυχον, ἀλλ' ἥμαρτον μὲν, τὸ δ' ὃν ἑαυτῶν πεποιήκασιν εὖ μάλα προθύμως. Ἤδη δὲ καὶ εἰς τὸν κύρτον τὸν σκάρον ἐμπεσεῖν φασι, καὶ τὸ οὐραῖον μέρος ἐκβαλεῖν· τοὺς δὲ ἀθηράτους καὶ περινέοντας ἐνδακεῖν, καὶ ἐς τὸ ἔξω τὸν ἑταῖρον προαγαγεῖν. Εἰ δὲ καὶ ἐξίοι καλὰ τὸ σόμα, αὐτῶν τις ὁ ἔξω τὴν οὐρὰν παρώρεξεν, ὁ δὲ περιχανὼν ἠκολούθησεν. Οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα δρῶσιν, ὡς ἄνθρωποι, φιλεῖν οὐ μαθόντες, ἀλλὰ πεφυκότες.

ΚΕΦ. έ.

Περὶ τοῦ καλουμένου Τρώκτου.

Ὁ Ἰχθὺς ὁ τρώκτης· τοῦτο μὲν καταγορεῖ τὴν φύσιν καὶ τὸ ὄνομα, ἤδη δὲ καὶ τὸ σόμα· ὀδόντες δὲ αὐτῷ συνεχεῖς τε ἐμπεφύκασι καὶ πολλοὶ, καὶ τὸ ἐμπεσὸν πᾶν διαλεμεῖν εὖ μάλα καρτεροί. Οὐκοῦν ἀλλὰ ἀγκίστρῳ μόνος ἰχθύων εἰς τὸ ἔμπαλιν ἑαυτὸν οὐκ ἐπανάγει, ἀλλ' ὠθεῖται, τὴν ὁρμιὰν ἀποθερίσαι διψῶν. Οἱ δὲ ἁλιεῖς σοφίζονται τἀναντία, τὰς γάρ τοι τῶν ἀγκίστρων λαβὰς χαλκεύονται μακράς· ὁ δὲ (καὶ γάρ πως ἐστὶ καὶ

tranſilit, ac linea, qua agitur, conciſa, ad piſcium domicilia revertitur. Hic etiam, ſui generis grege coacto, delphinos invadit; et ii quidem, ſi quem ſegregatum circumvenire poſſint, fortiter invadunt: plane enim ſciunt delphinum ſuis morſibus verberari aſpere ſolere. Itaque tractae ei acerrime inſtant; delphinus contra reſilit, ſubſilit, atque indicat, ut ex dolore torqueatur: idcirco tenaciter urgent, ſimulque ad ſaltum delphini tolluntur. Hic eos repellere conatur; illi vero nihil remittentes, vivum lacerant. Poſtea vero quam pro ſe quiſque aliquam partem mordicus abripuerit, diſcedit; delphinus vero libenter enatat, cum convivas, ut ita dicam, non invitatos cum ſuo dolore excepit.

CAP. VI.

De Cane, qui captus fuit amore formoſae mulieris.

GLAVCAM citharoedam a cane amatam fuiſſe audio; alii dicunt, non a cane, ſed ariete; alii ab anſere. Atque apud Solos Ciliciae civitatem puerum, cui nomen erat Xenophon, canis amavit; aliumque adoleſcentem Spartae ob ſpeciem Graculus amavit.

CAP. VII.

De Thoe.

THOA dicunt eſſe animal homini amiciſſimum; et ſi forte in hominem inciderit, revereri, ac velut obſervanter ſuſcipere; cum vero ab alia fera ipſum infeſtari viderit, ſtatim ei ſuccurrere.

CAP.

ἀλλικὸς) καὶ ὑπὲρ ταύτας ἀνέθορε πολλάκις, καὶ τὴν τρίχα τὴν ἄγουσαν τεμὼν, ἐς ἤθη τὰ τῶν ἰχθύων αὖθις ἀπονήχεται. Οὗτός τοι καὶ τὴν ἀγέλην τὴν ξύννομον παραλαβὼν, ξὺν αὐτοῖς ἐκείνοις χωρεῖ καὶ τοῖς δελφῖσιν ὁμόσε· καὶ ἕνα ἀποκριθέντά πως περιεχθόντες, εἶτα ἐπιτίθενται τῷ θηρίῳ καρτερῶς· ἴσασι γὰρ, ὅτι τῶν ἐξ αὐτῶν δημάτων ὁ ῥᾳθύμως ἐπαΐει. Οἱ μὲν γὰρ ἔχονται αὐτοῦ καὶ μάλα ἐγκρατῶς· ὁ δὲ ἀναπηδᾷ, καὶ κυβιστῶν δῆλός ἐστι, καὶ ὡς ὑπὸ τῆς ὀδύνης στρεβλοῦται, διελέγχεται· ἀπρὶξ γὰρ ἐμφύντες ξυνεξαίρονται πηδῶντος. Καὶ ὁ μὲν ἀποσείσασθαι, καὶ ἀποκρύψαι ξπεύδει αὐτούς· οἱ δὲ οὐκ ἀνιᾶσιν, ἀλλ' ἐσθίουσι ζῶντα. Εἶτα μέντοι τούτων ὅ,τι ἂν ἕκαστος μέρος ἐκτράγῃ, ἔχων ἀπαλλάττεται· καὶ ὁ δελφὶς ἀσμένως ἀπονήχεται, δαιτυμόνας, ὡς ἂν εἴποις, ἀκλήτους ἑσιάσας ξὺν τῇ ἑαυτοῦ ὀδύνῃ ἐκείνους.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ τοῦ ἔρωτος, ᾧ ἠράσθη Κύων ὡραίας γυναικός.

Γλαύκης ἀκούω τῆς κιθαρῳδοῦ ἐρασθῆναι κύνα· οἱ δὲ οὐ κύνα, ἀλλὰ κριόν· ἄλλοι δὲ, χῆνα. Καὶ ἐν Σόλοις δὲ τοῖς Κιλικίοις παιδός, ᾧ ὄνομα ἦν Ξενοφῶν, κύων ἠράσθη· καὶ ἄλλου δὲ ὡραίου μειρακίου ἐν Σπάρτῃ κολοιὸς ἐπὶ τῷ εἴδει ἐνόσησεν.

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ Θωὸς.

Λέγουσι τὸν θῶα τὸ ζῶον φιλανθρωπότατον εἶναι· καὶ ὅταν μέν του περιτύχῃ ἀνθρώπῳ, ἐντρέπεται αὐτὸν, οἷον αἰδούμενος· ὅταν δὲ ἀδικούμενον θεάσηται ὑπ' ἄλλου θηρίου, τὸ τηνικαῦτα ἐπαμύνει αὐτῷ.

CAP. VIII.
De Canibus.

NICIAS quiſpiam ex venatoribus cum de improviſo in carbonariam fornacem lapſus fuiſſet, canes, qui cum eo erant, hoc intuentes non illinc diſceſſerunt; ſed primo circa caminum ingemiſcentes et ululantes commorabantur; tandem praetereuntes leviter et ſenſim morſu veſtium attrahebant ad id, quod accidiſſet, tanquam auxiliatores domino ſuo implorantes homines. Unus igitur videns hoc idem, ſuſpicatus eſt id, quod acciderat, et ſecutus eſt canes, invenitque Niciam in fornace deflagratum, rei conjectura ex reliquiis facta.

CAP. IX.
De Fuco.

FVCVS, qui inter apes naſcitur, de die in mellarias cellas abditus manet; nocte vero, cum apes dormire obſervaverit, eorum opera invadit, vaſtatque alveos. Hoc illae cum intelligant, plurimae quidem earum dormiunt, nempe defeſſae, paucae vero excubant. Cum vero viderint furem, verberant eum modice et leniter, expelluntque alis, et in exſilium projiciunt. Iſte vero non ob id corrigitur, ſua enim natura et piger et vorax eſt; quibus duobus malis praeditus extra favos ſe abdit: ut vero ad paſtionem apes profectae ſunt, ille rurſus opus invadens, quod ſuum eſt, facit; confercit ſe melle, et depopulatur theſauros dulces apum. Eae ex paſtione redeuntes, cum in eum inciderint, non amplius leniter verberant, neque tanquam eſſent in exſilium eum ejecturæ, ſed aſpere aculeis invadentes, percutiunt latronem; qui jam non amplius mulctatur increpationibus, ſed voracitatis et gulae nimiae poenas vita perſolvit. Apiarii haec dicunt, ac mihi perſuadent.

CAP.

ΚΕΦ. ή.

Περὶ Κυνῶν.

Νικίας δέ τις τῶν κυνηγετούντων ἀπροόπτως φερόμενος εἰς ἀνθρακευτῶν κάμινον καταηνέχθη, οἱ δὲ κύνες οἱ ζὺν αὐτῷ τοῦτο ἰδόντες οὐκ ἀπέστησαν· ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα κυκλούμενοι περὶ τὴν κάμινον, καὶ ὠρυόμενοι διέτριβον· τὰ δὲ τελευταῖα μονονουχὶ τοὺς παριόντας ἠρέμα καὶ πεφεισμένως καλὰ τῶν ἱματίων δάκνοντες, εἶτα ἕλκοντες ἐπὶ τὸ πάθος, οἷον ἐπιχείρους τῷ δεσπότῃ παρακαλοῦντες τοὺς ἀνθρώπους οἱ κύνες. Καὶ γοῦν εἰς ὀρῶν τὸ γενόμενον, ὑπώπτευσε τὸ ζυμβὰν, καὶ ἠκολούθησε, καὶ εὗρε τὸν Νικίαν ἐν τῇ καμίνῳ καταφλεχθέντα, ἐκ τῶν λειψάνων ζυμβάλλων τὸ γενόμενον.

ΚΕΦ. θ.

Περὶ Κηφῆνος.

Ο Κηφὴν ὁ ἐν μελίτταις γινόμενος, μεθ' ἡμέραν μὲν ἔνδον τοῖς ἀνθρηνίοις καταικέκρυπται· νύκτωρ δὲ, ἡνίκα ἂν παραφυλάξῃ καθευδούσας τὰς μελίττας, ἐπιφοιτᾷ τοῖς ἔργοις αὐτῶν, καὶ λυμαίνεται τοῖς σίμβλοις. Τοῦτο ἐκεῖναι καταμαθοῦσαι, αἱ μὲν πλεῖσαι τῶν μελισσῶν καθεύδουσιν, ἅτε πεπονηκυῖαι, ὀλίγαι δὲ αὐτῶν ἐλλοχῶσιν. Εἶτα ὅταν ἴδωσι τὸν φῶρα, παίουσιν αὐτὸν πεφεισμένως, καὶ ἐξωθοῦσι τοῖς πλευροῖς, καὶ ἐκβάλλουσι φυγάδα εἶναι. Ὁ δὲ οὐδ' ὅτω πεπαίδευται, πέφυκε γὰρ καὶ ἀργὸς καὶ λίχνος, δύω κακώ· ἔξω τοίνυν τῶν κηρίων ἑαυτὸν ἀποκρύπτει· εἶτα, ὅταν ἐπὶ τὰς νομὰς ἐξορμήσωσιν αἱ μέλιτται, ὁδ' ὠσάμενος ἔσω τὸ ἑαυτοῦ δρᾷ, ἐμφορούμενος καὶ κεραΐζων ἐκεῖνος τὸν θησαυρὸν τῶν μελιττῶν τὸν γλυκύν. Καὶ ἐκεῖναι ἐκ τῆς νομῆς ὑποστρέψασαι, ὅταν αὐτῷ περιτύχωσιν, ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἔτι πεφεισμένως αὐτὸν παίουσιν, οὐδ' ὅσον εἰς φυγὴν τρέψαι, ἀλλ' εὖ μάλα τοῖς κέντροις βιαίως ἐμπεσοῦσαι διαλοῦσι τὸν λῃστήν· καὶ ὑ μεμπτὴν ὑπομείνας τὴν τιμωρίαν, ὑπὲρ τῆς γαστριμαργίας καὶ ἀδηφαγίας τὴν ψυχὴν ἔτισε. Μελισσουργοὶ λέγουσι ταῦτα, καὶ ἐμὲ πείθουσιν.

ΚΕΦ.

CAP. X.

De Apibus ab opere immunibus.

EX apibus quaedam ſunt inertes, non tamen moribus fuci ſunt: neque enim favos corrumpunt, neque melli inſidiantur; ſed ex floribus aluntur etiam ipſae, et cum aliis evolant et compaſcuntur. Quamvis autem mellis conficiendi et condendi induſtria carent, non tamen prorſus otioſae ſunt. Earum enim quaedam aquam regi, et apibus vetulis apportant; nam ſeniores apud regem, ad ejus ſtipationem ſelectae, permanent. Aliae vero hoc munere funguntur, ut mortuas ex alveo efferant; mundos enim & puros favos eis eſſe oportet, itaque mortuam apem intra alveos favorum eſſe non patiuntur. Aliae vero ex his nocte excubant, et favorum ſubſtructiones non ſecus ac parvam urbem vigiliis aſſervant.

CAP. XI.

De aetate Apum.

APVM quiſpiam aetatem ad hunc modum dignoſcere poterit. Quae annum non exceſſerunt, niteſcunt, oleique ſimilitudinem et ſpeciem gerunt. Vetulae vero et adſpectu et tactu horridulae evadunt, atque ex aetate affecta rugis plenae videntur; eae tamen experientia et induſtria praecellentiores ſunt, ex longitudine nimirum temporis ad mellis conficiendi ſcientiam eruditae. Eaedemque tanta divinitate praeſtant, ut et pluvias et frigora futura praeſentiant; et quando horum alterum, vel utrumque impendere conjecturis adſequuntur, non longiſſime ab alveo volatu procedunt, ſed circum apiaria volantes veluti foribus incubant. Ex his rebus alveorum cuſtodes futura augurati, agricolis turbulentae tempeſtatis adventum praedicunt. Longe autem minus frigoris, quam

ΚΕΦ. ί.

Περὶ τῶν ἀργῶν Μελιτῶν.

Εἰσὶ δέ τινες ἢ ἐν ταῖς μελίτταις ἀργοὶ μέλιτται, ἃ μὴν κηφηνώδεις τὸν τρόπον· ἃ γὰρ λυμαίνονται τοῖς κηρίοις, ἀδ' ἐπιβουλεύουσι τῷ μέλιτι αὗται· ἀλλὰ τρέφονται μὲν ἐκ τῶν ἀνθέων ἢ αὐταὶ ποιόμεναι, ἢ ξύννομοι ταῖς ἄλλαις ὅσαι. Εἰ δὲ ἢ εἰσὶν ἄτεχνοι περὶ τὴν ἐργασίαν, ἢ τὴν κομιδὴν τοῦ μέλιτος, ἀλλὰ γοῦν οὐκ εἰσὶν ἄπρακτοι πάντη. Αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ὕδωρ τῷ βασιλεῖ κομίζουσι, ἢ ταῖς πρεσβυτέραις δέ· αἵπερ ἂν αἱ πρεσβύτεραι ἢ αὐταὶ τῷ βασιλεῖ παραμένουσι, ἢ εἰς τὴν δορυφορίαν ἀπεκρίθησαν τὴν αὐτοῦ. Ἕτεραι δὲ αὐτῶν τῶν ἀτέχνων ἔχουσιν ἐκεῖνο ἔργον, τὰς ἀποθνησκούσας τῶν μελιττῶν ἔξω φέρουσι· δεῖ γὰρ αὐταῖς καθαρὰ εἶναι τὰ κηρία, ἢ οὐκ ἀνέχονται νεκρὰν ἔτι μέλιτταν. Ἀλλὰ ἢ νύκτωρ φοροῦσιν, ὡσπερεὶ πόλιν μικρὰν φυλάττουσαι τὴν τῶν κηρίων οἰκοδομίαν ἐκεῖναί γε.

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ τῆς Μελιττῶν ἡλικίας.

Μελιττῶν δὲ ἡλικίαν διαγνοίη τις ἂν τὸν τρόπον τοῦτον. Αἱ μὲν αὐτοέτεις σιλπναί τέ εἰσι, ἢ ἐοίκασιν ἐλαίῳ τὴν χροιάν. Αἱ δὲ πρεσβύτεραι τραχεῖαι ἢ ἰδεῖν ἢ ἅψασθαι γίνονται, ῥυσαὶ δὲ ὁρῶνται διὰ τὸ γῆρας· ἐμπειρότεραι δέ εἰσιν αὗται, ἢ τεχνικώτεραι, παιδεύσαντος αὐτὰς τὴν ἐπὶ τῷ μέλιτι σοφίαν τοῦ χρόνου. Ἔχουσι δὲ ἢ μανθικῶς, ὥστε ἢ ὑετῶν ἢ κρύους ἐπιδημίαν προμαθεῖν· ἢ ὅταν τούτων τὸ ἕτερον, ἢ ἢ ἀμφότερον ἔσεσθαι συμβάλωσιν, οὐκ ἐπὶ μήκιστον ἐκλείνουσι τὴν πῆσιν ἐκ τῆς νομῆς, ἀλλὰ περιπολῶνται τοῖς σμήνεσι, ἢ οἱονεὶ περιαθύρουσιν. Ἐκ δὴ τούτων μελιτοῦργοὶ οἰωνισάμενοι, προλέγουσι τοῖς γεωργοῖς τὴν μέλλουσαν ἐπιδημίαν τοῦ χειμῶνος. Δεδοίκασι δὲ ἄρα οὐ τοσοῦτον τὸ κρύος αἱ μέλιτται,

quam nimiae pluviae aut nivis, timentes ſunt. Saepe vero vento adverſae volant, lapillum pedibus portantes, quantulus inter volandum commode geſtari poſſit; itaque in hunc modum contra ventorum incurſiones et afflatus aurae, ne ex itinere deducantur, ejuſmodi firmamentum ac robur machinantur.

CAP. XII.

De Capitone oxyryncho.

VIM et numen multa genera piſcium noverunt Cupidinis, ne hos quidem, qui in ſumma maris altitudine degunt, contemnentis. Etenim capito divinum hujus numen colit atque veneratur; non tamen omnis capito, ſed ille, quem a faciei acumine denominant, qui piſcium genera et differentias noverunt. In ſinu Achaico multi, quantum audio, capiuntur, idque variis modis. Maxime vero eorum in re venerea libidinis furorem captura teſtatur hujuſmodi. Cum ex capitonibus feminam piſcator ceperit, alligaveritque aut longa arundine, aut fune etiam longo, in litore pedetentim ingrediens adnatantem piſcem et ſalientem pertrahit. Per ejus veſtigia alius ſubſequens retia fert, obſervans quam diligentiſſime qua et quomodo ſit eventura piſcatio. Itaque agitur femina; mares vero, qui hoc viderint, veluti adoleſcentes libidinoſi formoſae puellae praetereunti cupidos oculos adjicientes, in eam feruntur, libidinis furore agitati. Ille autem, qui retia tenet, ea dejicit; et ſaepe quidem piſcium veneris appetitione accedentium magnam copiam nanciſcitur. Incumbit autem priori piſcatori haec cura, ut femina captiva formoſa ſit et bene corpulenta, ut plures ad eam accedant pulchritudinis illecebra, tanquam eſca, illecti. Nam ſi macilenta ſit, multi ea ſpreta diſcedunt; quicunque tamen horum eſt vehementi amore ductus non diſcedit, mehercle non formae, ſed coitus deſiderio detentus.

μέλιτται, ὅσον τὸν ὄμβρον τὸν πολὺν, καὶ τὸν νιφετόν. Ἐναυλίαι δὲ πολλάκις τοῦ πνεύματος πέτονται, καὶ βραχεῖαν λίθον ἐν τοῖς ποσὶ κομίζουσι, καὶ τοσαύτην ὅσην εὔφορον αὐταῖς πτομένοις εἶναι, καὶ τρόπον τινὰ τοῦτο ἔρμα ἑαυταῖς ἐπιτεχνῶνται πρὸς τὸν ἐμπίπτοντα ἄνεμον, τάτε ἄλλα, καὶ ἵνα μὴ παραιρέψῃ τῆς ὁδοῦ ἡ αὔρα αὐτάς.

ΚΕΦ. ιϚ΄.

Περὶ τοῦ ὀξυρύγχου Κεφάλου.

Ἔρωτος δὲ ἰσχὺν καὶ ἰχθύων γένη πολλὰ ἔγνω, τοῦ τοσούτου θεοῦ μηδὲ τοὺς ἐν τῷ βυθῷ καὶ καλὰ τῆς θαλάσσης ὑπεριδόντος καὶ ἀτιμάσαντος. Λατρεύει γοῦν τῷδε τῷ δαιμονίῳ καὶ κέφαλος· ἀλλ' ὁ μὲν πᾶς, ἐκεῖνος δὲ, ὅνπερ ἓν ἀπὸ τοῦ ὀξέος προσώπου καλοῦσιν οἱ γένη τε καὶ διαφορὰς ἰχθύων καταγνώκοτες. Ἁλίσκονται δὲ, ὡς ἀκούω, περὶ τὸν κόλπον τὸν Ἀχαϊκὸν πολλοὶ, καὶ τῆς μὲν καθ' αὑτοὺς ἁλώσεως διαφορότης ἐστί· μάλιστα δὲ αὐτῶν τὸ λυπῶδες τὸ εἰς τὰ ἀφροδίσια καθηγορεῖ ἥδε ἡ ἄγρα. Θηράσας ἀνὴρ ἁλιεὺς θῆλυν ἐκ τῶνδε κέφαλον, καὶ ἐκδήσας καλάμῳ μακρῷ, ἢ σπάρῳ καὶ τούτῳ μακρῷ, καθὰ τῆς ἠϊόνος ἡσυχῇ βαδίζων, παρανηχόμενον τὸν ἰχθῦν, καὶ ἀσπαίρουτα ἐπισύρει. Καθ' ἵχνια δὲ αὐτοῦ τις ἕπεται φέρων δίκτυον, καὶ τὸ μέλλον ὅπῃ τε καὶ ὅπως ἀπαντήσεται φυλάττει φιλοπόνως ὁ δικτυεὺς ἕτος. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἅλεται· ὁπόσοι δ' ἂν ἴδωσι τῶν ἀῤῥένων, οἷα δήπου νεανίαι ἀκόλαστοι μείρακος παραθεούσης εὖ μάλα ὡρικῆς ἐποφθαλμιάσαντες, ἕπονται καθὰ τὴν νῆξιν οἰστρέμενοι. Ὁ τοίνυν τὸ δίκτυον ἔχων ῥίπτει τὸν βόλον, καὶ πολλάκις ἰχθύων εὐερμίᾳ περιτυγχάνει τῇ τῆς ἐπιθυμίας ὁρμῇ προσερχομένων. Δεῖ δὲ τῷ πρώτῳ θηρατῇ τὴν αἱρεθεῖσαν ὡραίαν τε εἶναι, καὶ εὖ ἤκουσαν σαρκῶν, ἵνα καὶ πλείους ἐπ' αὐτὴν ὁρμήσωσι, τὸ τῆς ὥρας ἐφολκὸν δέλεαρ λαβόντες. Εἰ δὲ ἄσαρκος εἴη, οἱ πολλοὶ ὑπερφρονήσαντες ᾤχοντο ἀπιόντες. Ὅσις δὲ αὐτῶν ἐστι δύσερως ἐκ ἀπαλλάττεται, ὁ τῇ ὥρᾳ, μά Δία, ἀλλὰ τῷ τῆς μίξεως πόθῳ δεδουλωμένος. ΚΕΦ.

CAP. XIII.

De caſtitate Aetnaei piſcis.

SVNT et caſtitate praeſtantes piſces. Aetnaeus enim appellatus, poſteaquam cum pari ſuo, tanquam cum uxore quadam, conjunctus, eam ſortitus eſt, aliam non attingit; neque ad fidem tuendam tabulis ullis ei opus eſt, nec dote; neque malae tractationis poenam timet, neque Solonem veretur. O nobiles leges et reſpublicae graves, quibus libidinoſi homines non parere nihil verentur!

CAP. XIV.

De Merula marina.

MERVLAE marinae domicilia et ſedes ſunt petrae et cavernoſa receptacula. Mares autem ſinguli cum multis feminis complexu venereo junguntur, iique cavernis, quae tanquam cubilia novarum nuptarum ſunt, abſiſtunt. Quod ego genus matrimonii, luxurioſum, multarumque eſſe ſtudioſum, delicatorum ad rem veneream dicerem eſſe barbarorum, et, ut joco aliquis de re ſeria dixerit, Medicam aut Perſicam vitam. Omnium autem piſcium eſt maxime zelotypus in hoc genere mas, cum ſemper alias, tum maxime cum ejus uxores pariunt. Liceat autem mihi vocabulis uti hujuſmodi, in quibus forte aliquis ceu temerarium me reprehendat, quae ipſa videtur conceſſiſſe natura, cum rerum etiam ipſarum ſecundum illam exempla extent. Cum igitur parturiendi doloribus eae tenentur, domi quieſcunt; mas autem, tanquam maritus, foribus incubans cavet, ne extrinſecus inſidiae inferantur, metu parvulorum. Videtur is nondum genitos amare, metuque paterno motus, his timere, et totos dies in eorum cuſtodia permanet, nihil guſtans, atque cura ipſum alit. Sub crepuſculum veſpertinum tandem intermittit hanc cuſtodiendi neceſſitatem, cibumque exquirit, neque eo deſtituitur. Singulae vero conjugum, quae ſunt intus, ſive ſint in partus doloribus, ſive jam enixae cubent, algas copioſe in cavernis et circum petras provenientes, quibus veſcuntur, reperiunt.

ΚΕΦ. ιγ΄.

Περὶ τῆς τῶ Αἰτναίω καλωμένω ἰχθύος σωφροσύνης.

Ἦσαν δὲ ἄρα κ᾽ σωφρονεῖν ἰχθύες ἀγαθοί. Ὁ γῶν αἰτναῖος, ὕτω λεγόμενος, ἐπὰν τῇ ἑαυτῶ συννόμῳ οἱονεὶ γαμετῇ τινι συνδυασθεὶς κληρώσηται τὸ λέχος, ἄλλης οὐχ ἅπτεται, κ᾽ οὐ δεῖται συμβολαίων εἰς ὠίσιν, οὐ ὠροικὸς, οὐδὲ μὴν δέδοικε κακώσεως δίκην ὁ αἰτναῖος, οὐδὲ αἰδεῖται Σόλωνα. Ὦ νόμοι γενναῖοι κ᾽ ὠόλεις σεμναὶ, οἷς ἀκόλασοι ἄνθρωποι οὐκ αἰδῶνται μὴ ὠείθεσθαι!

ΚΕΦ. ιδ΄

Περὶ Κοσσύφω θαλατλίω.

Κοσσύφῳ δὲ τῷ θαλατλίῳ ἦθη τε κ᾽ διαλριβαὶ αἱ ὠέτραι, κ᾽ αἱ σηραγγώδεις ὑποδρομαί. Γαμῶσι δὲ ἕτοι ἕκασος ὠολλὰς, κ᾽ τῶν ὀπῶν οἱονεὶ θαλάμων νύμφαις οὐκ ἀφίσανται. Καὶ τῶτο μὲν τὸ τῶ γάμω θρυπλικὸν, κ᾽ τὸ εἰς ὠολλὰς ἔχειν τὴν ὁρμὴν νενεμημένην, φαίην ἂν εἶναι τρυφώλων εἰς εὐνὴν βαρβάρων, κ᾽, ὡς ἂν εἴποις, σὺν ὠαιδιᾷ σπουδάσας, βίον Μηδικόν τε κ᾽ Περσικόν. Ἔχι δὲ ἰχθύων ζηλοτυπώταλος, κ᾽ ἄλλως μὲν ἦν, οὐχ ἥκιστα δὲ ὅταν αἱ νύμφαι τίκωσιν αὐτῷ. Εἰ δὲ λαμυρώτερα ταῦτα τῇ κράσει τῶν ὀνομάτων εἴρηται, δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἐκ τῆς φύσεως ὠρατόμενα τὴν τῶν τοιῶτων ἐξουσίαν. Αἱ μὲν γὰρ ὠδίνων ἤδη ὠειρώμεναι, ἠρεμοῦσί τε κ᾽ ἔνδον μένουσιν· ὁ δὲ ἄῤῥην, οἷα δήπου γαμέτης, ὠρὸ θυρῶν τὰς ἐπιβουλὰς φυλάττει τὰς ἔξωθεν, φόβῳ τῶν βρεφῶν. Ἔοικε γὰρ κ᾽ τὰ μήπω γενόμενα φιλεῖν, κ᾽ δέει ὠαιρικῷ ἁλισκόμενος ἐνλεῦθεν ὀῤῥωδεῖν ἤδη, κ᾽ διημερεύει μὲν ἐπὶ τῇ φωλεᾷ ὠάντων ἄλευσος, κ᾽ ἡ φρονλὶς αὐτὸν τρέφει. Δείλης δὲ ὀψίας γενομένης ἀφεῖται τῆς ἀνάγκης τῆσδε, κ᾽ μασεύει τροφὴν, κ᾽ οὐκ ἀτυχεῖ αὐτῆς. Καὶ ἑκάστη δὲ ἄρα εὑρίσκει τῶν ἔνδον, εἴτε ἐπ᾽ ὠδῖσιν εἴη, εἴτε ἤδη λεχὼ, φυκία ὠολλὰ τῶν ἐν ταῖς ὀπαῖς, κ᾽ ὠερὶ τὰς πέτρας, ἃ οἱ δεῖπνόν ἐσιν. ΚΕΦ.

CAP. XV.
De ejuſdem piſcis captura.

PERITVS piſcator, cum inſidias merulae piſci molitur, hamum plumbo degravatum, et ſquilla magna implicatum dejicit; et mox ſubmovet lineam excitans et exacuens piſcem in praedam. Squilla vero mota ſpeciem quandam ſui praebet ingreſſurae in cavernas merulae, quod quidem haec maximopere odit. Quamobrem cum id fieri ſentit, quanto cum impetu poteſt, invadit, exiſtimans eam hoſtem eſſe (non enim tum cibus curae illi eſt) cumque ſquillam (dentibus) compreſſerit, diſcedit, cibo præſtabiliorem et antiquiorem curam vigilandi ducens. Cum porro quiddam ex aliis rebus obviis comeſura eſt, primo tentat et premit, deinde jacere ſinit; videnſque hoc idem non palpitare, et jam mortuum eſſe, comedit. Feminae vero, quamdiu marem vident propugnantem, domi manent, et ſpeciem tuendae familiae ſervant; cum vero ille periit, moerent feminae, eaſque ex ſedibus ſuis producit triſtitia; tumque capiuntur. Quid ad haec poetae dicunt, Evadnen Iphidis filiam, et Alceſtin Peliae dudum nobis glorioſe lugentes?

CAP. XVI.
De Glauco piſce.

GLAVCVS piſcis pater qualis eſt! E conjuge ſua natos diligenter cuſtodit, ne inſidiis impetantur, neve pernicies ulla eis inferatur. Itaque donec laeti ac fine timore natant, tamdiu ille cuſtodire non intermittit, nunc a tergo cum eis natans, nunc vero non a tergo, ſed adnatat modo ad unum eorum latus, modo ad alterum. Si quis vero ex parvulis timere coeperit, ille, timore cognito, ore hiante parvulum excipit; deinde, timore praeterito, quem devoraverat, revomit qualem acceperat, iſque rurſus natat.

CAP.

ΚΕΦ. ιέ.

Περὶ τῆς τῦ αὐτῦ θήρας.

Ἐπιβελεύων θήρᾳ κοσσύφῳ δεινὸς ἁλιεὺς, ἐφαρμόσας ἀγκίστρῳ μόλιβδον βαρὺν, καὶ ἐνείρας τῷ ἀγκίστρῳ καρίδα μεγάλην, καθίησι τὸ δέλεαρ· καὶ ὁ μὲν ὑποκινεῖ τὴν ὁρμιὰν, ἐγείρων τε καὶ ἄγων ἐς τὴν τροφὴν τὸ θήραμα. Ἡ καρὶς δὲ κινυμένη, εἶτα μέντοι δόξαν τινὰ ἀποσέλλει μελλήσης εἰς τὰς ὀπὰς τὰς τῦ κοσσύφῳ παριέναι· τῷ δὲ τῦτο ἄρα ἔχθιστον. Καὶ διὰ ταῦτα αἰσθανόμενος, ὡς ἔχει τῦ θυμῦ, ἴεται νομίζων ἐχθρὰν (ἐ γάρ οἱ μέλει τῆς γαστρὸς τηνικαῦτα) καὶ συνθλάσας αὐτὴν, ἀπαλλάττεται, πρότιμότερον τροφῆς καὶ πρεσβύτερον τὸ μὴ καταικοιμίσαι τὴν φυλακὴν πεπιστευκὼς εἶναι. Τῶν δὲ ἄλλων ὅταν τι μέλλῃ τῶν προσπιπτόντων ἐσθίειν, ὑποθλάσας, εἶτα εἴασε κεῖσθαι· καὶ ἰδὼν τεθνηκὸς, ὅταν μὴ ζπαίρῃ, ἐξ αὐτῦ τρώγει ἤδη. Οἱ δὲ θήλεις κόσσυφοι, ἕως μὲν ἄῤῥενα ὁρῶσι προασπίζοντα, ὡς ἂν εἴποις, μένουσιν ἔνδον, καὶ τὸ τῆς οἰκουρίας φυλάττουσι σχῆμα· ὅταν δὲ ἀφανισθῇ, ἀλύουσιν αἴδε, προάγει τε αὐτὰς καὶ ἐξάγει ἡ ἀθυμία, καὶ ἐνταῦθα ἑαλώκασι. Τί πρὸς ταῦτα οἱ ποιηταὶ λέγουσι, τήν τε Ἐυάδνην ἡμῖν τὴν Ἰφιδος, καὶ τὴν Ἄλκησιν τὴν Πελίᾳ πάλαι ἐνδόξως θρηνοῦντες;

ΚΕΦ. ις΄.

Περὶ Γλαύκου τῦ ἰχθύος.

Παλὴρ δὲ ἐν ἰχθύσιν ὁ γλαῦκος οἷός ἐστι! Τὰ γεννώμενα ἐκ τῆς Συννόμου παραφυλάττεται ἰσχυρῶς, ἵνα ἀνεπιβούλευτά τε καὶ ἀσινῆ ᾖ. Καὶ ἕως μὲν φαιδρὰ καὶ ἔξω δέους διανήχεται, ὅδε τὴν φρυρὰν ἐκ ἀπολιμπάνει, ἀλλὰ πῇ μὲν ὑράγει, πῇ δὲ ὑ, ταύτην δὲ παρανήχεται τὴν πλευρὰν, ἢ ἐκείνην. Ἐὰν δέ τι δείσῃ τῶν νηπίων, ὅδε χανὼν εἰσεδέξατο τὸ βρέφος, καὶ Σύνοιδε τὴν αἰτίαν· εἶτα, τῷ φόβῳ παραδραμόντος, τὸν καταφυγόντα ἀνεμεῖ οἷον ἐδέξατο, καὶ ἐκεῖνος πάλιν νήχεται.

ΚΕΦ.

CAP. XVII.

De Canicula marina.

CANICVLA marina ſimul atque peperit, nulla mora interpoſita, ſuos catulos ſimul cum ea natantes habet. Si quis vero eorum timeat, ingreditur rurſus per genitalia in ventrem matris; ubi timor abierit, is prodit tanquam rurſus editus.

CAP. XVIII.

De Delphinorum feminarum amore erga ſuos catulos.

MVLIERVM in liberos ſtudium magnam quidem hominum admirationem habet; verum tamen perſpicio filiabus filiiſve, qui e vita exceſſerunt, ſupereſſe matres, eaſque, triſtitia mitigata, in doloris oblivionem venire. Delphinus autem femina omnium maxime animalium eorum, quae procreaverit, ſtudio tenetur. Ex ſeſe geminos parere ſolet. Cum autem piſcator aut tridente ejus ſobolem vulneravit, aut ſpiculo feriit (enimvero ſpicula ex parte ſuperiori, ubi funis oblongus inſeritur et alligatur, perforata ſunt) cuſpides uncinatae defixae in delphini corpore eum retinent. Is quamdiu dolens, et in omnes partes ſe verſans, aliquod robur habet, piſcator funem relaxat, ne vi abrumpatur, ejuſque culpa cum ferro delphinus diſcedens ex captivitate evadat. Cum autem ex vulnere delphinum labori ſuccumbere, atque aliquantum de contentione inſultandi remittere piſcator animadvertit, ſenſim ad navim ſubducit, praedaque potitur. Iam vero mater nec catuli ſui caſum perhorreſcit, nec metu reprimitur, ſed incredibili deſiderio filium inſequitur, et quod filium in media caede verſantem ſibi deferendum non exiſtimat, nullis terroribus ab inſequendo deterretur, atque adeo eam filio venientem ſubſidio percutere facile eſt, ut collibuerit volenti caedere, adeo prope accedit; itaque una cum filio capitur, cui ſeſe ex periculis ſervare et diſcedere integrum erat. Ac ſi adſint ei ambo

ΚΕΦ. ιζ'.

Περὶ θαλατίας Κυνός.

ΚΥων δὲ θαλατία τεκοῦσα ἔχει ζυννέοντα τὰ σκυλάκια ἤδη, ϗ ἐκ εἰς ἀναβολάς. Ἂν δὲ δείσῃ τι τούτων, εἰς τὴν μητέρα εἰσέδυ αὖθις καὶ τὸ ἄρθρον· εἶτα τοῦ δέους παραδραμόντος, τότε προέισιν, ὥσπερ ἂν ἀναλιπόμενον αὖθις.

ΚΕΦ. ιή.

Περὶ τῆς τῶν Δελφίνων φιλοσοργίας.

ΘΑυμάζουσιν ἄνθρωποι τὰς γυναῖκας, ὡς ἄγαν φιλόκνους, ὁρῶ δὲ ὅτι ϗ τεθνεώτων υἱῶν ἢ θυγατέρων ἔζησαν μητέρες, ϗ τῷ χρόνῳ τοῦ πάθους εἰλήφασι λήθην, τῆς λύπης μεμαρασμένης. Δελφὶν δὲ ἄρα θῆλυς φιλοκνότατον ἐς τὰ ἔσχατα ζῷόν ἐστι. Τίκτει μὲν γὰρ δύο. Ὅταν δὲ ἁλιεὺς ἢ τρώσῃ τὸν παῖδα αὐτῆς τῇ τριαίνῃ, ἢ τῇ ἀκίδι βάλῃ· ἡ μὲν ἀκὶς τὰ ἄνω τέτρηται, ϗ ἐνῆπται σχοῖνος μακρὰ αὐτῇ· οἱ δὲ ὄγκοι εἰσδύντες ἔχονται τοῦ θηρός. Καὶ ἕως μὲν ἀλγῶν ἔτι ῥώμης ὁ δελφὶς ὁ τραυματίας μετείληχε, χαλᾷ ὁ θηρατὴς τὴν σχοῖνον, ἵνα μή ποτε ἄρα ὑπὸ τῆς βίας ἀποῤῥήξῃ αὐτὴν, ϗ γένηταί οἱ δύω κακὼ, ὡς ἔχων τε ἀπέλθῃ σὶ τὴν ἀκίδα ὁ δελφὶν, ϗ ἀθηρίᾳ περιπέσοι αὐτός. Ὅταν δὲ ἄσθηται καμόντα, καί πως παρειμένον ἐκ τοῦ τραύματος, ἡσυχῇ παρ' αὐτὸν ἄγει τὴν ναῦν, ϗ ἔχει τὴν ἄτραν. Ἡ δὲ μήτηρ ἐκ ὀῤῥωδεῖ τὸ πραχθὲν, ἐδὲ ἀνατέλλεται δείσασα, ἀλλ' ἀποῤῥήτῳ φύσει τῷ πόθῳ τοῦ παιδὸς ἕπεται· ϗ δείματα ὁπόσα ἐθέλεις εἰ ἐπάγοις, ἡ δὲ ἐκ ἐκπλήττεται, τὸν παῖδα ἐκ ὑπομένουσα ἀπολιπεῖν ἐν τοῖς φόνοις ὄντα, ἀλλὰ ϗ ἐκ χειρὸς αὐτὴν πατάξαι πάρεσιν, ἕτως ὁμόσε χωρεῖ τοῖς βάλλουσιν, ὥσπερ ἂν ἀμυνομένη· ϗ ἐκ τούτων ζυναλίσκεται τῷ παιδὶ, ζωθῆναι πρὸν ϗ ἀπελθεῖν αὐτήν. Εἰ δὲ ἄμφω τὰ ἔγγονα αὐτῇ παρείη, ϗ

bo catuli, intelligatque alterum laesum esse, atque, ut diximus, captivum abduci, integrum alterum caudae verberatione persequitur, ac mordicus premens ablegat, atque adspirationem quandam occultam mittit, tanquam tesseram, ut fuga salutem adipiscatur. Cujus admonitu discedit ille, ipsa vero remanet, donec capiatur, atque simul cum filio capto moritur.

CAP. XIX.

De Bove marino.

Bos marinus in limo gignitur; et licet minimus mox a partu, postea tamen maximus evadit. Partes supinae albicant; dorso, facie, et lateribus admodum niger et infirmus est: os ei exiguum; dentes inclusi in conspectum non veniunt: longitudine et latitudine insignis est. In cibo cum piscibus multis vescitur, tum carnem humanam praecipue appetit. Porro cum virium suarum infirmitatis sibi sit conscius, sola corporis mole fretus est. Itaque si quem forte natantem, aut piscationi intentum viderit, adnans in altum se tollit, et incurvatus desuper se injicit, ac suo pondere deprimit, et corpore toto gravis illi tecti instar superimminens, et membris omnibus suis ceu vinculis impediens, emergere hominem et respirare prohibet. Homo igitur spirandi facultate sibi erepta, ut rationi consentaneum est, moritur; bos vero, imminendi durationis mercede, prandio, quod maxime expetit, fruitur.

CAP. XX.

De Cicadis.

Caeterae aves Indiae os expressum habent, ac ore valent ad cantum, moreque hominum lingua loquuntur. Cicadae non ita, sed (membranulae verberatione) circa cinctum loquuntur;

rore

καὶ νοήσειε τελρῶσθαι τὸν ἕτερον, καὶ ἄγεσθαι, ὡς προεῖπον, διώκει τὸν ὁλόκληρον, καὶ ἀπελαύνει, τῆτε ἀρᾷ ἐπισείσσα, καὶ ἐπιδάκνσσα τῷ ςόμαλι, καὶ φυσᾷ φυσήμαλι ἀσήμῳ μὲν ἢ δύναλαι, Ϛύνθημα δὲ τῆς φυγῆς ἐπιδοῦσα Ϛωλήριον. Καὶ ὁ μὲν ἀπαλλάττελαι, μένει δὲ αὕτη ἕς τ' ἂν αἱρεθῇ, καὶ Ϛυναποθνήσκει τῷ ἑαλωκότι.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ θαλατλίκ Βοός.

Οβοῦς ὁ θαλάτλιος ἐν πηλῷ τίκλελαι, καὶ ἔςιν ἐξ ὠδίνων βραχυλάτων, γίνελαι δὲ καὶ ἐκ τοῦ βραχίςου μέγιςος. Καὶ τὰ μὲν ὑπὸ τὴν νηδὺν λευκός ἐςι, τὰ νῶτα δὲ, καὶ τὸ τρόσωπον, καὶ τὰς τλευρὰς μέλας δεινῶς, καὶ ἄναλκίς ἐςι· ςόμα δὲ αὐτῷ ἐμπέφυκε Ϛμικρόν· οἱ δὲ ὀδόντες μεμυκότες, ὐκ ἂν αὐτοὺς ἴδοις· ἔςι δὲ καὶ μήκιςος καὶ τλαλύταλος. Σιλεῖται μὲν ἕν καὶ τῶν ἰχθύων τολλοὺς, μάλιςα δὲ Ϛαρκῶν ἀνθρωπείων ἐσθίων ὑπερήδελαι. Σύνοιδε δὲ αὐτῷ ὅτι ῥώμην ἤκιςός ἐςι, μόνῳ δὲ ἐπιθαῤῥεῖ τῷ μεγέθει. Καὶ διὰ τοῦτο ὅταν ἴδῃ τινὰ ἢ νηχόμενον ἢ τονούμενον ἐν ταῖς ὑδροθηρίαις, μελεωρίσας αὐτὸν, καὶ ἐπικυλίσας ἐπινήχελαί οἱ, καὶ ἐλλοχᾷ βαρὺς ἄνω, ἐγκείμενός τε καὶ τιέζων, καὶ Ϛαρλώδει μιμήμαλι ὑπερπελάσας τὸ τᾶν Ϛῶμα τῷ δειλαίῳ ὡς ςέγην, ἀναδῦναί τε καὶ ἀναπνεῦσαι κωλύει αὐτόν. Ὄυκοῦν ἐπισχεθέντος οἱ τοῦ πνεύμαλος, ὁ μὲν, οἷα εἰκὸς, ἀποθνήσκει· ὁ δὲ ἐμπεσὼν, ἔχει τῆς παραμονῆς μισθὸν, ὃ μάλιςα ἀνιχνέυει, δεῖπνον.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Τετλίγων.

ΤΑ μὲν ἄλλα τῶν Ἰνδικῶν ὀρνέων εὐςομεῖ, καὶ τῇ γλώτλῃ φθέγλεται, δίκην ἀνθρώπου. Οἱ δὲ τέτλιγες καλὰ τὴν ἰξύν εἰσι λαλίςαλοι, καὶ Ϛιτοῦνλαι μὲν τῆς δρόσου. Τὰ δὲ ἐξ ἕω

rore veſcuntur. A prima luce, donec impleantur hominum conventu fora, ſilent; vigore ſolis progrediente, cantare aggrediuntur; et tanquam laborioſi cantores ſupra caput meſſorum ſtantes, aures ipſorum, et paſtorum, viatorumque demulcere ſtudent. Hoc autem cantandi ſtudium, ſolis maribus a natura tributum eſt. Cicada femina muta eſt, ac more ſponſae verecundae ſilentium ſibi convenire exiſtimat.

CAP. XXI.

De Araneo.

TEXTRINAM et lanificia deam, nomine Erganem, inveniſſe fama hominum celebratum eſt. Araneus vero ad textrinum opus ſua ſponte naturaque natus eſt. Non enim textili artificio ſtudet, neque aliunde filum aſſumit; ſed ex ſuo ventre ſtamina deducit, et irretiendis leviſſimis volucribus venabula contexit, atque in retis ſpeciem diffundit, atque eodem, quem ad texendum de ventre ſuo detrahit, ſucco ventrem ſuum alit; perquam ſedula, ut etiam mulieres, quae maxime ad artificium digitorum argutiis valent, et filum ſumma arte elaboratum conficere praeclare ſciunt, cum eo non ſint comparandae; hujus nimirum filum tenuitate pilum vincit.

CAP. XXII.

De Formicis.

BABYLONIOS et Chaldaeos curſus ſiderum peritiſſimos celebrant hiſtorici. Formicae vero neque coelum ſuſpiciunt, neque digitis menſis dies numerare ſciunt; admirabile tamen donum a natura nactae ſunt; primo enim menſis die intra tectum ſuum ſe continent, et e caverna non egrediuntur, ſed immotae manent.

CAP.

εἰς πλήθυσαν ἀγορὰν ζιωπῶσιν· ἡλίυ δὲ ὑπαρχομένυ τῆς ἀχμῆς, τὸν ἐξ αὐτῶν μεθιᾶσι κέλαδον· φιλόπονοί τινες, ὡς ἂν εἴποις, χορευταὶ, ὑπὲρ κεφαλῆς καὶ τῶν παρανεμόντων, καὶ τῶν ὁδῷ χρωμένων, καὶ τῶν ἀμώντων καταῤῥόντες. Καὶ τῦτο μὲν τὸ φιλόμυσον ἔδωκε τοῖς ἄῤῥεσιν ἡ φύσις. Τέττιξ δὲ θήλεια ἄφωνός ἐστι, καὶ ἔοικε σιωπᾷν δίκην νύμφης αἰδυμένης.

ΚΕΦ. κά.

Περὶ τῦ Ἀράχνυ.

Φανλικὴν καὶ ταλασίαν τὴν θεὸν τὴν Ἐργάνην ἐπινοῆσαί φασιν ἄνθρωποι. Τὴν δὲ ἀράχνην ἡ φύσις σοφὴν εἰς ἰσυργίαν ἐδημιύργησε. Καὶ φιλοτεχνεῖ ὰ καλὰ νῆμα, ὰδὲ ἔξωθεν λαμβάνει νῆμα, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας νηδύος τὰς μίτυς ἐξάγυσα, εἶτα μέντοι τοῖς κέφοις τῶν πτηνῶν θήραλρα ἀποφαίνει, ὡς δίκτυα ἐκπεπανῦσα, καὶ δι' ὧν ἐξυφαίνει παρὰ τῆς γαστρὸς ἕλκυσα, διὰ τῶνδε ἐκείνην ἐκτρέφει· πάνυ φιλεργῦσα, ὡς καὶ τῶν γυναικῶν τὰς μάλιστα εὐχείρας, καὶ νῆμα ἀσκητὸν ἐκπονῆσαι δεινὰς, μὴ ἀντιπαραβάλλεσθαι· νενίκηκε γὰρ τῇ λεπτότητι καὶ τὴν τρίχα.

ΚΕΦ. κβ'.

Περὶ Μυρμήκων.

Βαβυλωνίυς τε καὶ Χαλδαίυς ζοφὺς τὰ ὐράνια ἄδυσιν οἱ ζυγραφεῖς. Μύρμηκες δὲ ὅτε εἰς ὐρανὸν ἀναβλέποντες, ὰδὲ τὰς τῦ μηνὸς ἡμέρας ἐπὶ δακτύλων ἀριθμεῖν ἔχοντες, ὅμως δῶρον ἐκ φύσεως εἰλήχασι παράδοξον· τῇ γὰρ ἡμέρᾳ τῦ μηνὸς τῇ νέᾳ εἴσω τῆς ἑαυτῶν στέγης οἰκυρῦσι, τὴν ὀπὴν ὰχ ὑπερβαίνοντες, ἀλλὰ ἀτρεμῦντες.

CAP. XXIII.

De Sargo piſce.

SARGIS piſcibus ſedes ſaxa et cavernae ſunt, quae exigua intervalla et divortia habent, ut feneſtellas permeare ſolis ſplendor, earumque diſtantiam lumine implere poſſit. Cum enim omni luce ſargi delectantur, tum vero ſolis maxime radios ſitienter expetunt. In loco multi eodem habitant; apud paludes et brevia vitam agunt, vicinamque proximam continentem ſe habere gaudent. Ex brutis capras vehementiſſime amant. Namque cum caprarum proxime et ſecundum litus paſcentium unius aut alterius umbra in mari apparuerit, protinus gaudio exilientes ſummo ſtudio adnatant, ac ſaltu non admodum ad ſaltandum idonei capras contingere fruſtra affectant; ſenſum caprini odoris percipiunt, etſi ſub fluctibus natant, itaque voluptate geſtientes ad eas accedere ſtudent. Quoniam vero circa amorem adeo infelices ſunt, ex his idcirco capiuntur, quae tantopere deſiderant. Nam piſcator caprinam pellem extractam cum cornibus induens inſidias parat, ſole a tergo relicto; atque farinam caprino jure madefactam in eam maris partem ſpargit, ac abjicit, ubi habitare ſolent ſargi: quibus tanquam philtro quodam odoris ſupradicti allectati accedunt, farina veſcuntur, pellis adſimulatae caprae conſpectu permulcentur. Ex his autem multos piſcator hamo robuſto capit, cujus linea alba non ex arundine appenſa eſt, ſed virga de cornu arbore. Simulac enim ad hamum adhaeſerit piſcis, ſubtrahere expeditiſſime convenit, ne alios conturbet. Manu etiam capiuntur, ſi quis ſpinas, quas ad tuitionem ſui excitant, a capite ad partem inferiorem ſenſim revocando et flectendo declinet, premendoque ex lapidibus, in quos ad latendum ſe compellunt, extrahat.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ Σαργοῦ τοῦ ἰχθύος.

Οἰκία τῷ Σαργῷ τῷ ἰχθύι σέτραι τε καὶ Σήραιγες, ἔχουσαι μέντοι διασφαγὰς μικρὰς καὶ τὰς διασάσεις, ὡς αὐγὴν ἡλίου καθιέναι, καὶ φῶτὸς ὑποπιμπλάναι τὰς διασάσεις τάσδε. Χαίρουσι γὰρ οἱ Σαργοὶ φωτὶ μὲν σανὶ, τῆς δὲ ἀκτῖνος τοῦ ἡλίου καὶ μᾶλλον διψῶσιν. Οἰκοῦσι δὲ ἐν ταὐτῷ σολλοί· δίαιται δὲ αὐτοῖς καὶ ἕλη, καὶ τὰ τῆς θαλάσσης βράχη, καὶ τῇ γῇ γειτνιῶσι μάλα ἀσμένως. Φιλοῦσι δέ σως τῶν ἀλόγων αἶγας ἰσχυρῶς. Ἐὰν γοῦν σλησίον τῆς ἠϊόνος νεμομένων ἢ Σκιὰ μιᾶς ἢ δευτέρας ἐν τῇ θαλάσσῃ φανῇ, οἵδε ἀσμένως σροσνέουσι καὶ ἀναπηδῶσιν, ὡς ἡδόμενοι, καὶ σροσάψασθαι τῶν αἰγῶν σοθοῦσιν ἐξαλλόμενοι, καί τοι ὀ πάνυ τι ὄντες ἀλτικοὶ τηνάλλως, νηχόμενοι δὲ καὶ ὑπὸ τοῖς κύμασιν, ὅμως τῆς τῶν αἰγῶν ὀσμῆς ἔχουσιν αἴσθησιν, καὶ ὑφ' ἡδονῆς προσελθεῖν ἐπ' αὐτὰς Σπεύδουσιν. Ἐπεὶ τοίνυν εἰς τὰ προειρημένα δυσέρωτές εἰσιν, ἐξ ὧν σοθοῦσιν, ἐκ τούτων ἁλίσκονται· ἁλιεὺς γὰρ ἀνὴρ αἰγὸς δορὰν ἑαυτὸν περιαμπέχει, Σὺν αὐτοῖς τοῖς κέρασι δαρείσης αὐτῆς, λαμβάνει δὲ ἄρα τὸν ἥλιον καλὰ νώτου ἐπιβουλεύων ὁ Θηρατὴς τῇ ἄγρᾳ· εἶτα καταπάτει τῆς θαλάσσης, ὑφ' ἣν οἰκοῦσιν οἱ προειρημένοι, ἅλφιτα αἰγείῳ ζωμῷ διαβραχέντα· ἑλκόμενοι δὲ οἱ Σαργοὶ ὡς ὑπό τινος ἴυγγος τῆς ὀσμῆς τῆς προειρημένης προσίασι, καὶ Σιτοῦνται μὲν τῶν ἀλφίτων, κηλοῦνται δὲ ὑπὸ τῆς δορᾶς βλεπομένης ὡς αἰγός. Αἱρεῖται δὲ αὐτῶν πολλοὺς ἀγκίστρῳ Σκληρῷ, καὶ ὁρμιᾷ λίνου λευκοῦ· ἐξῆπται δὲ οὐχὶ καλάμου, ἀλλὰ ῥάβδου κρανείας. Δεῖ γὰρ τὸν ἐμπεσόντα ἀνασπᾶσαι ῥᾷσα, ἵνα μὴ τοὺς ἄλλους ἐκταράξῃ. Θερῶνται δὲ καὶ ἀπὸ χειρὸς, ἐάν τις τὰς ἀκάνθας, ἃς ἐγείρουσιν εἰς τὸ ἑαυτοῖς ἀμύνειν, εἰς τὸ κάτω μέρος ἀπό γε τῆς κεφαλῆς ἡσυχῇ καθάγων, εἶτα κλίνῃ, καὶ πιέσας τῶν πτερῶν ἐκσπάσῃ, εἰς ἃς ἑαυτοὺς ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν ὠθοῦσιν.

ΚΕΦ.

CAP. XXIV.

De Viperae coitu.

VIPERA ſua circumplicatus femina, cum ea coit; iſtaque ſine moleſtia iniri ſe patitur. Poſtquam vero ad coeundi finem pervenerunt, uxor pro coitus conſuetudine, mala ſignificatione amoris maritum excipit; nam ei ad collum inhaerens, morſu abſcindit caput; itaque hic perit, illa vero praegnans efficitur. Non autem ova parit, ſed animantes partus edit, jamjam idoneos ad perniciem inferendum; in ipſo enim partu matris alvum diſtrahunt, et lacerant, perque diſruptum ventrem erumpunt, ulciſcentes patrem in hunc modum. Quid ad haec Oreſtae et Alcmaeones, o boni tragoedi?

CAP. XXV.

De Hyaena.

HYAENAM ſi videas hoc quidem anno marem, inſequenti videbis feminam; ſi vero nunc feminam, poſtea marem: utriuſque enim ſexus particeps eſt; eundem marem, cui ante nupſerat, uxorem ducit; quotannis autem ſexum immutat. Illos igitur veteres Caeneum et Tireſiam, non oſtentatione verborum, ſed rebus ipſis exprimit hoc animal.

CAP. XXVI.

De marinis Cantharis pugnantibus propter feminas.

PVGNANT de feminis, juxta ac viri de pulchris mulieribus, hirci contra hircos, tauri contra tauros, de ovibus arietes depugnant cum procis. Turgent etiam amore in feminas canthari marini, qui in locis, quae ἄπρεα nominant, gignuntur. Quod vero in amatores ſuarum conjugum odium acerbum habent,

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ τῆς μίξεως τῆς καλὰ τὸν Ἔχιν.

CVM Grues Thracias ſedes et Thracia frigora relicturae ſunt, frequentes congregantur ad Hebrum, et unaquaeque earum lapillo devorato, quem prandii et ſaburrae loco habeat adverſus ventorum impetus, migrationem aggreditur verſus Nilum, caloris et hiberni iſtic victus deſiderio incenſa. Cum vero proximum eſt ut migrare et ultra progredi ingrediantur, grus aetate maxime provecta, ter univerſum gregem circumeundo emenſa, humi lapſa moritur; eamque mortuam exinde ſepultura reliquae adficiunt, et dein recta in Aegyptum iter faciunt, atque immenſa maria alarum remigio tranſmittentes, nec uſquam appellunt, neque interquieſcunt. Aegyptios autem ſementem facientes offendunt, et in arvis, ut ita dicam, menſam cibis adfluentem inveniunt, eaque hoſpitali, etſi non invitatae, fruuntur.

CAP.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Β'.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ Γεράνων.

ΟΤΑΝ τὰ ἤθη τὰ τῶν Θρᾳκῶν ϗ τὰς χρυμὰς ἀπολιπῶσαι τὰς Θρᾳκίας αἱ γέρανοι, ἀθροίζωνται μὲν ἐς τὸν Ἕβρον, λίθον ἑκάστη καταπιῶσα, ὡς ἔχειν ϗ δεῖπνον, ϗ πρὸς ταῖς ἐμβολαῖς ταῖς ἐκ τῶν ἀνέμων ἔρμα, πειρῶνται τῷ μετοικισμῷ, ϗ τῆς ἐπὶ τὸν Νεῖλον ὁρμῆς, ἀλέας τε ϗ τῆς χειμερίας ζυγροφίας πόθῳ τῷ ἐκεῖθι. Μελλησῶν δὲ αὐτῶν αἴρεσθαι, ϗ τῷ πρόσω ἔχεσθαι, ὁ παλαιόταλος γέρανος περιελθὼν τὴν πᾶσαν ἀγέλην, ϗ εἰς τρὶς, εἶτα μέντοι πεσὼν ἀφίησι τὴν ψυχήν· ἐντεῦθεν ἦν οἱ λοιποὶ θάπτουσι μὲν τὸν νεκρὸν, φέρονται δὲ εὐθὺ τῆς Αἰγύπτου, τὰ μήκιστα πελάγη περαιούμεναι τῷ ταρσῷ τῶν πτερῶν, ϗ ὅτε ὁρμίζονται ποι, ὅτε ἀναπαύονται. Σπείρονται δὲ τὰς Αἰγυπτίους καταλαμβάνουσι, ϗ τράπεζαν, ὡς ἂν εἴποις, ἄφθονον τὴν ἐν ταῖς ἀρούραις εὑρόντες, εἶτα ἄκληροι ξενίων μεταλαγχάνουσιν.

CAP. II.

De animalibus, quae Pyrigona vocantur.

In montibus, terra, marique naſci animalia nihil mirum; nam materia, et nutrimentum, et natura horum cauſa eſt. Ex igne vero generatos volucres exſiſtere nuncupatos Pyrigonos, et in eo ipſo igne vivere et ali hucque et illuc volare, hoc admirandum eſt. Illud item admirationem excitat, cum ex igne nutricio egrediuntur, et frigidum coelum attingunt, ſtatim exeunt e vita. Quae autem cauſa ſit, igne ut naſcantur, contraque aere extinguantur, aliis dicendum relinquo.

CAP. III.

De coitu Hirundinum.

Ceterae aves in coitu a maribus conſcenduntur, ut ferunt; hirundines non item, ſed contrario quam reliquae miſcentur. Cauſa cur id faciant, retruſa eſt atque abdita. Multi tamen aiunt eas ſic coire, quod Tereum regem horreant, et timeant, ne quando latenter irrepens, novam tragoediam efficiat. Hirundinibus etiam a natura bonum meo judicio ſummum tributum eſt; quod etſi acu eorum oculi puncti excaecentur, viſum recipiunt. Quid igitur Tireſiam amplius celebramus, tametſi non hic, ſed apud inferos, Homeri teſtimonio, inter manes ſapientiſſimum?

CAP. IV.

De animalibus, quae Ephemera dicuntur.

Animalia ephemera appellantur, utpote nomen ex vitae menſura ſortita; generantur autem in vino, et vaſe aperto evolant, et, ſimulac lucem adſpexerint, moriuntur. Conceſſit itaque illis natura, ut in vitam progrederentur; ſed malis, quibus vita referta eſt, eos cito liberat, nec ſuas calamitates ſentientes, neque aliorum calamitatis teſtes.

CAP.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ ζώων τῶν καλαμένων Πυριγόνων.

Τίκτεσθαι μὲν ἐν ὄρεσι ζῶα, ἢ ἐν ἀέρι, ἢ ἐν θαλάττῃ, θαῦμα ἔπω μέγα· ὕλη γὰρ, ἢ τροφὴ, ἢ φύσις ἡ τούτων αἰτία. Ἔγγονα δὲ πυρὸς πῶηνὰ εἶναι τὰς καλαμένας πυριγόνας, ἢ ἐν αὐτῷ βιῶν, ἢ τεθηλέναι, ἢ δεῦρο ἢ ἐκεῖσε περιπολᾶσθαι, τοῦτο ἐκπληκτικόν. Καὶ τὸ ἔτι θαῦμα, ὅταν ἔξω τοῦ πυρὸς τοῦ ζυνεχόφε ἐκνεύσωσι, ἢ ἀέρος ψυχροῦ μεταλάβωσιν, ἐνταῦθα δὴ τεθνήκασι. Καὶ ἥτις ἡ αἰτία τίκτεσθαι μὲν πυρὶ, ἀέρι δὲ ἀπόλλυσθαι πρᾴως, λεγέτωσαν ἄλλοι.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ τῆς τῶν Χελιδόνων ὁμιλίας.

Οἱ μὲν ὄρνιθες οἱ ἕτεροι ἀναβαίνουσαι, ὡς λόγος· αἱ δὲ χελιδόνες ὐ, ἀλλὰ τούτων γε ἐναντία ἡ μίξις ἐσί. Καὶ τὸ αἴτιον οἶδεν ἡ φύσις. Λέγει δὲ ὁ πολιῶν λόγος, ὅτι περφίκασι τὸν Τηρέα, ἢ δεδοίκασι, μήποτε ἄρα προσερπύσας λάθρα, εἶτα ἐργάσηται τραγῳδίαν ἢ νῦν. Ἦν δὲ ἄρα ἢ τοῦτο χελιδόνι δῶρον ἐκ τῆς φύσεως, ὥς γε ἐμὲ κρίνειν, τὸ τιμιώταλον· πηρωθεῖσα τὴν ὄψιν περόναις ἐὰν τύχῃ, ὁρᾷ αὖθις. Τί ἔν ἔτι τὸν Τειρεσίαν ᾄδομεν, καίτοι μὴ ἐνταυθοῖ, ἀλλὰ ἢ ἐν ᾍδου Σοφωτάτην ψυχῶν, ὡς Ὅμηρος λέγει;

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ τῶν ζώων καλαμένων Ἐφημέρων.

ΖΩΑ ἐφήμερα ὅτω κέκληται, λαβόντα τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ μέτρου τοῦ καθὰ τὸν βίον· τίκτεται μὲν γὰρ ἐν τῷ οἴνῳ, ἢ ἀνοιχθέντος τοῦ Σκεύους τάδε ἐξέπτη, ἢ εἶδε τὸ φῶς, ἢ τέθνηκεν. Οὐκοῦν παρελθεῖν μὲν αὐτοῖς ἡ φύσις ἔδωκεν εἰς τὸν βίον· τῶν δὲ ἐν αὐτῷ κακῶν ἐῤῥύσατο τὴν ταχίσην, μήτε τι τῶν ἰδίων Συμφορῶν ᾐσθημένοις, μήτε μήν τινος τῶν ἀλλοτρίων μάρτυσι γεγενημένοις.

ΚΕΦ.

CAP. V.

De Aſpide, et ſerpentibus, qui Baſiliſci vocantur.

Ex aſpidis quidem vulnere longo tempore quiſpiam ſanus fieri poſſit, vel exſectionem membri, vel exuſtionem ignis fortiter patiendo, et neceſſariis medicamentis malum ſiſtendo, ne ſerpat longius. Baſiliſcus vero etſi magnitudine palmi ſit, tamen vel ſerpentum maxima illius adſpectu non longo poſt intervallo, ſed ſtatim, exſpirationis appulſu torreſcit; et ſi baculum, quem quiſpiam teneat, momorderit, baculi dominus necatur.

CAP. VI.

De Delphinorum ſtudio erga artem muſicam, et amore erga homines.

Delphinorvm ſtudium erga artem muſicam eorundemque amatorium affectum, partim Aegyptii, quibus adſentiuntur Leſbii; partim Teitae celebrant. Arionem Methymnaeum quidem predicant Leſbii: natatum vero pueri formoſi cum delphino commemorant Teitae. Leonides autem Byzantius refert, in urbe Poroſelene nuncupata, ſe, cum Aeolida navigando praeterveheretur, Delphinum in illius urbis portu habitantem, civibuſque hujus tanquam hoſpitibus ſuis utentem vidiſſe. Idemque ait hunc delphinum ab anicula ejuſque marito educari, velut alumnum, ſolitum fuiſſe, refertoſque irritamentis cibos illi ab eiſdem ſuppeditatos. Simul vero cum eo educabatur ſeniorum filius; et alebant illi ambos, et delphinum et filium ſuum; ex quo convictu delphinus puerque mutuum inter ſe amorem clam conciliarunt, et decantatum illud et valde celebratum nomen ἀνθέρως (i. e. amor mutuus) ab utroque colebatur. Delphinus itaque urbem, quam dixi, veluti patriam ſuam diligebat, portumque tanquam domum

ſuam

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ Ἀσπίδος, καὶ ὄφεων τῶν καλουμένων Βασιλίσκων.

ΗΔΗ μέντοι τις καὶ ἀσπίδος ἐν μακρῷ τῷ χρόνῳ πληγὴν ἰάσατο, ἢ τομὴν παραλαβών, ἢ πῦρ ὑπομείνας εὖ μάλα τιμώνως, ἢ ἀναγκαίοις φαρμάκοις τὸ κακὸν, ἵνα μὴ προσερπύσῃ, σήσας ὁ δείλαιος. Σπειθαμὴ δὲ τοῦ βασιλίσκου τὸ μῆκός ἐστι, καὶ μέντοι καὶ θεασάμενος ὁ τῶν ὄφεων μήκιστος αὐτὸν, οὐκ εἰς ἀναβολὰς, ἀλλ' ἤδη, ἐκ τῆς τοῦ φυσήματος προσβολῆς αὖός ἐστιν· εἰ δὲ ἄνθρωπος καλέσοι ῥᾳδίως, εἶτα ταύτην ἐκεῖνος δάκῃ, τέθνηκεν ὁ κύριος τῆς λύγου.

ΚΕΦ. ς'.

Περὶ τῆς τῶν Δελφίνων φιλομουσίας τε καὶ φιλανθρωπίας.

ΤΗΝ τῶν δελφίνων φιλομουσίαν, καὶ τὸ τῶν αὐτῶν ἐρωτικὸν, τὸ μὲν ᾄδουσιν Αἰγύπτιοι, καὶ ὁμολογοῦσιν αὐτοῖς Λέσβιοι· τὸ δὲ Τηῖται. Τὰ μὲν Ἀρίονος τοῦ Μηθυμναίου ἐκεῖνοι· τά γε μὴν ἐν Τηΐῳ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς τοῦ καλοῦ, καὶ τῆς νήξεως αὐτοῦ καὶ τοῦ δελφῖνος, οἱ ἕτεροι. Λέγει δὲ καὶ Βυζάντιος ἀνὴρ, Λεωνίδας ὄνομα, ἰδεῖν αὐτὸς παρὰ τὴν Αἰολίδα πολέων, ἐν τῇ καλουμένῃ Προποντίδι πόλει, δελφῖνα ἠθάδα, καὶ ἐν λιμένι τῷ ἐκείνων οἰκοῦντα, καὶ ὥσπερ ἰδιοξένοις χρώμενον τοῖς ἐκεῖθι. Καὶ ἐπί γε τούτῳ ὁ αὐτὸς λέγει, καὶ πρεσβύτιν τινὰ καὶ γέροντα δὲ Συνοικοῦντα αὐτῇ ἐκθρέψαι τόνδε τὸν τρόφιμον, δέλεάρ τε οἱ προβεβλῆσθαι, καὶ ἄλλα γε ἐφολκά. Καὶ μέντοι καὶ ὁμότροφός οἱ ἦν ὁ τῶν πρεσβυτῶν υἱὸς, καὶ ἐτιθηνοῦντο ἄμφω τὸν δελφῖνα καὶ τὸν παῖδα τὸν ἕτερον, καί πως ἐκ τῆς συντροφίας ἐλαθέτην εἰς ἔρωτα ἀλλήλων ὑπελθόντε ὅτε ἄνθρωπος καὶ τὸ ζῷον, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ᾀδόμενον μὲν καὶ μάλα ὑπέρσεμνον ἀνδρῶς ἐτιμᾶτο ἐν τοῖς προειρημένοις. Τοίνυν δελφὶν ὡς μὲν παιδίδα ἐφίλει τὴν προειρημένην, ὡς δὲ ἴδιον οἶκον

ἠγάπα

ſuam amanter incolebat; et ſuis nutriciis gratiam educationis perſolvebat hoc modo: Cum aetate grandis factus eſſet, deque manu educantium cibum capere non haberet neceſſe, jam longius natando progrediens, et praedas marinas obſervans, partim eas ſibi ad prandium habebat, partim ſuis educatoribus adferebat; quod illi cum ſcirent, hoc ceu vectigal libentiſſime exſpectabant. Hoc unum erat commodum, cui et alterum accedebat: Nomen ſimiliter delphino, ut puero, impoſuerant: puer autem ex illa vivendi cum delphino conſuetudine hanc collegerat fiduciam, ut in loco quodam eminenti ſtans illum appellaret, eumque appellans voce etiam demulceret; ac ſive ille cum alicujus navis remigatione contenderet, ſive urinaretur, in alios gregatim errantes variis affultibus geſtiens, ſive fame preſſus venaretur, ad puerum tamen tanta celeritate redibat, ut more navis vehementi undarum impetu impulſae ferretur, atque appropinquans ad ſuum amaſium, exſultim luderet, nunc circum illum adnatans, nunc illum ipſum velut provocans, ad certamen ſecum amaſium ſuum alliciebat; et, quod magis mireris, honore ei cedebat, ſeque ei natando ſubmittebat, veluti lubenter ab eo victus. Haec igitur celebrabantur, et navigantibus inter cetera urbis commoda ſpectaculum praebebant ac puero ſimul cum parentibus lucro erant.

CAP. VII.

De ſibilo Baſiliſci.

In Africa mulos vel caeſos, vel ſiti animo deficientes, Archelaus ait pleroſque mortuos humi jacere projectos: ſaepeque magnam ſerpentium vim confluere ad eorum cadavera depaſcenda, eaſque baſiliſci exaudito ſibilo, ſe ſtatim in cavernas et ſub arena abdere; illum vero eo profectum tranquille prandere: poſtea vero quam pranſus

ἠγάπα τὸν λιμένα, καὶ δὴ καὶ τὰ τροφεῖα τοῖς θρεψαμένοις ἀπεδίδω, καὶ τούτων γε ἐκεῖνος ἦν ὁ τρόπος· ἐνάλιος τέλειος ὤν, τῆς ἀπὸ χειρὸς τροφῆς ἐδεῖτο ἥκιστα· ἤδη γε μὴν καὶ περαιτέρω προσνέων, καὶ περινηχόμενος, καὶ σκοπῶν ἄγρας ἐναλίους, τὰ μὲν ἑαυτῷ δεῖπνον εἶχε, τὰ δὲ τοῖς οἰκείοις ἀπέφερεν· οἱ δὲ ἤδεισαν τοῦτο, καὶ μέντοι καὶ ἀνέμενον τὸν ἐξ αὐτοῦ φόρον ἀσμένως. Καὶ μία μὲν ἦν ἥδε ἡ πρόσοδος ἤδη, ἐκείνη δὲ ἄλλη. Ὄνομα δὲ καὶ τῷ δελφῖνι, ὡς τῷ παιδὶ, οἱ θρεψάμενοι ἔθεντο· καὶ ὁ παῖς τῇ συντροφίᾳ θαῤῥῶν, τοῦτον αὐτὸν ἐπί τινος προβλῆτος σὰς τόπου ἐκάλει, καὶ ἅμα τῇ κλήσει καὶ ἐκολάκευεν· ὁ δὲ, εἴτε πρὸς εἰρεσίαν ἡμιλλᾶτό τινα, εἴτε ἐκυβίσα, τῶν ἄλλων, ὅσοι περὶ τὸν χῶρον ἐπλανῶντο ἀγελαῖοι, καὶ ἀσκιρτῶν, εἴτε ἐθήρα, καὶ μάλα ἐπειγόσης τῆς γαστρὸς αὐτὸν, ἐπανῄει, καὶ μάλα γε ὤκιστα, δίκην ἐλαυνομένης νεὼς πολλῷ τῷ ῥοθίῳ, καὶ πλησίον τῶν παιδικῶν γενόμενος, συμπαίσης τε ἦν, καὶ συνεσκίρτα, καὶ τῇ μὲν τῷ παιδὶ παρενήχετο, τῇ δὲ οἷα προκαλούμενος, εἶτα μέν τοι εἰς τὴν ἅμιλλαν τὴν εἰς αὐτὸν τὰ παιδικὰ ὑπῆγε· καὶ τὸ ἔτι θαῦμα, ἀπέσχη καὶ τῆς πρώτης πολὺ, καὶ δὴ καὶ ὑπενήξατο αὐτῷ, οἷα νικώμενος ἡδέως δή που. Ταῦτα τοίνυν κεκήρυκτο, καὶ τοῖς πλέουσι ὅραμα ἐδόκει σὺν καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα ἡ πόλις ἀγαθὰ εἶχε, καὶ τοῖς πρεσβύταις καὶ τῷ μειρακίῳ πρόσοδος ἦν.

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ τοῦ Συρίγματος τοῦ καὶ τὸν Βασιλίσκον.

ΕΝ Λιβύῃ ἡμιόνους τινὰς ἢ τετρωμένους, Ἀρχέλαος λέγει, εἴτε ἀπειπόντας ὑπὸ δίψους, ἐῤῥῖφθαι νεκροὺς πολλούς· πολλάκις δὲ ὄφεων ἐπιῤῥευσάντων φῦλον πάμπολυ τῶν νεκρῶν ἐσθίειν, ἐπὰν δὲ βασιλίσκου Συρίγματος ἀκούσῃ, τὰ μὲν ὑπὸ τοῖς ἰλεοῖς καὶ τῇ ψάμμῳ ἀφανίζεσθαι τὴν ταχίστην, καὶ ἑαυτὰ ἀποκρύπτεσθαι, τὸν δὲ ἐλθόντα καὶ πολλὴν τὴν εἰρήνην δεῖπνεῖν·

pranſus ſit, ſibilo repetito, latitantibus ſerpentibus ſignificare, ſe jam pranſum ex cadaveribus abire, et quod ſupereſt cibi ipſis relinquere.

CAP. VIII.

De Piſcatorum Euboicorum communione praedae cum Delphinis.

EVBOICA hiſtoria huc perlata eſt, piſcatores Euboicos aequalem portionem venatus piſcium cum delphinis communicare: et piſcationem ejuſmodi eſſe audio. Tempore ſereno opus eſt, quod ſi acciderit, de prora navicularum cavas quaſdam laternas ſuſpendunt, quae etſi ardentem ignem intra ſe habent, ſic tamen lucem tranſmittunt, ut ignis quidem obtegatur, lumen vero tranſluceat; eaſque ἴτυς vocant. Piſces ſplendorem timent, ac lumen haeſitabunde intuentur; atque ignari quid ſibi velit, quod vident, propius accedunt, ut cauſam tanti ſui timoris intelligant: deinde perterriti, aut ad ſaxum aliquod frequentes manent prae metu palpitantes, aut ad litus impulſi exſiliunt; et de coelo tactis ſimiles eſſe videntur, facileque jam eſt eos tridente percutere. Delphini cum ignem a piſcatoribus incendi animadvertunt, ſeipſos ad ſubſidium iis ferendum comparant; et illi quidem ſenſim remigant, ii vero formidine exteriores impellunt piſces, eorumque effugia reprimunt, ne qua elabi queant. Ex delphinorum igitur natatu, et piſcatorum remigatione undique preſſi, et quodammodo circumdati, ſentiunt ſibi nullum exitum patere, et iſtic permanent, ac magno numero capiuntur. Et delphini, velut repetentes communis laboris remunerationem ſibi debitam ex illa piſcatione, procedunt; quibus capturae ſociis bona fide et grato animo piſcatores partem debitam praebent, ſi velint ſibi denuo ſocios adeſſe et non vocatos et certos. Perſuaſum enim habent piſcatores illi, ſi praedam cum delphinis non communicaverint, ſibi hoſtes futuros, quos ante habuerant amicos.

CAP.

εἶτα αὖθις ἐπισυρίζειν, καὶ ἀπαλλάττεσθαι, τὰς δὲ ἡμιόνους καὶ τὸ δεῖπνον τὸ ἐξ αὐτῶν ζημαίνεσθαι τὸ ἐνεῦθεν τὸ τοῦ λόγου τοῦτο ἄτροις.

ΚΕΦ. ή.

Περὶ τῆς τῶν Εὐβοέων πρὸς τοὺς Δελφῖνας ἰσομοιρίας.

Λόγοι φασὶν Εὐβοέων δεῦρο φοιτῶντες, τοὺς ἁλιέας τοὺς ἐκεῖσε τοῖς δελφῖσι τοῖς ἐκεῖθι ἰσομοιρίαν τῆς θήρας ἀπονέμειν· καὶ ἀκέω τὴν ἄγραν τοιαύτην. Γαλήνην εἶναι χρή, καὶ εἰ ταῦτα ὕτως ἔχοι, τῆς πρώρας τῶν ἁλιέων κοίλας τινὰς ἐξαρτῶσιν ἐσχαρίδας πυρὸς ἐναπμάζοντος, καί εἰσι διαφανεῖς ὡς σέγειν καὶ τὸ πῦρ, καὶ μὴ κρύπτειν τὸ φῶς· ἱπνοὺς καλοῦσιν αὐτάς. Οἱ τοίνυν ἰχθύες δεδίασι τὴν αὐγὴν, καὶ τὴν λαμπηδόνα δυσωπεῖσθαι· καὶ οἱ μὲν οὐκ εἰδότες ὅ,τι βούλεται τὸ ὁρώμενον, πλησιάζουσι, μαθεῖν βουλόμενοι τοῦ φοβεῖσθαι ζῷας τὴν αἰτίαν· εἶτα ἐκπλαγέντες, ἢ πρός τινι πέτρᾳ ἡσυχάζουσιν ἀθρόοι πταλλόμενοι τῷ δέει, ἢ εἰς τὴν ἠιόνα ἐκπίπτουσιν ὠθούμενοι, καὶ ἐοίκασι τοῖς ἐμβεβρονθημένοις· ὕτω γε μὴν διακειμένους ῥᾴδιόν ἐστιν ἤδη καὶ τριαίνῃ πατάξαι. Ἐπειδὰν δὲ θεάσωνται οἱ δελφῖνες τοὺς ἁλιέας τὸ πῦρ ἐξάπτοντας, ἑαυτοὺς εὐτρεπίζουσιν· καὶ οἱ μὲν ἠρέμα ὑπερέπτουσιν, οἱ δὲ δελφῖνες τοὺς ἔξωθέρω τῶν ἰχθύων φοβοῦντες ὠθοῦσιν, καὶ τοῦ διαδιδράσκειν ἀναστέλλουσιν. Οὐκοῦν ἐκεῖνοι πιεζόμενοι πανταχόθεν, καὶ τρόπον τινὰ κεκυκλωμένοι, ἔκ τε τῆς τούτων εἱρεσίας, καὶ τῆς νήξεως τῆς ἐκείνων, ζυνιᾶσιν ἄφυκτα εἶναι ζῴοις, καὶ παραμένουσι, καὶ ἁλίσκονται πάμπολύ τι χρῆμα. Καὶ οἱ δελφῖνες ποιοῦσιν, ὡς ἀπαιτοῦντες τοῦ κοινοῦ πόνου τὴν ἐπικαρπίαν, τὴν ὀφειλομένην ζῴοις ἐκ τῆς νομῆς· καὶ οἵ γε ἁλιεῖς πιστῶς καὶ εὐγνωμόνως ἀφίσανται τοῖς ζυνθήροις τοῦ δικαίου μέρους, εἰ βούλονται καὶ πάλιν ζῴοις ζυμμάχους ἀκλήτους παρεῖναι καὶ ἀπροφασίστους. Πιστεύουσι γὰρ οἱ ἐκεῖ θαλαττουργοὶ, ὅτι παραβάντες ἔξουσι ἐχθροὺς, οὓς εἶχον πρότερον φίλους.

CAP. IX.

De diſſidio Cervorum cum Serpentibus.

MIRIFICO quodam munere naturae cervus ſerpentem vincit, neque enim ipſum, tametſi hoſtis in latebram abditus, effugere poteſt. Etenim ille naribus ſuis in deſcenſum cavernae incumbens vehementiſſime adſpirat, et ſpiritu ſuo quaſi illecebra trahit, invitumque producit, ac proclinantem foras mandere aggreditur; idque hyeme facere maxime ſolet. Si quis etiam cervi cornu in ſcobem atterat, poſteaque in ignem conjiciat, fumus inde proveniens undique ſerpentes, illius nidorem minime tolerantes, fugat.

CAP. X.

Quemadmodum Aſini Equas ineant.

INTER ceteras animantes equus magno elatoque animo eſt. Enimvero magnitudo, et celeritas, cerviciſque eminentia, et crurum facilis flexus, et ungularum ſonitus cum ad faſtum et ſuperbiam inducunt; tum maxime comata equa mollis eſt, et inſolentia diffluens ſuperbit, eamque ob rem ab aſinis ſe iniri indigne fert; at maximo gaudio completur, cum equo tanquam nuptiis ſociatur, ob idque ipſum ſe plurimi eſſe arbitratur. Cujuſmodi adfectus gnari, qui ſibi mulos gigni volunt, equae jubam temere et ſine artificio tondent, poſteaque aſinos admittunt: ea vero tum mariti ignobilitatem, cujus prius pudebat, patitur. Atque ejus rei Sophocles quoque meminiſſe videtur.

CAP. XI.

De Elephantorum obedientia, et muſicae ſtudio.

DE elephantorum ſolertia, item de venatione ipſorum, pauca e multis, quae alii protulere, dicta nobis ſunt alibi. Nunc vero de ſtudio, quo in muſicam feruntur, diſſerere propoſui;

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ τῆς τῶν Ἐλάφων πρὸς τὰς Ὄφεις διαφορᾶς.

Ἔλαφος ὄφιν νικᾷ, κατά τινα φύσεως δωρεὰν θαυμασήν· καὶ ἐκ ἂν αὐτὸν διαλάθοι ἐν τῷ φωλεῷ ὢν ὁ ἔχθιστος. Ἀλλὰ προσερείσας τῇ καλαδρομῇ τὰ δόμα τὰς ἑαυτῆ μυκτῆρας βιαιόταλα εἰσπνεῖ, καὶ ἕλκει ὡς ἰῦγγι τῷ πνεύματι, καὶ ἄκοντα προάγει, καὶ προκύπτοντα αὐτὸν ἐσθίειν ἄρχεται· καὶ μάλισά γε διὰ χειμῶνος δρᾷ τοῦτο. Ἤδη μέντοι καὶ κέρας ἐλάφου τὶς ξέσας, εἶτα τὸ ξέσμα ἐς πῦρ ἐνέβαλε, καὶ ὁ καπνὸς ἀνιὼν διώκει τὰς ὄφεις πανταχόθεν, μηδὲ τὴν ὀσμὴν ὑπομένοντας.

ΚΕΦ. ί.

Πῶς αἱ Ἵπποι ὑπὸ τῶν Ὄνων ἀναβαίνονται.

Ἔστι μὲν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ὁ ἵππος γαῦρον. Καὶ γὰρ καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ τάχος αὐτὸν, καὶ τὰ αὐχένος τὸ ὑψηλὸν, καὶ ἡ τῶν χηλῶν ὑγρότης, καὶ ἡ τῶν ὁπλῶν κρᾶσις, πάντα εἰς φρύαγμα καὶ τύφον ἀνάγει· μάλισα δὲ κομῶσα ἵππος ἀβροτάτη τέ ἐστι, καὶ θρυπτικωτάτη· ἀτιμάζει γᾶν ἀναβῆναι τὰς ὄνους αὐτήν· ἵππῳ δὲ γαμουμένη ἥδεται, καὶ ἑαυτὴν ἀξιοῖ τῶν μεγίστων. Ὅπερ ἦν συνειδότες οἱ βουλόμενοι ἡμιόνους σφίσι γενέσθαι, ἀποθρίσαντες τῆς ἵππου τὴν χαίτην εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν, εἶτα μέντοι τὰς ὄνους ἐπάγουσιν· ἡ δὲ ὑπομένει τὸν ἄδοξον ἤδη γαμέτην, πρῶτον αἰδουμένη. Καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἔοικε μεμνῆσθαι τοῦ πάθους.

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ τῆς τῶν Ἐλεφάντων εὐμουσίας τε καὶ εὐπειθείας.

Περὶ μὲν τῆς τῶν ἐλεφάντων σοφίας εἶπον ἀλλαχόθι, καὶ μέντοι καὶ περὶ τῆς θήρας αὐτῶν καὶ ταῦτα εἶπον, ὀλίγα ἐκ πολλῶν, ὧν ἔφασαν ἄλλοι. Τὸ δὲ νῦν ἔχον ἔθηκα ἐρεῖν

poſui; deque obedientia eorum et ingenii facilitate ad eas diſciplinas adſequendas, quae ad diſcendum difficiles ſunt vel homini ipſi, nedum tali belluae ante adeo ferae. Choream enim ſaltatoriam, ad numerum incedere, tibia cantantibus auſcultare, ſonorum differentias, vel tarditatem, vel celeritatem hortantium agnoſcere edoctus novit elephas, iſque accuratum ſe praeſtat, neque aberrat. Sic vero natura non modo illum magnitudine eximium reddidit, ſed et diſciplina manſuetum atque tractabilem. Quod ſi inſignem illam, quam diſcendo obediendoque praeſtat haec bellua facilitatem apud remotas gentes, Indos, Aethiopes, aut Afros, deſcriberem, forte alicui fabulam texere, et ſuper ejus natura famae mendacia proferre videri poſſem; id quod hominem philoſophum, ac veritatis ex animo ſtudioſum neutiquam deceret. Quamobrem mea tantum ſpectacula, et quae Romae geſta prius alii quoque in literas retulerunt, exponam, pauca e multis, quae tamen non exiguam animantium naturae commendationem afferant. Elephanto ſane ad morum manſuetudinem et facilitatem erudito nihil mitius, nihil, ad id quod volumus, obtemperantius eſt. Sed primo ea, quae tempore etiam (cui ſuus debetur honor) priore geſta ſunt, referam. Cum Tiberii Caeſaris nepos, Germanicus, gladiatorum ſpectaculum edidit, plures jam grandes utriuſque ſexus elephanti Romae erant, e quibus deinde indigenae generati extiterunt; quorum artus interea dum confirmabantur, peritus vir ad pertractandos eorum ſenſus animoſque, mirabili quodam diſciplinae genere eos erudiebat. Primum enim eos maxima lenitudine et mollitudine, cibos nimirum illecebris et varietate ſuavium invitamentorum refertos indulgens, ad diſciplinam informabat, ut ſi quid eſſet agreſte expelleret, ex feritate ad manſuetudinem et quaſi ad humanitatem quandam transformaret: ſicque eis moderabatur, ut, feritate expulſa, diſciplinis et muſicae ſtudio operam darent, tibiarum tympanorumque ſono nihil exterrerentur, fiſtulis oblectarentur; pedum ingredientium ſtrepitum, cantumque miſcellaneum ferrent;

eos

ἐρεῖν περί τε εὐμυσίας αὐτῶν, καὶ εὐπειθείας, καὶ τῆς ἐς τὰ μαθήματα εὐκολίας, χαλεπὰ ὅμως ὄντα καὶ ἀνθρώπῳ τυχεῖν αὐτῶν, μή τι γὰρ τοσούτῳ θηρίῳ, καὶ ὅτω τέως ἀγριωτάτῳ ξυγγενέσθαι. Χορείαν γὰρ καὶ ὀρχησικὴν, καὶ βαίνειν πρὸς ῥυθμὸν, καὶ αὐλημένας ἀκούειν, καὶ ξυνιέναι ἤχων διαφορὰς, ἢ βραδύνειν ἐνδιδόντων, ἢ ταχύνειν παρορμώντων, μαθὼν οἶδεν ἐλέφας, καὶ ἀκριβοῖ, καὶ ὐ ξφάλλεται. Οὕτως ἄρα ἡ φύσις μεγέθει μὲν αὐτὸν μέγιστον εἰργάσατο, μαθήσει δὲ πρᾳότατον ἀπέφηνε καὶ εὐάγωγον. Εἰ μὲν ἂν ἔμελλον τὴν ἐν Ἰνδοῖς αὐτῶν εὐπείθειαν καὶ εὐμάθειαν, ἢ τὴν ἐν Αἰθιοπίᾳ, ἢ τὴν ἐν Λιβύῃ γράφειν, ἴσως ἄν τῳ καὶ μῦθον ἐδόκουν τινὰ ξυμπλάσας κομπάζειν, εἶτα ἐπὶ φήμῃ τῷ θηρίῳ τῆς φύσεως καταψεύδεσθαι· ὅπερ ἐχρῆν δρᾶν φιλοσοφοῦντα ἄνδρα ἥκιστα, καὶ ἀληθείας ἐραστὴν διάπυρον. Ἃ δὲ αὐτὸς εἶδον, καὶ ἅτινα πρότερον ἐν τῇ Ῥώμῃ πραχθέντα ἀνέγραψαν οἱ ἄλλοι, προειλόμην εἰπεῖν, ἐπιδραμὼν ὀλίγα ἐκ πολλῶν, ὡς ἥκιστα καὶ ἐνταῦθεν ἀποδεικνὺς τὴν τῶν ζώων ἰδιότητα. Ἡμερωθὲν ἐλέφας πρᾳότατόν ἐστι, καὶ ἄγεται ῥᾷστα εἰς ὅ,τις θέλει. Καὶ τά γε πρεσβύτατα, τιμῶν τὸν χρόνον, ἐρῶ πρῶτον. Θέαν ἐπετέλει Ῥωμαίοις ὁ Γερμανικὸς ὁ Καῖσαρ (εἴη δ' ἂν ἀδελφιδοῦς Τιβερίου ἔτος) ὡς ἐγένοντο μὲν καὶ ἄρρενες ἐν τῇ Ῥώμῃ τέλειοι πλείους, καὶ θήλειαι, εἶτα ἐξ αὐτῶν ἐτέχθησαν αὐθιγενεῖς· καὶ ὅτε τὰ κῶλα ὑπήρξαντο πήγνυσθαι, Σοφὸς ἀνὴρ ὁμιλεῖν τοιούτοις θηρίοις ἐπώλευσεν αὐτούς, δαιμονίᾳ τινὶ καὶ ἐκπληκτικῇ διδασκαλίᾳ χρησάμενος. Προσῆν γε δὲ αὐτοῖς ἄρα ἡσυχὴ τήν γε πρώτην, καὶ πρᾴως τοῖς διδάγμασι δελέατα ἅττα ἐπάγων, καὶ τροφὰς ἡδίσας καὶ πεποικιλμένας εἰς τὸ ἀγωγόν τε καὶ ἐφολκὸν, ὡς εἴ τι μὲν ἦν ἀγριότητος, τοῦτο ἐκβαλεῖν, ἐπαυλομολῆσαι δὲ πρὸς τὸ ἥμερον, καὶ ἄλλως γέ πως ἀνθρώπειον· καὶ ἦν γε τὰ μαθήματα, καὶ αὐλῶν ἀκούοντας μὴ ἐκμαίνεσθαι, καὶ τυμπάνων ἀράβου κροτοῦντος μὴ ταράττεσθαι, καὶ κηλεῖσθαι σύριγγι, φέρειν δὲ καὶ ἤχους ἐμμελεῖς, καὶ ποδῶν ἐμβαι-

eos praeterea exercebat ad non formidandam hominum multitudinem; illa vero virilis disciplina accedebat, non ad gravem plagarum ictum excandescere, coactos membrum aliquod concinne et ad saltandum flectere non iracunde, cum essent, maximo robore praediti, incitari. Quis hoc non egregiae et generosae indolis argumentum dixerit, belluam hominis disciplinae et imperio, non adversam nec immorigeram se praebere? Cum igitur magister elephantorum spectaculum ederet, ii tempore suo specimen dederunt, se recte institutos esse, illumque in seipsis erudiendis non operam perdidisse ostenderunt. Nam duodecim numero theatrum ingressi composito gradu incedebant, in diversas theatri partes divisi, ac molliter ingredientes toto corpore diffluebant, miro ornatu, nimirum stolis saltatoriis et floridis induti, solaque magistri significatione vocis ordinatim instructi, ut ferunt, gradiebantur; ac vero rursus, si is hoc praecepisset, in orbem saltabant, eundemque orbem ad imperantis vocem denuo solvebant et explicabant; atque nunc flores pavimentum ornabant spargentes, idque parce et modeste, nunc pedibus terram pulsantes concinnam et moderatam saltationem una consensione obibant. Damonem igitur, et Spintharum, et Aristoxenum, et Xenophilum, et Philoxenum, ac alios pulcherrime musica eruditos, inter paucos hujus peritos existimatos fuisse, mirificum quidem, at non certe incredibile, neque a ratione alienum fuit, cum homines essent rationis participes, valuisse vi intelligendi ac ratiocinandi. At vero animal rationis expers numeros et cantum percipere, formam et ornatum tenere, non a saltandi moderata elegantia aberrare, quae didicerit repetere posse; hoc naturae donum est, simulque proprietas quaedam admodum singularis. Illa vero vel ad ridicule insaniendum prae admiratione spectatorem inducere possint, in theatri arena humiles lecticas spectare, et eis impositos lectos, eosque vario stragulo textili et magnificis operi-

ἐμβαινόντων ψόφον, καὶ ὠδὴν συμμιγῆ· ἐξεπονήθησαν δὲ καὶ ἀνθρώπων πλῆθος μὴ δεδιέναι· ἦν δὲ καὶ ἐκεῖναι διδάγματα ἀνδρικὰ, πρὸς τὴν τῆς πλαγῆς καταφορὰν μὴ θυμοῦσθαι, μηδὲ μὴν ἀναπαζομένους λυγίζειν τὶ τῶν μελῶν καὶ κάμπτειν ὀρχηστικῶς τε καὶ χορικῶς, εἶτα εἰς θυμὸν ἐξάπτεσθαι, καὶ ταῦτα ῥώμης τε καὶ ἀλκῆς εὖ ἤκοντας. Φύσει μὲν ἂν τοῦτο πλεονέκτημα ἦδη, καὶ μάλα γεννικὸν, μὴ ἔχειν ἀτάκτως, μήδ' ἀπειθῶς πρὸς παιδεύματα ἀνθρωπικά. Ἐπεὶ δὲ ἀπέφηνεν αὐτοὺς ὁ ὀρχηστοδιδάσκαλος καὶ μάλα γε σοφοὺς, καὶ ἠρίβευν τὰ ἐκ τῆς παιδεύσεως, οὐκ ἐψεύσαντο τῆς διδασκαλίας τὸν πόνον φασὶν, ἔνθα ἐπιδείξασθαι τὰ παιδεύματα αὐτοὺς ἡ χρεία σὺν τῷ καιρῷ παρεκάλει. Δώδεκα μὲν γὰρ τὸν ἀριθμὸν ὅδε ὁ χορὸς ἦσαν, παρῆλθόν γε μὴν ἐντεῦθεν τὸ θεάτρου, καὶ ἐκεῖθεν νεμηθέντες καὶ εἰσήεσαν ἄβραὶ μὲν βαίνοντες, θρυπτικῶς δὲ τὸ σῶμα πᾶν διαχέοντες, καὶ ἠμπείχοντο χορευτικὰς στολὰς καὶ ἀνθινάς· καὶ τὸ γε χοροστάτου τῇ φωνῇ μόνον ὑποσημήναντος, οἵδε ἐπὶ στοῖχον ἧσαν φασιν, εἰ τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ διδάξας· εἶτ' αὖ πάλιν περιήρχοντο εἰς κύκλον ὑποσημήναντος ἰέναι ταύτῃ, καὶ εἰ ἐξελίττειν ἔδει, ἔπρατταν αὐτό· καὶ ἄνθη μέντοι ῥιπτοῦντες ἐκόσμουν τὸ δάπεδον οἵδε, μέτρῳ καὶ φειδοῖ δρῶντες, αὐτίκα δ' ἐπεκτύπουν τοῖς ποσὶ, χόρειόν τι καὶ συμμελὲς ὁμορροθοῦντες οἱ αὐτοί. Δάμωνα μὲν ἔν, καὶ Σπίνθαρον, καὶ Ἀριστόξενον, καὶ Ξενόφιλον, καὶ Φιλόξενον, καὶ ἄλλους ἐπαίειν μουσικῆς κάλλιστα, καὶ ἐν ὀλίγοις ἐξελάζεσθαι τήνδε τὴν Σοφίαν, θαυμαστὸν μὲν, ἄπιστον δὲ καὶ παράλογον ἐδαμῶς· τὸ δὲ αἴτιον, ἄνθρωπός ἐστι ζῶον λογικὸν, καὶ νῷ καὶ λογισμῷ χωρητικόν. Ζῶον δὲ ἄναρθρον συνιέναι καὶ ῥυθμῷ καὶ μέλους, καὶ φυλάττειν σχῆμα, καὶ ἐμμέλειαν μὴ παραλρέπειν, καὶ ἀποπληροῦν τῶν διδαχθέντων τὴν ἀπαίτησιν· φύσεως δῶρα ταῦτα ἅμα, καὶ ἰδιότητος καθ' ἕκαστον ἐκπληκτική. Τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις καὶ ἐκμᾶναι τὸν θαλῆν ἱκανὰ, χαμαιζήλων κλινῶν ὡς σιβάδες ἐν τῇ ψάμμῳ τοῦ θεάτρου τεθεῖσαι, εἶτα ἐδέξαντο τυλία, καὶ ἐπὶ τούτοις στρωμνὴν ποικίλην,

bus pĩcto opertos, copioſae alicujus et vetuſtae familiae teſtimonium; lauta item pocula diſpoſita, et argenteas crateras, aureaſque, permulta aqua repletas, menſaſque magnificas e thyo et ebore perquam ſuperbas, tanto pane et carnibus exſtructas, ut vel edaciſſimorum animalium ventrem implere potuiſſent. Omnibus ita abunde apparatis, convivae intromiſſi ſunt elephanti, mares ſex virili veſte induti, totidemque feminae ſtola muliebri ornatae, decore epulis accubuere; tum ſigno percepto, in menſam promuſcides tanquam manus temperanter porrexerunt, ſummaque cum moderatione epulati ſunt; neque ex ipſis quiſpiam viſus eſt vorax; neque vel delicatioris vel majoris partis avidior, ut Perſa ille apud aureum illum Xenophontem. Cum eſſet bibendum, unicuique cratera exhibebatur, et hi quidem promuſcidibus potionem haurientes moderate bibebant; deinde circumſtantes leviter et feſtive, ſine contumelia, aſpergebant. Multa alia ejuſmodi de natura horum animalium ſolertia atque admiranda ab aliis literis ſunt mandata. Ego vero ipſe elephantum in tabula literas Latinas promuſcide recte atque ordine ſcribentem vidi; verum tamen docentis manus ſubjiciebatur ad literarum ductum et figuram eum inſtituens; dejectis autem et intentis oculis erat, cum ſcriberet: doctos et literarum gnaros animantium oculos eſſe dixiſſes.

CAP. XII.

De Leporum proprietate.

QVAEDAM propria lepori a natura ingenerata ſunt. Palpebris patentibus ſomnum capit; annos ſuos indicat, foramina quaedam prodens: uno et eodem tempore quaedam in utero inchoata et imperfecta fert, alia parturit, alia modo peperit.

CAP.

καὶ οἰκίας μέγα εὐδαίμονος καὶ παλαιοπλάτου ζαφῶς μαρμύρια· καὶ κυλίκια ἦν πολυτελῆ παρακείμενα, καὶ κρατῆρες χρυσοῖ καὶ ἀργύρεοι, καὶ ἐν αὐτοῖς ὕδωρ πάμπολυ, τράπεζαί τε παρέκειντο ξύστε καὶ ἐλέφαντος εὖ μάλα ζοβαραὶ, καὶ ἦν ἐπ' αὐτῶν κρέα καὶ ἄρτοι, παμβορωτάτων ἐμπλῆσαι ζώων γαστέρας ἱκανὰ ταῦτα. Ἐπεὶ δὲ τῆς παρασκευῆς ἔκπλεά τε καὶ ἀμφιλαφῆ ἦν, παρῆλθον οἱ δαιτυμόνες, ἓξ μὲν ἄῤῥενες ἰσάριθμοι δὲ αἱ θήλειαι αὐτοῖς, καὶ οἱ μὲν ἐλέφαντες ἀῤῥενωπὸν στολὴν εἶχον, αἱ δὲ θῆλυν, καὶ παλεκλίνθησαν σὺν κόσμῳ συνδυασθέντες ἄῤῥέν τε καὶ θῆλυ· καὶ ὑποσημήναντος, τὰς προβοσκίδας ὡς χεῖρας κεκολασμένως προὔτειναν, καὶ ἐσίτηντο εὖ μάλα σωφρόνως· καὶ ὅτε τις αὐτῶν ἔδοξεν ἀδηφάγος, ὅτε μὴν προλένθης τις, ἢ τῆς μοίρας τῆς μείζονος ἁρπακτικὸς, ὡς ὁ Πέρσης ὁ παρὰ τῷ Ξενοφῶντι τῷ χρυσῷ. Ἐπεὶ δὲ πίνειν ἔδει, ἑκάστῳ κρατὴρ παρελέθη, καὶ ἀρυτόμενοι ταῖς προβοσκίσι τὸ ποτὸν ἔπινον κεκοσμημένως, εἶτα ἀπέῤῥαινον σὺν παιδιᾷ καὶ ὄχ ὕβρει. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἀπεγράψαντο τοιαῦτα τῆς ἰδιότητος τῶνδε τῶν ζώων ζοφὰ καὶ ἐκπληκτικά. Ἐγὼ δὲ εἶδον καὶ γράμματα γράφοντα ἐπὶ πίνακος Ῥωμαΐα ἀσραβῶς τῇ προβοσκίδι καὶ ἀτρέπτως· πλὴν ἐπέκειτο χεὶρ τὸ διδάξαντος, εἰς τὴν τῶν γραμμάτων παιδαγωγοῦσα περιγραφήν· ἐς τ' ἂν ἀπογράψαι τὸ ζῶον τόδε ἀτενὲς ἑώρα κάτω· πεπαιδευμένους εἶναι τὰς ὀφθαλμὰς τῶν ζώων καὶ γραμματικὰς εἴποις ἄν.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Περὶ Λαγωῶν ἰδιότητος.

Ἔχει μέντοι καὶ ὁ λαγωὸς συμφυεῖς ἰδιότητας. Ἐκπεπλαμένοις μὲν γὰρ τοῖς βλεφάροις καθεύδει· καθηγορεῖ δὲ αὐτῷ τὰ ἔτη, τρώγλας τινὰς ὑποφαίνων· φέρει δὲ καὶ ἐν τῇ νηδύϊ τὰ μὲν ἡμιτελῆ, τὰ δὲ ὠδίνει, τὰ δὲ ἤδη οἱ τέτεκται.

CAP. XIII.

De piſce duce Cetacei generis.

OMNE fere cetaceum genus praeter canes duce ad ſibi moderandum eget, illiuſque oculis ducibus ad videndum utitur. Is autem dux eſt, quemadmodum harum rerum periti teſtantur, longus piſcis, colore albo, capite praelongo, anguſta cauda. Huncne ducem unicuique cetaceo natura dederit, an amicitia quadam is adductus cetum ultro antegrediatur, haud ſcio plane; ſed id tamen factum naturae vi potius arbitrarer. Hic enim ſeparatim nunquam ab illo natat, ſed ante hujus caput antecedens, ipſius dux exiſtit, ac veluti clavus. Etenim cuncta illi et providet, et praeſentit, caudaeque extremo praemonſtrat ſingula, et cetum contingit, et monet, tum horribilia formidoloſaque inhibet, tum cibaria conciliat, inſidiaſque a piſcatoribus poſitas ſigno quodam ſuo oſtendit, atque quem locum ipſum adire non oporteat, praeſignificat, nequando latenti alicui alliſus petrae aut infixus funditus pereat. Quod mirum videri debet, minimam beſtiam maximo animali vitae cauſam afferre. Videtur autem cum bellua hujuſmodi ad nimiam pinguitudinem pervenit, amplius nec videre nec audire poſſe, carnium mole et videndi et audiendi viam obſtruente. Nunquam autem cetus ſine hoc duce apparet; nam ſi is, quo ad neceſſaria utitur, perierit, illi quoque pereundum eſt.

CAP. XIV.

De Chamaeleonte.

CHAMAELEON animal non uno atque eodem colore proprio ſpectari, aut cognoſci ſolet; ſed furtim ſe ſubducit, eludens ſimul et praeſtringens intuentium oculos. Si enim nigro colore eum offendas, ille in viridem ſe convertit, tanquam veſtem mutans; deinde alius apparet, album colorem induens, veluti hiſtrio aliam perſonam

ΚΕΦ. ιγ΄.

Περὶ τῦ τῶν Κητῶν ἡγεμόνος.

ΤΑ κήτη τὰ μεγάλα ὀλίγυ πάνλα ἄνευ κυνῶν δεῖται τῦ ἡγεμόνος, κ) τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνυ ἄγελαι. Ἔσι δὲ ἰχθὺς μακρὸς κ) λευκὸς, τὴν κεφαλὴν τρομήκης, σενὸν αὐτῷ τὸ ὐραῖον ξυμπέφυκεν, ὡς οἱ τύτων λέγυσι ξοφοί. Εἴτε δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον παρέδωκε τῷ κήτει ἡ φύσις ἑκάςῳ, εἴτε φιλίᾳ αὐτῶν ἑκὼν τρόεισιν, ἐκ οἶδα· φύσεως δὲ ἀνάγκη εἶναι τὸ τρατλόμενον μᾶλλον τεπίσευκα. Νήχελαι γὰρ ὅδε ὁ ἰχθὺς ὐδεπώτοτε αὐτῷ, τρόεισι δὲ τῆς τῦ κήτυς κεφαλῆς, κ) ἡγεμών ἐςιν αὐτῦ, κ) ὡς εἰπεῖν οἷαξ. Προορᾷ γὲν ἐκείνῳ τὰ πάνλα, κ) τροαισθάνεται τῷ αὐτῷ, κ) τροδιδάσκει ἔπαισε τῆς ὐρᾶς τῷ ἄκρῳ, κ) παρέψαυσε τύτῳ, κ) ἔδωκε ξύνθημα, κ) τῶν μὲν φοβερῶν ἀνέσειλεν, ἐπί γε μὴν τὰ θρέψονλα προάγει, κ) τὴν ἐκ τῶν θηραλῶν ἐπιβελὴν διδάσκει ξημείῳ τινὶ ἀτεκμάρλῳ, ᾧ κ) τῶν τόπων, ὧν ὐ χρὴ τοσῦτον θηρίον ἐπιβῆναι, προμηνύει, ἵνα μήτοτε ἄρδην εἰς ἕρμα περισχεθὲν ἀπόληαι. Ἡ τοίνυν τῦ βίυ ὑπόθεσις τῷ μεγίςῳ τὸ βραχισόν ἐςιν. Ἔοικε δὲ καλαπιανθὲν τὸ ζῶον μήτε ὁρᾶν ἔτι, μήτε ἀκύειν, εἶναι δὲ πρόβλημα κ) τῆς ὄψεως κ) τῆς ἀκοῆς τῶν ξαρκῶν τὸν ὄγκον. Οὐχ ὁρᾶται δὲ τῦ κήτυς ἔρημος, ἀλλ' ἀνάγκη, τῦ πάνλων αὐτῷ τῶν προειρημένων αἰτίυ προαπολωλότος, κ) ἐκεῖνο ἀπολέσθαι.

ΚΕΦ. ιδ΄.

Περὶ Χαμαιλέοντος.

ΧΑμαιλέων τὸ ζῶον εἰς ἰδίαν μίαν χρόαν ὐ πέφυκεν ὅτε ὁρᾶσθαι, ὅτε γνωρίζεσθαι· κλέπλει δὲ ἑαυλὸν πλανῶν τε ἅμα, κ) παραλρέπων τὴν τῶν ὁρωμένων ὄψιν. Εἰ γὰρ περιλύχοις μέλανι τὸ εἶδος, ὅδε ἐξέτρεψε τὸ μόρφωμα εἰς χλωρότητα, ὡσπερῦν μελαμφιασάμενος· εἶτα μέντοι ἀλλοῖος ἐφάνη λευκότητα

perſonam vel veſtem. Quae cum ita ſint, dixerit aliquis, naturam etſi neminem recoquit, neque veneficiis inſtar Medeae cujuſdam vel Circes immutat, etiam veneficam eſſe.

CAP. XV.

De piſcibus, qui Pompyli vocantur.

POMPYLI pelagii piſces, et maris profundo gaudentes vel omnium piſcium maxime quos auditione accepimus, cognoſcendi ſunt; ſive ipſi terram male oderunt, ſive haec illorum odio tenetur. Hi autem ſic circum naves altum ſecantes, tanquam amicas, concurſant, eaſque huc illuc ſaltantes ſtipant. Et homines quidem, qui navi vehuntur, quantum a terra abſint, (neque enim id ſcire ipſis neceſſe eſt) prorſus ignorant; et ipſi etiam nautae a vero aberrare ſolent. At pompyli, tanquam ſagaciſſimi canes, qui propinquam praeſentiunt praedam, ſic terram non longe abeſſe, ante multo ſentiunt: idcirco non tanto amplius ſtudio navium tenentur, ut longius eas comitari velint; ſed quaſi ſigno ad abeundum ſublato, frequentes in altum redeunt. Vnde nautae continentem, tametſi non facibus eam aſſecuti, ſed a pompylis eruditi, propinquam eſſe ſentiunt.

CAP. XVI.

De animali, quod Tarandus appellatur.

RVBOREM, pallorem, livorem, homini et beſtiis cutem mollem habentibus, et minime villoſis, accidere, nihil mirum; tarandus vero ſeipſum cum villis ſuis vertit, et innumeras colorum ſpecies cum ſummo videntium ſtupore reddit. Scythicum id animal eſt, dorſo et magnitudine tauro ſimile; ejus corium ne ſpiculo quidem penetrari poteſt, quamobrem eo Scythae ſua ſcuta inducunt.

CAP.

λευκότηϛα ὑποδὺς, καθάπερ προσωπεῖον ἕτερον, ἢ ϛολὴν ὑποκριϛὴς ἄλλην. Ἐπεὶ τοίνυν ταῦθ' ὕτως ἔχει, φαίη τις ἂν ϗ τὴν φύσιν μὴ καθέψεσαν, μήδ' ἐπιχρίσαν φαρμάκοις, ὡσπερῶν ἢ Μήδειάν τινα ἢ Κίρκην, ϗ μέντοι ϗ ἐκείνην φαρμακίδα εἶναι.

ΚΕΦ. ιέ.

Περὶ τῶν ἰχθύων τῶν καλεμένων Πομφύλων.

ΠΟμφυλον πελάγιον, ϗ βυθῷ φιληδὲϛηϛα εἰδέναι χρὴ μάλισα ἰχθύων, ὧν ἴσμεν ἀκοῇ· μισεῖ δὲ ἢ αὐτὸς τὴν γῆν, ἢ τὸν ἰχθῦν ἐκείνη. Τεμνέσας δὲ ἄρα μέσον τὸν πόρον τὰς ναῦς, οἵδε οἱ πόμφυλοι ὥσπερῶν ἐρωμένας προσνέονϛες δορυφορεῦσι, ϗ ἐκεῖθι περιέρχονϛαι χορεύονϛες ϗ δεῦρο, ἅμα ϗ πηδῶνϛες. Οἱ μὲν ἓν περίνεω πάνϛες ὁπόταν ἀφεσάναι τῆς γῆς (ϗ δέον γὰρ) αὐτοῖς εἰδέναι πάρεσι δήπε· οἱ δὲ ναῦται ϗ πλαίεσθαι μέντοι ϗ αὐτοῖς τὸ ἀληθὲς εἴωθεν. Ἀλλ' οἵγε μὴν πόμφυλοι μακρόθεν ἤσθονϛο, δίκην εὑρίνε κυνὸς τὸ θήραμα ἑλέσης τάχισα, ϗ ἐκ ἔτι τοσεῦτος αὐτεῦ ἔρως νεὼς καϛαλαμβάνει, ὡς παραμένειν· ἀλλ' οἷα ὑπὸ ζυνθήμαϛι ἀθρόοι γένοιντο πάνϛες ἀπιόνϛες. Καὶ ἴσασιν ἐντεῦθεν οἱ τῆς νεὼς ἄρχονϛες, ὅτι ἄρα χρὴ περιβλέπειν γῆν, ϗ πυρσοῖς τεκμαιρομένες, ἀλλὰ τοῖς προειρημένοις πεπαιδευμένες.

ΚΕΦ. ις'.

Περὶ τῦ ζώε τῦ καλεμένε Ταράνδε.

ΕΡυθήμαϛα εἴ ποϛε ἐπαναϛέλλει, ϗ ὠχρίασις, ϗ γενέσθαι πελιδνὸν, ϗ ἀνθρώπῳ ταῦτα ϗ θηρίοις ἀλλ' ἐπὶ ψιλῆς τῆς δορᾶς, ϗ τριχῶν γυμνῆς, θαυμασὸν ἐδέν· τάρανδος δὲ τὸ ζῶον, ἀλλ' ἔτός γε θριξὶν αὐταῖς τρέπει ἑαυϛὸν, ϗ πολύχροιαν ἐργάζεϛαι μυρίαν, ὡς ἐκπλήϛειν τὴν ὄψιν. Ἐϛι δὲ Σκύθης, ϗ τὰ νῶτα παραπλήσιος ταύρῳ, ϗ τὸ μέγεθος· τέτε τοι ϗ τὴν δορὰν ἀγαθὴν ἀνλίπαλον αἰχμῇ, ταῖς αὐτῶν ἀσπίσι περιϛείναντες νοῦσι ϗ οἱ Σκύθαι.

ΚΕΦ.

CAP. XVII.

De Echeneide piſce.

ECHENEIS pelagius piſcis, adſpectu niger, longitudine cum mediocri anguilla aequandus, nomen a rebus, quas agit, habet. Navis enim ſecundo vento et plenis velis propulſae extremam puppim mordicus premens, tanquam indomitum atque effrenatum equum freno robuſto inhibens, violentiſſime ab impetu reprimit, et conſtrictam tenet; fruſtraque vela media turgent, fruſtra venti ſpirant, quae res vectores angit. Nautae vero rei cauſam intelligunt. Hinc nomen impoſitum piſci, quem ejus vim experti echeneida [remoram] appellarunt.

CAP. XVIII.

Quomodo tela in ſe conjecta expellat Elephantus.

ARS et doctrina curandi et medicamentis ſanandi vulnera apud Homerum per manus vel ad tertiam uſque aetatem traditur. Patroclum Menoetii filium Achilles Pelei filius medicinam docet, Achillem vero Chiron Saturni filius erudit. Diſciplinas nimirum heroes tantum et Deorum filii exercebant, et radicum naturam, varium herbarum uſum, pharmacorum temperationem, cantiones tum inflammationibus tum reprimendo ſanguini propitias, et alia quaedam noverant. Nonnulla etiam his inferiores tempore heroes ac Dii invenerunt. Quibus quam natura parum egeat, elephantus docet; cum enim vel haſta vel ſagitta ictus eſt, oleae florem vel oleum ipſum guſtans defixa tela expellit, atque hujuſmodi ratione ad incolumitatem reſtituitur.

ΚΕΦ. ιζ'.

Περὶ τῆς καλυμένης Ἐχενηΐδος.

ΠΕλάγιος ἰχθὺς τὴν νῆξιν, τὴν ὄψιν μέλας, τὸ μῆκος καλὰ τὴν μεμελημένην ἔγχελυν, λαχὼν ἐξ ὧν δρᾷ τὸ ὄνομα. Θεόση νηὶ κὴ μάλα γε ἐξ ἀρίας κὴ τῶν ἰσίων κεκολπωμένων ωροσφθαρεὶς, κὴ τῆς ωρύμνης τὸ ἄκρον δακὼν, ὥσπερ ἵππον σομίῳ ἀπειθῆ, κὴ τραχὺν χαλινῷ Ϛληρῷ βιαιόταλα ἀνακρύσας, ἀνασέλλει τῆς ὁρμῆς, κὴ ωεδήσας ἔχει· κὴ μάτην μὲν τὰ ἰσία μέσα ωέπρησαι, εἰς ἀδὲν δὲ φυσῶσιν οἱ ἄνεμοι, ἄχος δὲ ἔχει τὲς ωλέονλας. Συνιᾶσι δὲ οἱ ναῦται, κὴ τῆς νεὼς γνωρίζυσι τὸ ωάθος· κὴ ἐντεῦθεν ἐκλήσαλο τὸ ὄνομα, ἐχενηΐδα γὰρ καλῦσιν οἱ ωεπειραμένοι.

ΚΕΦ. ιή.

Πῶς ἀποσείελαι ἐμπεσόνλά οἱ ἀκόνλια ὁ ἐλέφας.

ΑΝαβαίνει μὲν κὴ ἡ τέχνη εἰς τριγονίαν διδασκαλίας ωαρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἡ ωερὶ τῶν τελρωμένων τε κὴ φαρμάκυ δεσμένων. Παιδεύελαι μὲν γὰρ ὁ Μενοιλίυ Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἰατρικὴν, Ἀχιλλεὺς δὲ ὁ Πηλέως ὑπὸ Χείρωνος τῦ Κρόνυ. Καὶ ἐν ἥρωσί τε κὴ θεῶν ωαισὶν ἦν τὰ μαθήμαλα, ὁποῖα φύσιν εἰδέναι ῥιζῶν, κὴ ωόας διαφόρυ χρῆσιν, κὴ φαρμάκων κρᾶσιν, κὴ ἐπαοιδὰς εἴς τε φλεγμονὴν ἀντιπάλυς κὴ ἀνασεῖλαι αἷμα, κὴ ὅσα ἄλλα ἐκεῖνοι ἤδεσαν. Καὶ μέλοι κὴ οἱ τῦ χρόνυ κάτω ἐν ἥρωσί τε κὴ θεοῖς ἀνίχνευσαν ἔτι ἄλλα. Τύτων δὲ τῶν Ϛοφισμάτων ἡ φύσις ὠδὲν ἐδεῖτο· κὴ καληγορεῖ ὁ ἐλέφας· ὅταν γῦν εἰς αὐτὸν ἔλθῃ δόραλα κὴ βέλη ωολλὰ, ἐλαίας ωάσας ἄνθος, ἢ ἔλαιον αὐτὸ, εἶτα ωᾶν τὸ ἐμπεσὸν ἀπεσείσαλο, κὴ ἔσιν αὖθις ὁλόκληρος.

CAP. XIX.

Quemadmodum fingant et efforment ſuos catulos Vrſae.

HAEC etiam proprietas urſae admiranda eſt. Nam neque catulum [perfectum] parit, neque quiſquam mox a partu videns foetum, urſam edidiſſe vitalem foetum judicaret. Simul enim ac peperit, ſtatim carnem illam informem, et nulla vitalis figurae veſtigia nullamque animalis effigiem retinentem, amore complectitur, catulum agnoſcit ſuum, ac eum in ſinu gremioque fovet, et lingua fingit ſua, et paulatim figurat, in artus efformat, atque ut adſpicienti jam catulus urſae eſſe videatur.

CAP. XX.

De Bubus Erythraeis.

TAVRIS omnibus rigida et minime flexibilia exſiſtunt cornua; eamque ob rem cornibus perinde armati furibunde appetunt, atque homines armis hoſtem feriunt. Erythraei autem boves mobilia ſimiliter cornua, ut aures, habent.

CAP. XXI.

De Draconibus in Aethiopia.

AETHIOPICA terra vicinum bonum et egregium habet, Deorum illud lavacrum, quod Homerus oceani nomine celebrat. Eadem maximos dracones ad triginta paſſuum longitudinem progredientes generat, et nomen proprium non habent, ſed duntaxat elephantorum interfectores ipſos nominant, et proveniunt ad ſummam ſenectutem. Hactenus Aethiopum ſermones retuliſſe ſufficiet. Phrygum hiſtoria quoque narrat, dracones ad magnitudinem decem paſſuum procedentes naſci, qui quotidie media aeſtate, qua hora jam forum hominum conventu plenum eſt, ex cavernis procedere

ΚΕΦ. ιθ'.

Πῶς διαρθρῶσί τε καὶ διαπλάττουσι τὰ ἑαυτῶν βρέφη αἱ Ἄρκτοι.

ΚΑΙ τόδε τὸ θαῦμα τῆδε ζώει ἴδιον. Τεκεῖν βρέφος ἐκ οἴδεν ἄρκτος, εὐδ' ὁμολογήσει τις ἐξ ὠδίνων ἰδὼν τὸ ἔγγονον, ζωογόνον εἶναι αὐτήν. Ἀλλ' ἡ μὲν ἐλοχεύθη· τὸ δὲ εἰκῆ κρέας, καὶ ἄσημόν τι καὶ ἀτύπωτον καὶ ἄμορφον· ἡ δὲ ἤδη φιλεῖ καὶ γνωρίζει τέκνον, καὶ ὑπὸ τοῖς μηροῖς θάλπει, καὶ λεαίνει τῇ γλώττῃ, καὶ ἐκτυποῖ εἰς ἄρθρα, καὶ μέντοι καὶ καλὰ μικρὰ ἐκμορφοῖ· καὶ ἰδὼν ἐρεῖς τοῦτο ἄρκτου σκυλάκιον.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ τῶν Ἐρυθραίων Βοῶν.

ΚΕραλα ἀκλινῆ καὶ ὀρθὰ ἔσηκε ταύροις ἅπασι· καὶ διὰ ταῦτα ὡς εἰς ὅπλον ὁ ἄνθρωπος, οὕτω τοι καὶ εἰς κέρας ὁ ταῦρος τεθύμωται. Βόες δὲ Ἐρυθραῖοι κινοῦσι καὶ κέραλα, ὡς ὦτα.

ΚΕΦ. κά.

Περὶ τῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ Δρακόντων.

ΗΓῆ μὲν Αἰθιοπὶς, γείτων δὲ καὶ μάλα ἀγαθὸς καὶ ἀξιόζηλος τὸ τῶν θεῶν λαχεῖν, ὃ Ὅμηρος ἡμῖν ὠκεανὸν ἄδει. Οὐκοῦν ἥδε ἡ γῆ δρακόντων μήτηρ ἐστὶ μεγέθει μεγίστων, καὶ γάρ τοι καὶ εἰς τριάκοντα ὀργυιὰς προήκουσι, καὶ τὸ ὄνομα μὲν τὸ ἀπὸ γενεᾶς ὀ καλοῦνται (φονέας δὲ ἐλεφάντων φασὶν αὐτοὺς) καὶ ἀμιλλᾶσθαι πρὸς γῆρας τὸ μήκιστον οἵδε οἱ δράκοντες. Καὶ λόγοι μὲν Αἰθίοπες ἐνταῦθά μοι ἴσασι. Λέγουσι δὲ Φρύγιοι λόγοι, καὶ ἐν Φρυγίᾳ γενέσθαι δράκοντας, καὶ προήκειν αὐτοὺς εἰς δέκα ὀργυιὰς, καὶ μεσοῦντος θέρους ὁσημέραι μετὰ πλήθουσαν ἀγορὰν ἐξέρπειν τῶν φωλεῶν, καὶ

procedere ſoleant, et circa amnem Rhyndacum nomine parte voluminis ad terram adniti, reliquo erecto corpore, collo ſenſim extenſo, et ore hiante volucres ſua adſpiratione tanquam amatoria illecebra ad ſe attrahere; eas autem ex horum ſpiritus ductibus detractas cum ipſis alis in illorum ventrem illabi: et haec quidem illi ad occidentem uſque ſolem peculiariter agunt; poſtea autem ſeipſos occultantes gregibus ex paſtione ad ſtabula redeuntibus inſidiantur, multamque perniciem inferunt, ipſis etiam paſtoribus ſaepe occiſis, atque inde prandium ſibi abunde comparant.

CAP. XXII.

Quomodo Apuae naſcuntur, et capiuntur.

APVAE piſces ex ſeſe nec procreant nec procreantur, ſed e limo enaſcuntur; cum enim coenum in mari concreverit, valde et limoſum et atrum efficitur, atque ex ſua quadam voluptate, mirabili natura et genitali tepeſcit, atque in permulta animalia, nimirum apuas, immutatur atque convertitur. Eae autem ſic in putrido luto et ſordibus, tanquam lumbrici, generatae ad natandum maxime valent. Tumque mirabili cauſa quadam ad ſalutaria impelluntur, eo nimirum ubi ad tegendam vitam perfugia, et ad tuendam propugnacula habeant. Haec autem perfugia ſunt ſcopuli magni et in ſublime eminentes κεῖται a piſcatoribus dicti, hoc eſt, petrae in multiplices ſinus tremebundorum fluctuum et ſaxifragarum undarum verberatione multo tempore excavatae. Haec ideo abdita eis perfugia natura indicavit, ne fluctibus convellerentur aut perirent; debiles enim ſunt ad reſiſtendum, et infirmae contra fluctuum incurſiones. Nullo cibo ad ſeſe alendas egent; namque ad vitam eis ſatis eſt mutuo linctu ſe lambere. Capiuntur autem verriculis ſubtili filo contextis tenuium ſtaminum, inutilibus alioquin ob exilitatem ad aliorum piſcium capturam.

CAP.

παρὰ τῷ πολαμῷ τῷ καλεμένῳ Ῥυνδακῷ τὸ μέν τι τῆς Cπείρας ἀπήρεισαν εἰς τὴν γῆν, τὸ δὲ λοιπὸν Cῶμα ἀνασήσανλες πᾶν, ἀτρέμα ϗ ἡσυχῆ τὴν φάρυγα ἀναλείναλες, ϗ μένλοι ϗ τὸ cόμα ἀνοίξανλες, εἶτα τὰ πληνὰ ἕλκεσι οἱονεὶ ἴϋγι τῷ ἄσθμαλι, τὰ δὲ εἰς τὰς ἐκείνων εἰσπίπλει γασέρας ὑπὸ τῆς παρ' αὐτῶν εἰσπνοῆς Cυρόμενα αὐτοῖς πλεροῖς· ϗ ταῦτα μὲν ἰδίᾳ ἐκείνοις δρᾶται εἰς ἡλίκε δυσμὰς, εἶτα ἑαυλὲς οἱ δράκονλες ὑποκρύψανλες ἑλλοχῶσι τὰς ποίμνας, ϗ ἐκ τῆς νομῆς ἐπὶ τὰ αὔλια ἰόσας αἴρεσι, ϗ πολὺν φθόρον ἐργασάμενοι, ϗ νομέας Cυνδιέφθειραν πολλάκις, ϗ ἔχεσι δεῖπνον ἄφθονόν τε ϗ ἀμφιλαφές.

ΚΕΦ. κβ'.

Ἀφύαι πῶς τίκλονλαι, ϗ πῶς θηρῶνλαι.

ΤΑῖς ἀφύαις ὁ πηλὸς γένεσίς ἐσι· δι' ἀλλήλων δὲ ἐ τίκτεσιν, ἐδὲ ἐπιγίνονλαι· πηλὸς δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ ϗ πάνυ ἰλυώδης ὅταν Cυςῇ, ϗ γένηλαι μέλας, ἀλεαίνελαί τε ὑφ' ἡδονῆς ἑαυλῷ φύσει τινὶ ἀποῤῥήτῳ τε ϗ ζωογόνῳ, ϗ μελαβάλλελαι, ϗ εἰς ζῶα τρέπελαι πάμπολλα· ϗ αἵ γε ἀφύαι ταῦτά ἐσι, Cκωλήκων δίκην, ἐν τῷ βορβόρῳ ϗ τοῖς μυσαροῖς τικτομένων ἐκείνων. Γενόμεναι δὲ αἱ ἀφύαι, νηπιώταλον χρῆμά ἐσι, ϗ δρῶσιν ὃ πεφύκασιν. Εἶτα ἄγονλαί τινι αἰτίᾳ θαυμασῇ εἰς τὰ Cωλήρια, ἔνθα ἔξεσι Cκέπην ϗ πρόβλημα, ᾗ μέλλει βιώσιμα αὐταῖς ἔσεσθαι. Εἴη δ' ἂν ἡ καλαφυγὴ ἢ πέτρα ἀνεσῶσα ἐπὶ μέγα ϗ ὑψηλὸν, ἢ οἱ καλούμενοι κρίβανοι ὑπὸ τῶν ἁλιέων· εἶεν δ' ἂν αἱ κολπώδεις πέτραι, βρίθεσαί τε ὑπὸ τῶν κυμάτων τῷ χρόνῳ, ϗ κοῖλαι γελεννημέναι. Ταῦτα δ' ἄρα αὐταῖς ἡ φύσις ἔδειξε κρησφύγελα, ὥςε ὑπὸ τοῦ Cάλου μὴ παίεσθαι, μηδὲ ἀφανίζεσθαι· ἀσθενεῖς γάρ εἰσι, ϗ ἥκισα πρὸς τὰς ἐκείνων ἐμπλώσεις ἀνλίτυποι. Τροφῆς δὲ δέονλαι ὁδὲν, ἀπόχρη γε μὴν ἀλλήλας περιλιχμήσασθαι. Ἄλρα δὲ αὐτῶν νήματα ἄγαν λεπλὰ, ϗ ἐῤῥαφένλα τούτοις ἀραιῶν σημονίων τὰ ἱμάτια· ϗ τέχνημα μὲν εἴη ταύταις τοῦτο, ϗ μάλα γε ἀρκοῦν μηχάνημα εἰς αἵρεσίν τε ϗ ἄλωσιν αὐτῶν, εἰς δὲ ἄλλων ἰχθύων θήραν ἥκισα.

ΚΕΦ.

CAP. XXIII.

De Lacerto per medium dissecto.

SI quis seu fortuito lacertum, seu consulto percutiat, et virga medium discindat, hujus partium neutra moritur, sed ab altera seorsum utraque pars dimidiata graditur, et duobus pedibus adrepens vivit. Deinde si coitio utriusque fiat (quod saepe contingit) duae separatae partes naturali colligatione veluti conseruntur: atque ex separatis duabus partibus unus idemque efficitur lacertus, et tametsi loci prius affecti vestigium cicatrix indicat, circummeat tamen et vitam pristinam retinet, et ei cetera persimilis est, qui talia nunquam perpessus sit.

CAP. XXIV.

De veneno Viperae, et saliva Hominis.

SERPENTIVM venenum cum pestiferum est, tum multo aspidis pestilentius; contra quae nemo salutaria praesidia facile inveniat, etiamsi ad dolores leniendos atque adeo ad liberandum ab illis ipsis sapientissimus sit. Sed in homine quoque incredibiliter pernicioſum inesse venenum hac ratione deprehenditur. Si viperae collum caute et firmiter contineas, in osque illius diductum spuas, sputum in ejus ventrem delapsum tanta ei pernicie existit, ut vipera putrescat. Itaque hominis morsus vel homini ipsi est pernicioſus, nulliusque animalis morsui de acerbitate concedit.

CAP.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ τῆς τῶν Σαύρων διαιμήσεως.

ΤΟΝ ζαῦρον εἰ παίσαις καιὰ τὸ μέσον, εἴτε ἐκὼν, εἴτε κ᾽ καιὰ τύχην ῥάβδῳ μέσον διαιέμοις, ἕθέτερον αὐτῷ τῶν μερῶν ἀποιέθνηκεν, ἀλλὰ χωρὶς κ᾽ καθ᾽ ἑαυτὸ προέισί τε κ᾽ ζῇ, δύο ποσὶν ἐπισυρόμενον τὸ ἡμίτομον τῶν ζώων κ᾽ ἐκεῖνο κ᾽ τοῦτο. Εἶτα ὅταν ζυνέλθῃ (σύνεισι γὰρ προὸς τὸ λεῖπον τὸ ἕτερον πολλάκις) ζυνδυασθέν τε ζυνηλθέτην ἐκ τῆς διαιρέσεως· κ᾽ ἑνωθεὶς ὁ ζαῦρος, τῷ μὲν πάθει τὸ ἴχνος αὐτῷ καιηγορεῖ ἡ ἐλή, περιθέων δὲ, κ᾽ τὴν ἀρχαίαν βιοὴν ἔχων, ἔοικε τῶν προειρημένων μὴ πεπειραμένῳ.

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ ἰοῦ Ἀσπίδος, κ᾽ τοῦ Ἀνθρωπείου ζιάλεκτου.

ΙΟΣ μὲν ὁ τῶν ἑρπετῶν δεινός ἐςι, κ᾽ ὅ γε τῆς ἀσπίδος ἔτι μᾶλλον· κ᾽ ἐπὶ τούτων ἀνίπαλα κ᾽ ἀμυνήρια ῥᾳδίως ἂν ἂν εὕροι τις, εἰ κ᾽ ζοφώταιος εἴη κηλεῖν τε ὀδύνας κ᾽ ἀφανίζειν. Ἦν δὲ ἄρα κ᾽ ἐν ἀνθρώπῳ τις ἰὸς ἀπόῤῥητος, κ᾽ πεφώραται τὸν τρόπον ἐκεῖνον. Ἔχιν εἰ λάβῃς, κ᾽ πάνυ εὐλαβῶς τε κ᾽ ἐγκρατῶς τοῦ τραχήλου καιάσχῃς, κ᾽ διασήσας τὸ ςόμα, εἶτα ἐπ᾽ αὐτῷ προσπλύσειας, εἰς τὴν νηδὺν καιολισθαίνει τὸ πλύελον, κ᾽ γίνεται οἱ τοσοῦτον κακὸν, ὡς ζῆπειν τὸν ἔχιν. Ὅθεν τοι κ᾽ ἀνθρώπῳ δῆγμα ἀνθρώπου μιαρόν ἐςι, κ᾽ κινδυνώδες ἀδενὸς θηρίου μεῖον.

ΚΕΦ.

CAP. XXV.

De Formicis.

TEMPORE aeſtivo, quum meſſis collecta eſt, et ſpicae in area triturantur, turmatim congregantur formicae ſingulae binae etiam atque ternae accedentes, ſedibus ſuis ac conſuetis cavernis relictis, triticum et hordeum legunt, atque eadem ſemita vadunt; aliae quidem ad colligenda grana eunt, aliae onus portant, et ſumma cum reverentia et modeſtia ſibi invicem de via cedunt, imprimis vero expeditae onus gerentibus. Eximiae autem illae in cavernas ſuas reverſae ſcrobibus frumentum et hordeum condunt in abdito loco, ſingula ſemina in medio exterebrantes: quod excidit, formicis pro prandio eſt, reliquum ſterile eſt. Ideoque ſtrenuae oeconomae et cuſtodes illud machinantur, ne imbrium fluxu integra iſta ſemina in fruges rurſus exirent, et revireſcerent; atque inde in cibi inopiam et famem hyeme inciderent, et labor ipſis periret. Haec igitur, ſicut alia dona, formicis natura benigne largita eſt.

CAP. XXVI.

De Aquilis.

AQVILA fonte ad potionem nunquam eget, nec pulverulentas volutationes quaerit, ſed neque ſiti vincitur, neque adhibito exterius contra laſſitudinem remedio utitur; aquas autem contemnens et quietem, ſublime fertur, et e longinquo altoque aethere acutiſſime cernit. Aquilae alarum crepitum ſimulac draco ferarum intrepidiſſimus auribus perceperit, ſtatim ſe libenter abſcondit,

ΚΕΦ. κέ.

Περὶ Μυρμήκων.

ΕΝ ὥρᾳ θερείῳ περὶ τὰς ἅλως ἀμητῦ κατειληφότος, ϗ τῶν σαχύων τριβομένων ἐν τῷ δίνῳ, καὶ ἵλας ζυνίασιν οἱ μύρμηκες, καθ' ἕνα ἰόντες, ϗ καὶὰ δύο δὲ, ἀλλὰ ϗ εἰς τὸ τρίτον στοιχεῖον ἔρχονται, τὺς ἑαυτῶν οἴκυς, ϗ τὰς ζυνήθεις σέγας ἀπολείποντες· εἶτα ἐκλέγυσι τῶν πυρῶν ϗ τῶν κριθῶν ϗ τὴν αὐτὴν χωρῦσιν ἀτραπόν· ϗ οἱ μὲν ἀπίασιν ἐπὶ τὴν τῶν προειρημένων ζυλλογὴν, οἱ δὲ κομίζυσι τὸν φόρτον, ϗ πάνυ αἰδεσίμως ϗ πεφεισμένως ἀλλήλοις ὑπαφίσανται τῆς ὁδῦ, ϗ μᾶλλον τοῖς ἀχθοφόροις οἱ κῦφοι· καταβάντες δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα τὰ ζφέτερα οἱ γενναῖοι, ϗ πληρώσαντες τὺς ἐν τῷ μυχῷ ζφίσι ζιρὺς πυρῶν τε ϗ κριθῶν, ἑκάστυ ζπέρματος διαζρήσαντες τὸ μέσον, τὸ μὲν ἐκπεσὸν δεῖπνον γίνεται μύρμηκι ἐν τῷ τέως, τὸ δὲ λοιπὸν ἄγαγόν ἐσι. Παλαμῶνται δὲ ἄρα οἱ γενναῖοι οἰκονόμοι ϗ φρυροὶ τῦτο, ἵνα μὴ τῶν ὄμβρων περιῤῥευσάντων, εἶτα ἔκφυσιν ὁλόκληρα ἐκεῖνα ὄντα λάβῃ τινὰ ϗ ἀναθήλῃ· ϗ τύτων γινομένων ἀτροφίᾳ ϗ λιμῷ διὰ χειμῶνος περιπέσωσι, ϗ αὐτοῖς ἐξαμβλώσῃ ἡ ζπυδή. Φύσεως μὲν δὴ ϗ μύρμηκες λαβεῖν δῶρα εὐτύχησαν ϗ ταῦτα, ὡς ἄλλα.

ΚΕΦ. κϛ.

Περὶ Αἰετῶν.

ΟΥδέποτε αἰετὸς ὕτε ποηγῆς δεῖται, ὕτε γλίχεται κονίσρας, ἀλλὰ ϗ δίψυς ἀμείνων ἐσὶ, ϗ καματυ φάρμακον ὐκ ἀναμένει πορισθὲν ἔξωθεν· ὑπερφρονῶν δὲ ϗ τῶν ὑδάτων, ϗ τῆς ἀναπαύσεως τὸν ἀέρα τέμνει πολὺν, ϗ ὀξύταλα ὁρᾷ ἐκ πολλῦ τῦ αἰθέρος ϗ ὑψηλῦ. Καὶ τόν γε τῶν πτερῶν αὐτῦ ῥᾳῖζον, ϗ τὸ τῶν θηρίων ἀτρεπτόταλον ὅμως καπέπληξεν

condit, atque in latebras abdit. Pullorum autem ingenuitatem hoc indice experitur aquila: eos ex aetate adhuc infirmos et implumes ſolis fulgorem intueri adverſum cogit; et ſi quis ad ſolares radios oculis nictetur, eum ſuſpectum habens e nido expellit, atque deturbat: qui autem contra oculis immobilibus ſolem intuetur, citra ſuſpicionem eſt, et legitimis adſcribitur; quia coeleſtis iſte ignis generis incorrupta veraque ſine inſcriptione ipſis adſertio eſt.

CAP. XXVII.

De Struthiocamelo.

STRVTHIOCAMELVS alis penna frequentibus inſtructus eſt, non tamen fert ejus natura ut in ſublime tollatur; ſed currit citiſſime, et ab utroque latere alas explicat, quas ventus, velorum inſtar, expandit; volare autem neſcit.

CAP. XXVIII.

De Otide ſive Tarda.

OTIDEM ex omnibus avem equorum ſtudioſiſſimam eſſe audio. Cujus hoc teſtimonium eſt, quod cetera animalia ſive in pratis, ſive in anguſtis et humilioribus locis paſcentia aſpernatur; equum vero ut conſpexerit, magno cum gaudio ad ipſum advolans appropinquat, more hominum equini generis amantiſſimorum.

CAP. XXIX.

De Muſca.

MVSCA, animal audaciſſimum, ſiquando in aquam decidat, nec aquae reſiſtere nec natare poteſt, ideoque ſubmergitur. Si vero illam humore exanimatam extrahas, eique cinerem inſpergas, atque in ſole ponas, ad priſtinam vitam revocabitur.

CAP.

πληξεν ὁ δράκων ἀκέσας μόνον, καὶ παραχρῆμα καλέδυ, καὶ ἀσμένως ἠφανίσθη. Βάσανος δὲ οἱ τῶν νεοτλῶν τῶν γνησίων ἐκείνη ἐςίν. Ἀνλίας τῇ αὐγῇ τᾶ ἡλίᾳ ἵςησιν αὐτὰς, ἀρςὰς ἔτι καὶ ἀπλῆνας, καὶ ἐὰν μὲν Σκαρδαμύξῃ τὶς τὴν ἀκμὴν τῆς ἀκτῖνος δυσωπέμενος, ἐξεώσθη τῆς καλιᾶς, καὶ ἀπεκρίθη τῆσδε τῆς ἐςίας· ἐὰν δὲ ἀνλιβλέψῃ καὶ μάλα ἀτρέπλως, ἀμείνων ἐςὶν ὑπονοίας, καὶ τοῖς γνησίοις ἐγγέγραπλαι, ἐπεὶ αὐτῷ πῦρ τὸ ἀράνιον ἡ τᾶ γένος ἀδέκασός τε καὶ ἄγραπλος ἀληθῶς ἐγγραφή ἐςιν.

ΚΕΦ. κζ΄.

Περὶ τῆς Στρυθᾶ τῆς μεγάλης.

Η Στρυθὸς ἡ μεγάλη λασίοις μὲν τοῖς πτεροῖς ἐπέρωλαι, ἀρθῆναι δὲ καὶ εἰς βαθὺν ἀέρα μελεωρισθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει· θεῖ δὲ ὤκισα, καὶ τὰς παρὰ τὴν πλευρὰν ἑκαλέραν πλέρυγας ἁπλοῖ, καὶ ἐμπίπλον τὸ πνεῦμα κολποῖ δίκην ἱςίων αὐτάς· πλῆσιν δὲ οὐκ οἶδεν.

ΚΕΦ. κή.

Περὶ Ὠτίδος.

Την ὠτίδα ὀρνίθων ζῶον εἶναι φιλιππόταλον ἀκούω. Καὶ τέτυ μαρλύριον, τῶν μὲν ἄλλων ζώων καὶ ἐν λειμῶσι καὶ ἐν τοῖς αὐλῶσι νεμομένων καλαφρονεῖ· ἵππον δὲ ὅταν θεάσηλαι, ἥδισα προσπέτελαι, καὶ πλησιάζει, καλὰ τὺς ἀνθρώπων ἱππερασάς.

ΚΕΦ. κθ΄.

Περὶ Μυίας.

Μῦια ἐμπεσῦσα εἰς ὕδωρ, καὶ γὰρ εἰ ζώων ἐςὶ θρασυλάτη, ἀλλὰ γῦν ὅτε ἀνλέχει, ὅτε νηκλική ἐςι, καὶ διὰ ταῦτα ἀποπνίγελαι. Εἰ δὲ αὐτῆς ἐξέλοις τὸν νεκρὸν, καὶ τέφραν ἐμπάσοις, καὶ καλαθήσοις ἐν ἡλίᾳ αὐγῇ, ἀναβιώσεις τὴν μῦαν.

CAP. XXX.

De Gallinaceis.

GALLVM ſive emptum, ſive dono acceptum, ſi in corte tua et in gallinaceo grege alere ac retinere volueris, non temere ac fortuito ſolutum dimittes; ſin minus, fugitivus ad ſuos familiares et compaſcales, ſe recipiet, etſi procul ab iis abfuerit. Quamobrem cuſtodia eum munies, et vinculis occultioribus, quam quibus apud Homerum Vulcanus irretitur, eum coercebis, quod hunc in modum efficies: Menſam, ſuper qua cibum capere ſoles, in medium [cortis] ſiſte, et gallum ter circa ipſam circumferto, atque ita cum ceteris avibus domeſticis liberum dimittito; ſic enim tanquam vinctus nuſquam diſcedet.

CAP. XXXI.

De Salamandra.

EX animalibus tametſi ſalamandra non eſt, quae ex igni naſcuntur, quales ſunt pyrigoni; contra tamen hunc ire audet, contraque illius flammam veniens, tanquam adverſus hoſtem quendam, ſic eam expugnare aggreditur. Cujus rei teſtimonium opifices, quorum opera atque artificium igne nititur, adferunt. Nam quamdiu ex flammae ſplendore ignis flagrare, et artem fabrilem adjuvare videtur, hujuſmodi animal ipſi negligunt. Cum autem ignis evaneſcit, ac reſtinguitur, fruſtraque folles flant, hoc ſibi tum animal adverſari praeclare intelligunt; quare hoc ipſum perveſtigant, atque inveſtigatum ulciſcuntur: ignis autem poſtea iterum ſuccenſus fabrile opus, modo ut ante erat ſolitus alatur, juvare perſeverat.

ΚΕΦ. λ΄.

Περὶ Ἀλεκτρυόνων.

Ἀλεκτρυόνα εἴτε πριάμενος, εἴτε δῶρον λαβών, ἐς τὴν ἀγέλην τὴν ζεαυτοῦ καὶ τὰς ὄρνιθας τὰς ἠθάδας, ἐθέλοις ἀριθμεῖν καὶ ἔχειν, ἂν ἀπολύσεις ἅδε ἀφήσεις εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν αὐτόν· εἰ δὲ μὴ, φυγὰς παραχρῆμα οἰχήσεται ὡς τὰς οἰκείας, καὶ τὰς ζυννόμους, εἰ καὶ πάνυ πόρρωθεν εἴη ἔτος. Δεῖ δὲ ἄρα αὐτῷ φρυκτὰν περιβαλεῖν, καὶ δεσμὰ ἀφανῆ ὑπὲρ τὰ Ἡφαίστου τὰ Ὁμήρεια· καὶ ὅ γε λέγω τοιοῦτόν ἐστι. Τράπεζαν, ἐφ' ἧς ἐσθίεις εἰς μέσον καταθεὶς, καὶ τὸν ὄρνιθα λαβὼν, καὶ τρὶς αὐτὸν τὴν προειρημένην ζκηνὴν περιαγαγὼν, μέθες τὸ ἐντεῦθεν ἄφετον ἀλᾶσθαι ζὺν τοῖς ὄρνισι τοῖς οἰκέταις· ὁ δὲ ἂν ἀπαλάττεται, ὥσπερ ὂν πεπεδημένος.

ΚΕΦ. λά.

Περὶ Σαλαμάνδρας.

Ἡ Σαλαμάνδρα τὸ ζῶον ἂν ἔστι μὲν τῶν πυρὸς ἐγγόνων, ἅδε ἐξ αὐτοῦ τίκτεται, ὥσπερ οἱ καλούμενοι πυριγόνοι· θαῤῥεῖ δὲ αὐτῷ καὶ ἐγχωρεῖ τῇ φλογὶ ὁμόσε, καὶ ὡς ἀνύπαλόν τινα ζπεύδει καταγωνίσασθαι. Καὶ τούτου τὰ μαρτύρια παρὰ τοὺς βαναύσους καλινδεῖται, καὶ τοὺς χειρώνακτας τοὺς ἐμπύρους. Εἰς ὅσον μὲν ὧν ἐναχμάζει αὐτοῖς τὸ πῦρ, καὶ ζυνεργὸν τῇ τέχνῃ ἔχουσιν αὐτὸ, καὶ κοινωνὸν τῆς ζοφίας, ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ζώου ἅδε ἐν φρονλίζουσιν. Ὅταν δὲ τὸ μὲν ἀποσβεσθῇ, καὶ μαρανθῇ, μάτην δὲ αἱ φύσαι καταπνέωσιν, ἐνταῦθα ἤδη τὸ ζῶον τὸ εἰρημένον ἀνυπράττειν ζφίσιν ἴσασι καλῶς· ἀνιχνεύσαντες ὧν τὸ θηρίον καὶ τιμωρησάμενοι, τὸ πῦρ ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἐξάπτεται, καὶ ἔστιν εὐπειθὲς, καὶ ἀ ζβέννυται τῇ ζυνηθείᾳ τρεφόμενον.

CAP. XXXII.

De Cycnorum cantu.

CYCNVS, quem non ſolum poetae, ſed multi etiam ſolutae orationis ſcriptores, Apollinis miniſtrum faciunt, quid muſica vel cantu poſſit, non habeo quod affirmem; veteres tamen perſuaſum ſibi habuerunt, cycnea, ut appellant, modulatione decantata, mox eum exſpirare. Quod ſi ita eſt, liberalior in hanc avem natura, quam in homines bonos et honeſtos, fuerit, et quidem merito; nempe his laudem ac luctum a morte tribuunt alii, cycni vero ipſi ſeſe vel laude vel luctu moribundi proſequuntur.

CAP. XXXIII.

De Crocodilis.

DE crocodili tum adulti tum recens ab ovo excuſi magnitudine, item de ejus lingua et maxillae motu, utram ſcilicet utri admoveat, non pauci tradunt. Hoc etiam aliqui in hoc animante obſervarunt, totidem ab eo pari ova, quot etiam diebus ovis ſoleat inſtar avis incubare, donec ea excuderit. Scorpium e crocodilo mortuo naſci audio; eumque caudae aculeum habere veneno refertum perhibent.

CAP. XXXIV.

De Cinamomo ave.

EORVM, quae nunc adferentur, fides, ſive merentur eam, ſive minus, penes Indos eſto, quibus auctoribus haec ad nos fama dimanavit. Quanquam et Nicomachi filius cinamomi avis, ſuaviſſimo illi aromati cognominis, meminit, hanc Indi ad ſe eodem vocatum nomine cinamomum aroma adferre aiunt; ubi vero, aut quomodo id proveniat, hominum noſſe neminem.

CAP.

ΚΕΦ. λβ΄.

Περὶ τῆς τῶν Κύκνων ᾠδῆς.

Κύκνος, ὑπερῶν καὶ θεράποντα Ἀπόλλωνος ἔφησαν ποιηταὶ, καὶ λόγοι μέτρων ἀφειμένοι πολλοὶ, τὰ μὲν ἄλλα ὅπως μούσης τε καὶ ᾠδῆς ἔχει, εἰπεῖν οὐκ οἶδα· πεπίστευται δὲ ὑπὸ τῶν ἄνω τοῦ χρόνου, ὅτι τὸ κύκνειον ᾆσμα καλούμενον ᾄσας, εἶτα ἀποθνήσκει. Τιμᾷ ἄρα αὐτὸν ἡ φύσις, καὶ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνθρώπων μᾶλλον, καὶ εἰκότως· εἴγε τούτους μὲν καὶ ἐπαινοῦσι καὶ θρηνοῦσιν ἐκεῖνοι, ἄλλοι δὲ εἴτε τοῦτο θέλοις, εἴτε ἐκεῖνο, ἑαυτοῖς νέμουσιν.

ΚΕΦ. λγ΄.

Περὶ Κροκοδείλων.

Κροκόδειλος ὅπως ἔχει μεγέθους καὶ ὁ τέλειος καὶ ὁ ἐκγλυφεὶς πρῶτον, καὶ μέλοι καὶ γλώττης, ὅπως καὶ ἐπικινεῖ τὴν γένυν, καὶ πολέραν τῇ ἑτέρᾳ προσάγει, πολλοὶ λέγουσι. Καλέγνωσαν δὲ ἄρα τοῦ ζώου τοῦδε ἤδη τινὲς, ὅτι τίκτει μὲν τοσαῦτα ᾠά, ὅσαις ἂν δὲ ἡμέραις ἐπωάζουσιν ὄρνεις, εἶτα ὅταν ἐκγλύψῃ τὰ νεότκια. Ἤδη δὲ ἔγωγε ἤκουσα, ὁ κροκόδειλος ὅπως ἂν ἀποθάνῃ, σκορπίον ἐξ αὐτοῦ τίκτεσθαι· κέντρον δὲ ἄρα ὠραῖον αὐτὸν ἔχειν λέγουσιν, ἰοῦ πεπληρωμένον.

ΚΕΦ. λδ΄.

Περὶ τοῦ ὄρνιθος τοῦ καλουμένου Κιναμώμου.

Εἰ σαφῆ ταῦτα καὶ μὴ ἀμφίλογα, Ἰνδῶν λόγοι πειθέτωσαν· ἃ δὲ νῦν ἐρῶ, τῆς ἐκεῖθεν φήμης διακομιζούσης, ταῦτά ἐσιν. Ὁμώνυμον τῷ φυτῷ κινάμωμον ὄρνιν ἔγωγε τοῦ παιδὸς τοῦ Νικομάχου λέγοντος ἤκουσα· καὶ τὸν μὲν ὄρνιν κομίζειν ἐκεῖθεν τὸ φερώνυμον τοῦτο δὴ τὸ φυτὸν εἰς Ἰνδούς, εἰδέναι δὲ ἄρα τοὺς ἀνθρώπους, ὅπου γε καὶ ὅπως φύεται, οὐδέν. ΚΕΦ.

CAP. XXXV.

De Ibidum alvi dejectione.

AEGYPTII non ex aliquo humano invento clysteres et alvi dejectionem se didicisse, sed ibidem horum ad dejiciendas alvos usum eos docuisse praedicant; quomodo primum id conspicati edocti fuerint, ab alio discere poteris. Eandem, cum luna crescit atque decrescit, cognoscere audio; atque etiam victum sibi diminuere vel augere juxta deae istius decrementum vel incrementum, aliunde me percepisse non inficior.

CAP. XXXVI.

De aculeo Pastinacae piscis.

Ex omnibus bestiis infestissimo ac periculosissimo aculeo pastinaca marina praedita est: cujus rei testimonio est; si eum in arborem virentem et florentem infixeris, non cunctanter, nec aliquanto tempore post, sed potius e vestigio exsiccatur; et si eo summam animalium cutem raseris, pereunt.

CAP. XXXVII.

De Mure araneo.

MVS araneus, animal et ipse naturae e materia opus, quomodocunque aliter oberret, vivere potest, et amicam se ei praebet natura, nisi alius quispiam casus supervenerit, quo intereat; at si in orbitam inciderit, veluti vinculo quodam caeco tenetur, ac perit. Adversus morsum etiam ab eo inflictum remedio est arena ex rotarum transitu sumpta, quae vulneri illita illico sanat.

CAP.

ΚΕΦ. λέ.

Περὶ τῆς τῶν Ἴβεων καθάρσεως.

Αἰγύπτιοι κλύσμαλα ϗ κάθαρσιν γαστρὸς ἀπ' ἔκ τινος ἐπινοίας ἀνθρωπίνης λέγουσι μαθεῖν, διδάσκαλον δὲ ζῴοισι τοῦ ἰάματος τοῦδε τὴν ἶβιν ἄδουσι· ϗ ὅπως ἐξεπαίδευσε τὸς πρώτους ἰδόντας, ἐρεῖ ἄλλος. Σελήνης δὲ αὔξησιν ϗ μείωσιν ὅτι οἶδε, ϗ τοῦτο ἤκουσα· ϗ ὅτι τὴν τροφὴν ἑαυτῇ ὑφαιρεῖ ϗ προσίθησι καλὰ τὴν τῆς θεοῦ ϗ λῆξιν ϗ πρόσθεσιν, πυθέσθαί ποθεν οὐκ εἰμὶ ἔξαρνος.

ΚΕΦ. λϛ.

Περὶ τοῦ τῆς Τρυγόνος κέντρου.

Κέντρον πικρόταλον ϗ κίνδυνον φέρον ἀπάντων μᾶλλον ἢ τρυγὼν ἡ ἀπ' τῆς θαλάττης ἔχει· ϗ τὸ μαστύριον. Εἰ μὲν εἰς δένδρον τεθηλὸς ϗ εὖ μάλα ἀναθέον ἐμπήξαις αὐτὸ, ὅτε εἰς ἀναβολὰς, ὅτε χρόνῳ ὕστερον, ἄλλ' αὖον ἤδη τὸ δένδρον· εἰ δέ τι τῶν ζώων ἀμύξαις, ἀπέκτεινας.

ΚΕΦ. λζ'.

Περὶ Μυγαλῆς.

Ἡ Μυγαλὴ, ϗ γὰρ τοῦτο ποίημα ὕλης, εἰς ὅσον μὲν τὴν ἄλλως προεῖσι, πέπλασαι ζῆν ἔχει, ϗ ἐσπείσαλο αὐτῇ ἡ φύσις, ἐάν γε μὴ ἄλλῃ τινὶ τύχῃ καλαληφθῇ ϗ ἀπόληται· ἐὰν δὲ εἰς ἁρμαλοτροχίαν ἐμπέσῃ, οἱονεὶ πέδῃ καλείληπται, ϗ μάλα ἀφανεῖ, ϗ τέθνηκε. Δηχθέντι δὲ ὑπὸ μυγαλῆς φάρμακον ἐκεῖνο, ἐκ τῆς τῶν τροχῶν διαδρομῆς ἡ ψάμμος ἀρθεῖσα ἐπεπλάσθη τῷ δήγματι, ϗ ἔσωσε παραχρῆμα.

CAP. XXXVIII.

De Ibide.

HAEC etiam de Aegyptia ibide audivi. Lunae ſacra eſt; totidem ſcilicet diebus ova excudit, quot illa et creſcit et decreſcit; extra Aegyptum nunquam progreditur. Cujus rei cauſa eſt, quod Aegyptus omnium regionum, et luna errantium ſtellarum maxime humidae eſſe creduntur. Ibis ſponte ex Aegypto non diſcedit; et ſi quis vi atque impetu eam ex Aegypto abducat, illa quidem ex inſidiatore ultionem capit, irritum ejuſdem conatum reddens; mortem enim ſibi inedia conſciſcens, inane id conantis ſtudium eſſe oſtendit. Graditur autem tardo gradu, et inſtar virginis; nec eam ocyus quiſpiam ingredi videat, quam pedetentim. Ibides nigrae angues volucres ex Arabia Aegyptios fines ingredi prohibent, pro terra ſibi amica propugnantes. Aliae vero ibides ex Aethiopia Nili alluvionibus ſerpentes Aegyptum appetentes conficiunt, iis obviam euntes. Quid alioqui prohiberet Aegyptios ex adventu ſerpentium perire?

CAP. XXXIX.

De Aquilis.

GENVS quoddam aquilarum ab aliis chryſaëton, ab aliis ſtellare vocari audio; raro autem apparet. Ariſtoteles ait ejus generis aquilam venari hinnulos, lepores, grues, atque anſeres e cohorte. Maximam aquilarum eam eſſe credunt, aiuntque eam in Creta in tauros adſidue impetum facere, quod hunc in modum enarrant: Quum taurus inclinato capite paſcitur, aquila in collum ipſius involans, roſtro ipſum crebris et atrocibus plagis lacerat, qui proinde

ΚΕΦ. λή.

Περὶ Ἴβεως.

Καὶ ταῦτα δὲ ὑπὲρ τῆς Αἰγυπλίας ἴβεως προσαπήκαα. Ἱερὰ τῆς Ϛελήνης ἡ ὄρνις ἐσί· τοσούτων ἂν ἡμερῶν τὰ ὠὰ ἐκγλύφει, ὅσων ἡ θεὸς αὔξει τε καὶ λήγει· τῆς δὲ Αἰγύπλε ἔπολε ἀποδημεῖ. Τὸ δὲ αἴτιον, κολιωλάτη χωρῶν ἁπασῶν Αἴγυπλός ἐσι, καὶ ἡ Ϛελήνη δὲ κολιωλάτη τῶν πλανωμένων ἄςρων πεπίσευλαι. Ἐκοῦσα μὲν οὖν οὐκ ἂν ἀποδημῆσαι ἡ ἴβις· εἰ δέ τις ἐπιθέμενος αὐτῇ καλὰ τὸ καρλερὸν ἐξαγάγοι, ἥδε ἀμύνελαι τὸν ἐπιβελεύσανλα, εἰς ὄδὸν αὐτῷ τὴν Ϛρεβὴν προσβαγοῦσα· ἑαυλὴν γὰρ ἀποκλείνει λιμῷ, καὶ ἀνόκηλον τὴν προθυμίαν ἀποφαίνει τῷ προηρημένῳ. Βαδίζει δὲ ἡσυχῇ καὶ κορικῶς, καὶ οὐκ ἂν αὐτὴν θᾶτλον ἢ βάδην προϊοῦσαν θεάσαιλό τις. Καὶ τούτων αἱ μέλαιναι τοὺς πλερωλοὺς ὄφεις ἐξ Ἀραβίας εἰς Αἴγυπλον παρελθεῖν οὐκ ἐπιτρέπουσι, τῆς γῆς τῆς φίλης προπολεμοῦσαι. Αἱ δὲ ἕτεραι τοὺς ἐξ Αἰθιοπίας καλὰ τὴν τοῦ Νείλου ἐπίκλυσιν ἀφικνουμένους ἀπανλῶσαι διαφθείρουσιν. Ἢ τί ἂν ἐκώλυσε διὰ τῆς ἐκείνων ἐπιδημίας τοὺς Αἰγυπλίους ἀπολωλέναι;

ΚΕΦ. λθ'.

Περὶ Αἰετῶν.

Ἀκούω δέ τι καὶ γένος αἰετῶν, καὶ ὄνομα αὐτῶν χρυσαίελον ἔθενλο, ἄλλοι δὲ ἀϊσερίαν τὸν αὐτὸν καλοῦσιν· ὁρᾶται δὲ οὐ πολλάκις· Λέγει δὲ Ἀριςοτέλης αὐτὸν θηρᾶν καὶ νεβρούς, καὶ λαγωούς, καὶ γεράνους, καὶ χῆνας ἐξ αὐλῆς. Μέγιςος δὲ αἰελῶν εἶναι πεπίσευλαι, καὶ λέγουσί γε εἰς τοὺς Κρῆτας καὶ τοῖς ταύροις ἐπιτίθεσθαι αὐτὸν καλὰ τὸ καρλερὸν, καὶ περιηγῆσθαι τὸ ἔργον τὸν τρόπον τοῦτον· Ὁ μὲν κεκυφὼς κάτω νέμελαι ὁ ταῦρος· ὁ δὲ αἰελὸς ἐπὶ τῷ τένονλι τοῦ ζώου καθίσας ἑαυλὸν, παίει τῷ ϛόμαλι ϛυνεχέσι τε καὶ καρλεραῖς ταῖς πληγαῖς· ὁ δὲ ὥσπερ

proinde tanquam oeſtro actus incenditur, quaque pedes ferunt, fugere occeptat. Et quamdiu quidem per plana fertur, aquila ſe quietam tenet, atque illum obſervans ſupervolat; cum autem taurum praecipitio proximum videt, alis in orbem actis, et ob oculos ejus expanſis, conſpectum eorum, quae ante pedes ſunt, illi eripit, et, ut ſumma vi in illa praeceps agatur, efficit; deinde iſtum invadens, ventrem ejus diſrumpit, et praeda facile ad lubitum potitur. Alienam praedam humi ſtratam non tangit, ſed ſuo labore partis oblectatur, neque ſocium ſui laboris admittit; poſtquam vero exſaturata eſt, tetrum anhelitum et peſſime olentem ſpirans, reliquias praedae inutiles aliis relinquit. Aliae etiam ab aliis ſemotae nidificant, ne ob venationem contendere, et moleſtia adfectae ſaepe invicem iſtam reponere cogerentur.

CAP. XL.

De Aquilae amore erga ſuos nutritores.

GENVS aquilarum etiam in nutritores ſuos admirabilem caritatem retinet; cujus rei exemplum eſt aquila Pyrrhi, quam ab omni cibo ſe prorſus abſtinentem mortuo domino ſuo immortuam fuiſſe ferunt. Quod idem alumna viri privati feciſſe dicitur, ſeſe nimirum in medios rogos, cum dominus cremaretur, immiſiſſe: ſunt qui dicant non viri, ſed mulieris, alumnam fuiſſe. Ex omnibus animalibus maximo ſtudio in foetus ſuos exſiſtit: ſi quem ad eos accedentem conſpexerit, eum impunitum non dimittit, ſed alis verberat, et unguibus lacerat modice poenam ei infligens; nam roſtro non laniat.

οἰσρηθεὶς ἐξάπελαι, ϗ ἢ ποδῶν ἔχει φυγῆς ἄρχελαι. Καὶ ἕως μέν ἐσιν εὐήλαλα, ὁ αἰέλὸς ἥσυχός ἐσι, ϗ ἐπιπολᾶται παραφυλάτλων· ὅταν δὲ τὸν ταῦρον θεάσηλαι πλησίον κρημνῷ γεγενημένον, κυκλώσας τὰ πέρὰ, ϗ ὑπερλείνας αὐτῷ τῶν ὀφθαλμῶν, ἐποίησε τὰ ἐν ποσὶ μὴ προειδόμενον καλενεχθῆναι βιαιόταλα· εἶτα ἐμπεσὼν ϗ ἀναῤῥήξας τὴν γασέρα, ῥᾳδίως χρῆται τῇ ἄγρᾳ, ἐς ὅσον ἐθέλει. Θήρας δὲ ἀλλοίρίας ἐχ ἅπελαι κειμένης, ἀλλὰ χαίρει τοῖς ἑαυλῷ πόνοις, κοινωνίαν τε τὴν πρὸς ἄλλον ἥκισα ἐνδέχελαι· κορεσθεὶς δὲ, εἶτα τῷ λοιπῷ πονηρὸν ἆσθμα ϗ δυσωδέσαλον καλαπνεύσας, ἄβρωλα τοῖς ἄλλοις τὰ λείψανα ἐᾷ.. Καὶ μέντοι ϗ ἀλλήλων ἀπωκισμένας οἰκῶσι καλιὰς, ὑπὲρ τῷ μὴ διαφέρεσθαι ὑπὲρ θήρας, ϗ λυπεμένως λυπεῖν πολλάκις.

ΚΕΦ. μ΄.

Περὶ τῆς τῶν Αἰετῶν σοργῆς.

Ἦν ἄρα γένος αἰελῶν ϗ πρὸς τὰς τρέφονλας φιλόσοργον, ὡσπερῶν ϗ ὁ τῷ Πύῤῥῳ τοῦτον τόι φασι ϗ ἐναποθανεῖν τῷ δεσπότῃ τροφῆς ἀποσάντα. Ἤδη δὲ ϗ ἀνδρὸς ἰδιώτου αἰετὸς τρόφιμος, καιομένου τῷ δεσπότου, εἰς τὴν πυρὰν ἑαυτὸν ἐνέβαλεν· οἱ δὲ ὐκ ἀνδρὸς, ἀλλὰ γυναικὸς, τὸ θρέμμα εἶναί φασι. Καὶ ζηλοτυπώτατον δὲ ἦν ζῶον αἰετὸς πρὸς τὰ νεόττια· ἐὰν γῶν θεάσηταί τινα προσιόντα, ἀπελθεῖν ἀτιμώρητον ὐκ ἐπιτρέπει, παίει γὰρ τοῖς πτεροῖς αὐτὸν, ϗ τοῖς ὄνυξι λυμαίνεται, ϗ ἐπιτίθησίν οἱ πεφεισμένως τὴν δίκην· ὐ γὰρ χρῆται τῷ σόματι.

ΚΕΦ.

CAP. XLI.
De Mullis.

MVLLVS marinorum piſcium voraciſſimus eſt, et in devorandis omnibus ſibi obviis indubie immodicus. Horum nonnulli aſpratiles vocantur, nomen trahentes a locis, quae minuta et tenuia ſaxa habent, et crebras inter haec algas, atque ubi limus et arena ſubſidit. Mullus hominum et piſcium cadaveribus veſcitur, et ſordidiſſimis ac male olentibus valde delectatur.

CAP. XLII.
De Accipitribus.

ACCIPITRES non minus quam aquilae ad aucupandum habiles, neque magnitudine aquilis inferiores, de avibus longe hominum ſtudioſiſſimi manſuetiſſimique habentur. Eos in Thracia auditione accepi ad hanc rationem cum hominibus per paludes ſocietatem aucupandi coire: homines expanſis retibus quieſcere, accipitres autem ſupervolantes exterrere aves, ac intra retium ambitum compellere: Thraces ſi quas ceperint aves, cum accipitribus partiri, eoſque tum ad aucupii ſocietatem fidos habere; ſin cum his earum partem, quas ceperint, avium non communicaverint, aucupii ſociis privari. Iuſtae magnitudinis accipiter et integrae aetatis cum vulpibus pugnat, et ſaepenumero contra aquilas, et vultures. A cordibus tanquam ſacro quodam initiatus abſtinet accipiter: idem hominem mortuum videns, ut aiunt, ſemper in inhumatum terram injicit: idque cum Solon, ſicut Athenienſes, facere non inſtituit. Quod ſi corpus attigerit, jejunus manet, neque ſi unus tantum aquam in ſulcum derivat, aquam guſtat; quod ſane exiſtimet illi unico homini incommodare, ſua nimirum potione aquam ex illius uſu auferens: ſin plures homines irrigant, videns affluentis aquae copiam, eam veluti potionem ſibi ab ipſis oblatam libenter bibit.

CAP.

ΚΕΦ. μά.

Περὶ Τριγλῶν.

Ἔστι δὲ θαλασσίων ζώων τρίγλη λιχνόταλον, ϗ εἰς τὰ ἀπογεύσασθαι πανὸς τὸ παραλυχόνος ἀναμφιλόγως ἀφειδέσταλον. Καί τινες καλοῦνται λεπρώδεις αὐτῶν, ϛπάσασαι τὸ ὄνομα ἐκ τῶν χωρίων, ἅπερ ἂν πέτρας ἔχει λεπτάς τε ϗ ἀραιὰς, ϗ φυκία μέσα τούτων δασέα, καί πω ϗ ὑποκάθηται πηλὸς ἢ ψάμμος. Φάγοι δ' ἂν τρίγλη ϗ ἀνθρώπε νεκρὸν ϗ ἰχθύος, φιληδοῦσι δὲ μᾶλλον τοῖς μεμιασμένοις ϗ κακόσμοις.

ΚΕΦ. μϐ.

Περὶ Ἱεράκων.

Θηρᾶσαι ϗ μάλα γε ἱκανοὶ, ϗ ἀδέν τι μεῖον τῶν αἰετῶν, ἱέρακές εἰσιν, ἡμερώταλοι δὲ ὀρνίθων πτεφύκασι, ϗ φιλανθρωπόταλοι, τὸ μέγεθος αἰετῶν ὐκ ὄντες ὀλιγώτεροι. Ἀκούω δὲ ὅτι ἐν τῇ Θρᾴκῃ ϗ ἀνθρώποις εἰσὶ ξύνθηροι ἐν ταῖς ἐλείαις ἄγραις, ϗ ὁ τρόπος· Οἱ μὲν ἄνθρωποι τὰ δίκτυα ἁπλώσανλες ἡσυχάζουσιν, οἱ δὲ ἱέρακες ὑπερπελόμενοι ϗ φοβοῦσι τοὺς ὄρνεις, ϗ ξυνωθοῦσιν εἰς τὰς τῶν δικτύων περιβολάς· τῶν ὧν ἠρημένων οἱ Θρᾷκες μέρος ἀποκρίνουσι ϗ ἐκείνοις, ϗ ἔχουσι αὐτοὺς πιστοὺς, μὴ δράσανλες δὲ τοῦτο ἑαυλοὺς τῶν ξυμμάχων ἐξέρησαν. Μάχελαι δὲ ὁ τέλειος ἱέραξ ϗ πρὸς ἀλώπεκα, ϗ πρὸς ἀετὸν, ϗ γυπὶ μάχελαι πολλάκις. Καρδίαν δὲ ἔκ ἂν φάγοι πολὲ ἱέραξ, τελεσικὸν δήπε δρῶν ϗ μυσικὸν ἐκεῖνος τοῦτο. Νεκρὸν δὲ ἄνθρωπον ἱέραξ ἰδὼν, ὡς λόγος, πάνλως ἐπιβάλλει γῆς τῷ ἀτάφῳ· ϗ τοῦτο μὲν ἃ κελεύει αὐτῷ ὁ Σόλων, ὡς Ἀθηναίους ἐπαίδευσε δρᾶν. Εἰ δὲ ξώμαλος ἅψελαι, μένει ἄγευσος ϗ πολῦ, ἐὰν εἰς αὔλακα ἐποχελεύει εἷς ἄνθρωπος· πεπίσευκε γὰρ αὐτὸν πονέμενον ζημιῶν, ὑφαιρέμενος ἐκ τῆς ἐκείνε χρείας ὕδωρ· εἰ δὲ πλείους ἐπάρδοιεν, ἀφθονίαν τε ῥεύμαλος ὁρῶν, ὡς φιλοπσίας τινὸς ἐξ αὐτῶν μελαμβάνει, ϗ πίνει ἡδέως.

ΚΕΦ.

CAP. XLIII.

Iterum de Accipitribus.

ACCIPITRVM genus, quod nominatur cenchris, nulla eget potione; eſt et alterum genus, montanum cognominant; utrumque ardenti in feminas amore inflammatur, moreque hominum perdite amantium ab eas ſectando non deſiſtit. Si quo clam femina abſceſſerit, ex eo maximum capit dolorem, et clangorem fundit, eique ſimilis eſt, qui vehementi amoris oeſtro adfligitur. Cum ex oculis laborant accipitres, illico ad ſaepes volant, et ſylvaticam lactucam evellunt, ejuſque acerbum et acrem ſuccum expreſſum ſuis oculis inſtillant, et hoc pacto ſanitati reſtituuntur. Hoc etiam remedio, quod ab avibus nomen traxit, medicos uti adverſus dolores oculorum dicuntur; neque homines diſcipulos avium audire recuſant, ſed id ipſum profitentur. Sacrilegum olim Delphis, cum in eum incurriſſet accipiter, ejus caput convellens indicavit. Item nothi accipitres eſſe creduntur, ſi conferantur generi aquilarum. Ineunte vere Aegyptii accipitres deligunt ex omnibus duos ablegandos ad ſpeculandas inſulas quaſdam deſertas, quae Libyae adjacent; illi autem ubi reverterint, alios volando praeeunt. Interea Aegyptii pro peregrinatione illorum in Libyam feſtum agunt, nihil enim ab eis laeduntur. Cum ad eas inſulas pervenerunt, quas illi duo ſpeculati commodiores prae ceteris ſibi judicarunt; hic in multa quiete et tranquillitate pariunt, et excudunt, paſſereſque et columbas venantur, pulloſque lārge alunt; deindeque firmos ad volandum in Aegyptum abducunt, ad loca ubi nutriti fuerant, tanquam ad patrias ſedes.

ΚΕΦ. μγ'.

Περὶ Ἱεράκων καὶ ἁλίων.

Ἔστι φῦλον ἱεράκων, καὶ καλεῖται κερχνῆς, καὶ σφῶν δέεται οὐδέν· ὀρείτης δὲ γένος ἄλλο αὐτῶν· καὶ ἕκαστός ἐστι δεινῶς φιλόθηλυς, καὶ ἕπεται καθὰ τὰς δυσέρωτας, οὐδὲ ἀπολείπεται. Εἰ δὲ ἡ γυνὴ ἀπέλθοι σφῶν παραλαθοῦσα, ὅδε ὑπεραλγεῖ, καὶ βοᾷ, καὶ ἔοικε λυπουμένῳ ἐρωτικῶς εὖ μάλα. Καμώνυχες δὲ τὴν ὄψιν ἱέρακες, εὐθὺ τῶν αἱμασιῶν ἵασι, καὶ τὴν ἀγρίαν θριδακίνην ἀνασπῶσι, καὶ τὸν ὀπὸν αὐτῆς σμικρὸν ὄντα καὶ δριμὺν ὑπὲρ τῶν ὀφθαλμῶν αἰωροῦσι τῶν ζφελέρων, καὶ λειβόμενον δέχονται, καὶ τοῦτο αὐτοῖς ὑγίειαν ἐργάζεται. Λέγουσι δὲ καὶ τοὺς ἰατροὺς χρῆσθαι τῷδε τῷ φαρμάκῳ ἐς τὴν χρείαν τῶν καμώνυχων τὴν αὐγήν, καὶ ἐκ τῶν ὀρνίθων ἡ ἴασις κέκληται· καὶ ὅκ ἀρνοῦνται μαθηταὶ ἀκόντες ὀρνίθων οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ὁμολογοῦσι. Λέγεται δὲ καὶ θεοσύλην ἐν Δελφοῖς ἐλέγξαί ποτε ἱέραξ, ἐμπίπτων τε αὐτῷ, καὶ παίων τὴν κεφαλήν. Πιστεύονται δὲ εἶναι ἱέρακες καὶ νόθοι, ἀναχριθέντες πρὸς τὰς τῶν ἀετῶν φυλάς. Ἦρος δὲ ἀρχομένου οἱ ἐν Αἰγύπτῳ τῶν ἀπάντων δύο προαιροῦνται, καὶ ἀποστέλλουσι κατασκεψομένους νήσους τινὰς ἐρήμους, ὁσαιπερῶν τῆς Λιβύης πρόκεινται· εἶτα ὑποστρέφουσιν ὅτοι, καὶ ἡγοῦνται τῆς πλήσεως τοῖς ἄλλοις. Οἱ δὲ ἑκόντες ἑορτὴν ὑπὲρ τῆς ἀποδημίας τῆς ἐν Λιβύῃ παρέχουσι, ζίνονται γὰρ οὐδέν. Παρελθόντες δὲ ἐς τὰς νήσους, ἃς οἱ πρῶτοι θεασάμενοι τῶν ἄλλων ἐπιτηδειοτέρας ζφίσιν ἔκριναν, ἐνταῦθα κατὰ πολλὴν τὴν γαλήνην τε καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀποτίκτουσι, καὶ ἐκγλύφουσι καὶ θηρῶνται σκυθρὸς καὶ πελειάδας, καὶ τοὺς νεοττοὺς ἐν ἀφθόγοις ἐκτρέφουσιν· εἶτα ἤδη παγέντας καὶ ἐκπετησίμους γεγενημένους παραλαβόντες εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀπάγουσιν, ὡσπερῶν εἰς τὰ οἰκεῖα πατρῷα, τὰς ἐν τοῖς ζυντρόφοις χωρίοις διατριβάς.

CAP. XLIV.

De piſcibus, quos Iulides vocant.

IVLIDES piſces ſaxatiles ſunt, quibus os veneni refertum eſt; quemcunque piſcem deguſtarunt, inhabilem ad edendum efficiunt. Piſcatores cum ſquillam, quam media ex parte iulides exederant, cepiſſent, inopia preſſi, et reputantes capturam haud vendibilem fore, poſtquam eam deguſtaverant, alvorum cruciatibus et tormentis adficiebantur. In piſcatu urinatores et natatores etiam offendunt, ac re vera ut terrenae muſcae frequentes eos invadunt, et morſu affligunt; haſque repellere neceſſe eſt, aut ab eis demorſus cruciabitur; in iis vero repulſandis totus urinandi et natandi labor perit.

CAP. XLV.

De Lepore marino.

LEPVS marinus comeſtus mortem ſaepe infert; aut, ſi nihil aliud, ventrem acerrimis doloribus torquet. In coeno enim gignitur, et ſaepe una cum apuis capitur: ſpecie cochleae tegmine carentis cernitur.

CAP. XLVI.

De Vulturibus.

VVLTVR humanum cadaver infeſtat, et tanquam in hoſtem incurrens vorat, atque hominem morti vicinum obſervat. Peregrinos etiam proficiſcentes exercitus ſequuntur vultures praeſenſione quadam, quippe qui noverint eos ad bellum proficiſci, et ſciant, omne praelium ſtragem edere. Vulturem autem marem nunquam exſtitiſſe aiunt, verum omnes eſſe feminas; cujus rei hae volucres non ignarae, et pullorum inopiam timentes, ad gignendos pullos talia machinantur: Advérſae auſtro volant: ſi vero auſter

non

ΚΕΦ. μδ'.

Περὶ τῶν ἰχθύων, ὃς καλοῦσιν Ἰουλίδας.

Αἱ ἰουλίδες ἰχθῦς εἰσι τετραις ἔνυροφοι, καὶ ἔχουσιν ἰοῦ τὸ σόμα ἔμπλεων, καὶ ὅτου ἂν ἰχθύος ἀπογεύσωνται, ἄβρωτον ἀπέφηναν αὐτόν. Ἤδη δὲ καὶ οἱ ἁλιεῖς ἡμιβρώτῳ καρίδι περιτυχόντες, καὶ ἑαυτῶν ὑπὸ πενίας ἀξιώσαντες τὸ θήραμα ἄπρατον ὂν, εἰ ἀπογεύσαιντο αὐτοῦ, κλονοῦνται τὴν γαστέρα καὶ στρέφονται. Λυποῦσι δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ὑδροθηρίαις ὑποδυομένους τε καὶ νηχομένους, πολλαὶ καὶ δηλιναὶ προσπίπτουσαι, ὡς αὐτόχρημα ἐπὶ τῆς γῆς αἱ μῦαι· καὶ δεῖ ζοβεῖν αὐτὰς, ἢ κολάζεσθαι ἐσθιόμενον· ζοβοῦνται δὲ καὶ ἐκ τῆς ἀσχολίας ἀπόλωλε τὸ ἔργον.

ΚΕΦ. με.

Περὶ τοῦ θαλατίου λαγοῦ.

Λαγὼς δὲ θαλάττιος βρωθεὶς καὶ θάναλον ἤνεγκε πολλάκις, πάντως δὲ τὴν γαστέρα ὠδύνησε. Τίκτεται γὰρ ἐν πηλῷ, καὶ ἐκ ὀλιγάκις δὲ ταῖς ἀφύαις ζυναλίσκεται· εἴη δ' ἂν καθὰ τὸν κοχλίαν τὸν γυμνὸν τὸ εἶδος.

ΚΕΦ. μς'.

Περὶ Γυπῶν.

ΓΥΨ νεκρῷ πολέμιος, ἐσθίει γῆν ἐμπεσὼν ὡς ἐχθρὸν, καὶ φυλάσσει τεθνηξόμενον. Καὶ μέντοι καὶ ταῖς ἐκδήμοις στρατιαῖς ἕπονται γῦπες, καὶ μάλα μαντικῶς ὅτι γε εἰς πόλεμον χωροῦσιν εἰδότες, καὶ ὅτι μάχη πᾶσα ἐργάζεται νεκροὺς, καὶ τοῦτο ἐγνωκότες. Γῦπα δὲ ἄῤῥενα ὅ φασι γενέσθαι πολε, ἀλλὰ θηλείας ἁπάσας· ὅπερ ἐπισάμενα τὰ ζῶα, καὶ ἐρημίαν τέκνων δεδιότα, εἰς ἐπιγονὴν τέκνων τοιαῦτα δρᾷ· Ἀνίπτεροι τῷ νότῳ πέτονται· εἰ δὲ μὴ ἦ νότος, τῷ εὔρῳ κεχήνασι,

non ſpirat, ad eurum oris hiatu ſe pandunt, et ventus eas foetas reddit, et poſt tres annos pariunt. Vulturem quoque nidum contexere negant; aegypios vero, qui inter vultures et aquilas medii ſunt, et mares eſſe, et colore nigros; quorum nidos reperiri audio. Vultures etiam ova non excudere intellexi, ſed pullos parere, qui ſtatim a partu ſunt volucres; quod ipſum etiam audivi.

CAP. XLVII.

De Milvis.

MILVI rapinis prorſus immodici ſunt, et, ſi neceſſitas urgeat, fruſta carnis macello empta, ſi ea auferre poſſint, invadentes rapiunt; ea vero, quae Iovi ſacrificata fuerint, nunquam attingunt. Harpa avis montana impetens animantium oculos effodit.

CAP. XLVIII.

De Corvis Aegyptiis et Libycis.

AEGYPTII corvi, Nilum accolentes, navigantibus quaſi ſupplices primum eſſe videntur, accipere quippiam flagitantes; quod ſi quid eis detur, nihil moleſti amplius ſunt: ſin autem horum, quae poſtularint, nihil impetraverint, collecti in navis roſtro inſidentes funes arrodunt, ac vincula conſcindunt. Corvi Libyci, quando homines ſitis metu de aqua ſibi proſpicientes, vaſa ſua ea complent, eaque in tectis poſita aeri permittunt, quo aqua incorrupta conſervetur; tum illi roſtrum, quoad ejus poſſunt, in vaſa immittentes potant; quum vero aqua defecit, calculos ore et unguibus apportant, atque in vas injiciunt; iique ob pondus ſuum in fundum detruduntur, et ſubſidunt; aqua autem compreſſa ſurſum fertur; et ſic corvi commode bibunt, arcano naturae inſtinctu edocti unum locum duo corpora capere non poſſe.

CAP.

καὶ τὸ πνεῦμα εἰσρέον πληροῖ αὐτὰς, καὶ κύουσι τριῶν ἐτῶν. Λέγουσι δὲ νεοττιὰν μὴ ὑποπλέκειν γῦπα· τὰς δὲ αἰγυπιὰς ἐν μεθορίῳ γυπῶν ὄντας καὶ αἰετῶν, εἶναι καὶ ἄῤῥενας, καὶ τὴν χρόαν πεφυκέναι μέλανας· καὶ τούτων μὲν ἀκούω καὶ νεοττιὰς δείκνυσθαι. Γῦπας δὲ μὴ ὠὰ τίκτειν πέπυσμαι, νεοττοὺς δὲ ὠδίνειν, καὶ ὡς ἀπὸ γενεᾶς καλάπτεροί εἰσι· καὶ τοῦτο ἤκουσα.

ΚΕΦ. μζ'.

Περὶ Ἰκτίνων.

ΙΚτῖνες εἰς ἁρπαγὴν ἀφειδέσταοι· οἱ δὲ, εἰ δέοι, τῶν μὲν ἐξ ἀγορᾶς ἐμπολητθέντων κρεαδίων, ἐὰν γένωνται κρείττους, ἥρπασαν προσπεσόντες· τῶν δὲ ἐκ τῆς τοῦ Διὸς ἱερουργίας, οὐκ ἂν προσάψαιντο. Ἡ δὲ ὄρειος ἅρπη τῶν ὀρνίθων προσπεσοῦσα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαρπάζει.

ΚΕΦ. μή.

Περὶ Κοράκων Αἰγυπτίων καὶ Λιβύων.

ΚΟρακες Αἰγύπτιοι, ὅσοι τῷ Νείλῳ προσδιαιτῶνται, τῶν πτεόντων τὰ πρῶτα ἐοίκασιν ἱκέται εἶναι, λαβεῖν τι αἰτοῦντες, καὶ λαβόντες μὲν, ἡσυχάζουσιν· ἀτυχήσαντες δὲ ὧν ἤτουν, Συμπέτονται, καὶ ἑαυτοὺς καθίσαντες ἐπὶ τὸ κέρας τῆς νεὼς, τῶν Σχοίνων ἐσθίουσί τε καὶ διαλέμνουσι τὰ ἄμματα. Λίβυες δὲ κόρακες, ὅταν οἱ ἄνθρωποι φόβῳ δίψους ὑδρευσάμενοι πληρώσωσι τὰ ἀγγεῖα ὕδατος, καὶ καλὰ τῶν σκευῶν θέντες ἐάσωσι τῷ ἀέρι τὸ ὕδωρ φυλάττειν ἄσηπτον, ἐνταῦθα, εἰς ὅσον μὲν αὐτοῖς τὰ ῥάμφη κάτεισιν, ἐγκύπτοντες χρῶνται τῷ πότῳ· ὅταν δὲ ὑπολήξῃ, ψήφους κομίζουσι καὶ τῷ στόματι καὶ τοῖς ὄνυξι, καὶ ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν κέραμον· καὶ αἱ μὲν ἐκ τοῦ βάρους ὠθοῦνται, καὶ ὑφιζάνουσι, τό γε μὴν ὕδωρ θλιβόμενον ἀναπλεῖ· καὶ πίνουσιν εὖ μάλα εὐμηχάνως οἱ κόρακες, εἰδότες φύσει τινὶ ἀποῤῥήτῳ δύο Σώματα μίαν χώραν μὴ δέχεσθαι.

ΚΕΦ.

CAP. XLIX.

Iterum de Corvis.

ARISTOTELES ait corvos diſcrimen terrae, quae ferax, quaeque ſterilis ſit, noviſſe, et in feracem gregatim et magno numero ferri, in ſterilem autem et infoecundam binos. Pullos ſuos enutritos inſectantur, eoſque ex nido ſuo unuſquiſque expellit; quamobrem pulli eſcam quaerunt, genitoreſque ſuos minime alunt.

CAP. L.

Quinam Piſces venenati ſint.

EX piſcibus pungendo venenum emittunt, nec tamen mortem inferentes, gobius, draco, et hirundo; paſtinaca vero radio illico occidit. Leonides Byzantius refert, hominem piſcium naturae et differentiae ignarum, quum e reti paſtinacam ſurripuiſſet, eamque infelix paſſerem eſſe opinaretur, in ſinum conjeciſſe, eoque pacto, ut lateret, abiviſſe, tanquam ſi rem pretioſam inveniſſet, et lucroſum ſibi in venditionem furtum feciſſet; illam autem compreſſam, prae dolore, immiſſo aculeo, hominem rupiſſe, miſerique furis viſcera effudiſſe; et ſic cum paſtinaca iſtum mortuum jacuiſſe, maifeſtum indicem eorum, quae ignarus perpetraverat.

CAP. LI.

De Corvorum audacia.

CORVVM de audacia aquilis nihil concedere diceres. Iſte enim non adverſus puſilla animalia dimicat, verum adverſus aſinum et taurum, in quorum cervicibus conſidens, eoſdem percutit, et multorum oculos effodit. Pugnat etiam cum aeſalone

ΚΕΦ. μθ'.

Ἔτι περὶ Κοράκων.

Λέγει Ἀριστέλης εἰδέναι τὰς κόρακας διαφορὰν τῆς εὐδαίμονός τε καὶ λυπρᾶς, καὶ ἐν μὲν τῇ ταμφόρῳ τε καὶ πολυφόρῳ καλά τε ἀγέλας καὶ πλήθη φέρεσθαι, ἐν δὲ τῇ ἀγόνῳ καὶ σερίφῃ καλὰ δύο. Τὰς γε μὴν νεοτλὰς τὰς ἐκλραφέλας διώκασι, καὶ τῆς ἑαυλῶν ἕκασος καλιᾶς φυγάδας ἀποφαίνασιν· ὑπὲρ ὅτα τροφὰς μασεύασι, καὶ τὰς γειναμένας Cφᾶς μὴ ἐκτρέφασι.

ΚΕΦ. ν'.

Τίνες τῶν Ἰχθύων ἰὸν ἔχασιν.

Πονύξανλες ἰὸν ἀφιᾶσιν ἰχθύων κωβιὸς, καὶ δράκων, καὶ χελιδὼν, ἃ μὴν εἰς θάναλον· ἡ τρυγὼν δὲ ἀποκλείνει παραχρῆμα τῷ κέν̣ρῳ, Καὶ λέγει γε Λεωνίδης ὁ Βυζάνλιος, ἰχθύων φύσεώς τε καὶ κρίσεως ἄπειρον ἄνθρωπον ἁρπάσανλα ἐκ τᾶ δικλύα τρυγόνα, (ᾤελο δὲ ἄρα ὁ δύσυχὴς ψῆτλαν εἶναι) ὡς εἶχε φέρονλα ἐπὶ κόλπον ἐμβαλεῖν, καὶ βαδίζει, ἵνα λήθῃ, ὥς τι ἀγαθὸν εὑρὼν, εἶτα καὶ εἰς ἐμπολὴν κερδαλέον ἑαυλῷ ἔχων ἅρπαγμα· ἡ δὲ ἄρα ἤλγησε πιεζομένη, καὶ παίει τῷ κέν̣ρῳ διείρασα, καὶ ἐξέχεε τᾶ δυσυχᾶς κλέπλα τὰ Cπλάγχνα· καὶ ἔκειλο παρὰ τῇ τρυγόνι νεκρὸς ὁ φὼρ, ἐναργὴς ἔλεγχος ὧν ἂκ εἰδὼς ἔδρασεν.

ΚΕΦ. να'.

Περὶ τῆς τῶν Κοράκων τόλμης.

Ο Κόραξ, ἂκ ἂν αὐτὸν εἰς τόλμαν ἀθυμότερον εἴποις τῶν ἀελῶν. Ὁμόσσε γὰρ καὶ αὐτὸς τοῖς ζώοις χωρεῖ, ἃ μέντοι τοῖς βραχυλάτοις, ἀλλ' ὄνῳ τε καὶ ταύρῳ· κάθηλαι γὰρ καλὰ τῶν τενόλων, καὶ κόπλει αὐτὰς, πολλῶν δὲ καὶ ὀφθαλμὰς ἐξέκοιλεν

aeſalone, ave robuſta; quam ſi viderit cum vulpe dimicare, eum adjuvat, nam cum vulpe amicitiam colit. Maxime autem cunctarum avium multos clangores, et varias voces fundit, nam inſtitutus humanam vocem emittit; vox autem ejus alia eſt ludentis, alia ſerio agentis; et ſi reſponſa deorum ferat, ſanctam et fatidicam vocem fundit. Aeſtivo tempore alvi relaxatione ſe laborare corvi non ignorant, atque idcirco ab humidis alimentis abſtinent.

CAP. LII.

De Animalium proprietate ſecundum partum.

ARISTOTELES ſcribit animalium alia vivos foetus, alia ova, alia vermes parere: vivos quidem foetus homines, et reliqua animalia, quae pilis teguntur; et ex aquatilibus cetacea; quorum illa quidem fiſtulam habent, branchiis vero carent, ut delphinus, et balaena.

CAP. LIII.

De Bobus in Myſia.

IN Myſia boves onera vehunt, et cornibus carent. Dicuntur autem eorum greges ſine cornibus eſſe neutiquam propter frigus, verum ob eorum peculiarem naturam; atque argumentum in promptu eſt: in Scythia enim boves cornibus non carent. Ego vero audio quendam in hiſtoriam contuliſſe, quod apes in Scythia frigore non offendantur; et Scythae mel non extraneum, ſed vernaculum, et indigenas favos ad Myſos venum exportent. Ne quis tamen aegre ferat, me Herodoteis contraria ſcribere: nam qui haec retulit, rem cognitione compertam declarare, non vero ea, quae ex incerta fama acceperat, ſe narrare teſtabatur.

CAP.

ἐξέκοψεν ὁ κόραξ. Μάχεται δὲ καὶ ὄρνιθι ἰσχυρῷ τῷ καλουμένῳ αἰσάλωνι· καὶ, ὅταν θεάσηται ἀλώπεκι μαχόμενον, τιμωρεῖται, ὡρὸς γὰρ ἐκείνην ἔχει τινὰ φιλίαν. Ἦν δὲ ἄρα πολυκλαγγώταλός τε ὀρνίθων καὶ πολυφωνόταλος, μαθὼν γὰρ καὶ ἀνθρωπίνην προΐησι φωνήν· φθέγμα δὲ αὐτῷ παίζοντος μὲν ἄλλο, σπουδάζοντος δὲ ἕτερον· εἰ δὲ ἀποκρίνοιτο τὰ ἐκ τῶν θεῶν, ἱερὸν ἐνταῦθα καὶ μαντικὸν φθέγγεται. Ἴσασι δὲ διὰ τοῦ θέρους ἐνοχλέμενοι ῥύσιν γαστρὸς, καὶ διὰ ταῦτα ἑαυτοὺς ὑγρᾶς τροφῆς ἀγεύστους φυλάττουσι.

ΚΕΦ. νβ'.

Περὶ Ζώων ἰδιότητος ἐν τοῖς τόκοις.

Λέγει δὲ Ἀριστοτέλης τῶν ζώων τὰ μὲν ζωοτόκα εἶναι, τὰ δὲ ὠὰ τίκτειν, τὰ δὲ σκώληκας· καὶ ζῶα μὲν ἀνθρώπους γεννᾷν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τριχῶν ἐστιν ἐπήβολα, καὶ τὰ κητώδη τῶν ἐνύδρων· τούτων δὲ τὰ μὲν αὐλὸν, βραγχία δὲ οὐκ ἔχειν, οἷον δελφῖνα καὶ φάλαιναν.

ΚΕΦ. νγ'.

Περὶ τῶν ἐν Μυσοῖς Βοῶν.

Μυσοῖς ἄγουσιν ἄχθη βόες, καὶ κεράτων ἄμοιροί εἰσιν. Λέγονται δὲ τὴν ἀγέλην ἄκερων ὁρᾶν οὐκέτι διὰ κρύος, ἀλλὰ τῶν βοῶν τῶνδε ἰδία φύσις, καὶ τὸ μαρτύριον παρὰ ποδὸς· γίνονται γὰρ καὶ κεράτων ἐν Σκύθαις οὐκ ἀγέρασοι βόες. Ἐγὼ δὲ ἀκούω λέγοντός τινος ἐν Συγγραφῇ, καὶ μελίττας Σκυθίδας εἶναι, ἐπαΐειν τε τοῦ κρύους οὐδέν· καὶ μέντοι καὶ πιπράσκειν εἰς Μυσοὺς κομίζοντας Σκύθας οὐκ ὀθνεῖον σφίσιν, ἀλλ' αὐθιγενὲς μέλι, καὶ κηρία ἐπιχώρια. Εἰ δὲ ἐναντία Ἡροδότῳ λέγω, μή μοί τις ἀχθέσθω· ὁ γὰρ τοιαῦτα εἰπὼν, ἱστορίαν ἀποδείκνυσθαι, ἀλλ' οὐκ ἀκοὴν ἄδειν ἔφαλο ἡμῖν ἀβασάνιστον.

CAP. LIV.
De Scarorum eſca.

SCARVM ſolum ex marinis piſcibus cibum ad os revocare audio; ſicut balantia animalia, quae ruminare dicuntur.

CAP. LV.
De Catella.

CATELLA in mari ore parit, et foetus ore denuo recipit, eademque via vivos et incolumes rurſus evomit.

CAP. LVI.
De Murium jecore.

MVRIS jecur mirum atque incredibilem in modum, creſcente luna, fibram quandam quotidie ſibi progignit uſque ad plenam lunam; deinde, luna decreſcente, fibram pariter evanidam reddit, donec in unum corpus vix conſpicuum evaneſcat. In Thebaide cum grandine pluit, mures apparere audio, qui partim etiam nunc coenum limoſum, partim jam caro exiſtunt. Quum ipſe a Neapoli, Italiae urbe, verſus Dicaearchiam iter facerem, ranae per pluviam in me delapſae ſunt; quarum anterior pars binis pedibus innixa repebat; poſterior vero adhuc informis, et tanquam e coeno humido coalita trahebatur.

ΚΕΦ. νδ'.

Περὶ τῆς τῶν Σκάρων τροφῆς.

ΤΩΝ θαλατίων τυνθάνομαι μόνον τὸν Σκάρον τὴν τροφὴν ἀναπλέυσαν ἐπεσθίειν· ὥσπερ καὶ τὰ βληχηδὰ, ἃ δὴ καὶ μαρυκᾶσθαι λέγυσι.

ΚΕΦ. νέ.

Περὶ Γαλεοῦ.

Ο Γαλεὸς ὠδίνει διὰ τοῦ στόματος ἐν τῇ θαλάττῃ, πάλιν τε εἰσδέχεται τὰ βρέφη, κἀνεμεῖ ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς ζῶντα καὶ ἀπαθῆ.

ΚΕΦ. νς'.

Περὶ τοῦ τῶν Μυῶν ἤπατος.

Μυὸς ἧπαρ, καὶ μάλα ἐκπληκτικῶς τε καὶ παραδόξως, τῆς μὲν Σελήνης αὐξανομένης, λοβὸν ἑαυτῷ τινὰ ἐπιλίπει ὁσημέραι μέχρι διχομήνυ· εἶτα αὖ πάλιν ὑπολήγει μειυμένυ τοῦ μηνὸς τὸν ἴσον λοβὸν ὑπαφανίζον, ἕς τ' ἂν εἰς ἓν Σῶμα καθολισθῇ ἀνείδεον. Ἀκήκω δὲ ἐν τῇ Θηβαΐδι, χαλάζης πεσούσης ἐπὶ τῆς γῆς, ὁρᾶσθαι μῦς, ὧν τὸ μὲν πηλός ἐσιν ἔτι, τὸ δὲ Σὰρξ ἤδη. Ἐγὼ δὲ αὐτὸς ἐκ τῆς Ἰταλικῆς Νέας πόλεως ἐλαύνων εἰς Δικαιαρχίαν ὕσθην βαρράχοις, καὶ τὸ μὲν μέρος αὐτῶν τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ εἶρπε, καὶ δύο πόδες ἦγον αὐτό· τὸ δὲ ἐπεσύρετο ἔτι ἄπλασον, καὶ ἐῴκει ἔκ τινος ἰλύος ὑγρᾶς Συνεστῶτι.

CAP. LVII.

Quod Apes ex bubus procreantur.

BVBVLVM genus utiliſſimum eſt, et hominibus maxime prodeſt, cum ad ſocietatem rei ruſticae, tum ad vecturam variorum onerum, lacte etiam homines ſatiare valet, et aras exornat, ac publicos coetus exhilarat, atque ſolemnes epulas praebet. Bos quoque mortuus res eximia eſt, et magni facienda; ſiquidem ex iſtius reliquiis naſcantur apes, animalia maxime ſedula; et mel, quod ex fructibus optimum et dulciſſimum eſt, hominibus parantia.

ΚΕΦ. νζ'.

Ὅτι ἐκ βοῶν Μέλιτται τίκονται.

Τὸ τῶν βοῶν ἄρα ταῦχρησον ἦν γένος, καὶ ἀνθρώποις ζῶον λυσιτελέσταλον, καὶ εἰς γεωργίας κοινωνίαν, καὶ εἰς ἀγωγὴν φόρτου διαφόρου, καὶ γάλακτος ἐμπλῆσαι βῦς ἀγαθός ἐστι, καὶ βωμὸς κοσμεῖ, καὶ ἀγάλλει ταυηγύρεις, καὶ ταυθοινίαν ταρέχει. Καὶ ἀποθανὼν δὲ βοῦς γενναῖόν τι χρῆμα καὶ ἀξιέπαινον· μέλιτται γῦν ἐκ τῶν ἐκείνου λειψάνων ἐκφύονται, ζῶον φιλεργόταλον, καὶ τῶν καρπῶν τὸν ἄρισόν τε καὶ γλύκιστον ἀνθρώποις ταρασκευάζον, τὸ μέλι.

AELIANI
DE
NATVRA ANIMALIVM
LIBER III.

CAPVT I.

De Mauruſiis Leonibus.

LEO homini Mauro itineris ſocius eſt, et aquam de eodem fonte bibit. Audio etiam leones Maurorum domos adire, quando venatione fruſtrati magna fame premuntur; et ſi vir adſit, leonem arcet, et vi eum abigens repellit; ſi vero ille abfuerit, et ſola uxor domi fuerit relicta, ea ſermone pudorem commovet idoneo, illum, ne ulterius procedat, inhibet, atque in ordinem redigit increpans, ut ſe contineat, nec fame efferveſcat. Intelligit utique linguam Mauruſiam leo. Senſum autem verborum, quibus mulier leonem increpat, hujuſmodi eſſe ipſi narrant: Nunquid te pudet, leo, cum ſis rex animalium, meum tugurium ingredi, et mulieris opera indigere ad vitam ſuſtentandam, atque inſtar hominis corpore male adfecti ad muliebres manus reſpicere, ut miſericordia et commiſeratione ea, quibus indigeas, adſequaris? quem oporteret ad montana loca contendere adverſus cervos, bubalos, et reliqua animalia, quae leonibus lautum prandium praebent; verum, infelicis caniculae inſtar, ab aliis victum quaeritare ſatis habes. Et mulier quidem talia fatur. Leo autem animo

adflictus

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Περὶ τῶν Μαυρουσίων λεόντων.

ΜΑΥΡΟΥΣΙΩ δὲ ἀνδρὶ ὁ λέων ϗ ὁδῷ κοινωνεῖ, ϗ πίνει τῆς αὐτῆς πηγῆς ὕδωρ. Ἀκήκοα δὲ ὅτι ϗ εἰς τὰς οἰκίας τῶν Μαυρουσίων οἱ λέοντες φοιτῶσιν, ὅταν αὐτοῖς ἀπαντήσῃ ἀθηρία, ϗ λιμὸς αὐτοὺς ἰσχυρὸς περιλάβῃ· ϗ ἐὰν μὲν παρῇ ἀνὴρ, ἀνείρξει τὸν λέοντα ϗ ἀνασέλλει, διώκων ἀνὰ κράτος· ἐὰν δὲ ὁ μὲν ἀπῇ, μόνη δὲ ἡ γυνὴ καταλειφθῇ, λόγοις αὐτὸν ἐντρεπτικοῖς ἴσχει τῷ πρόσω, ϗ ῥυθμίζει, ζωφρονίζουσα ἑαυτῇ κρατεῖν, ϗ μὴ φλεγμαίνειν ὑπὸ τῷ λιμῷ. Ἐπαΐει δὲ ἄρα λέων φωνῆς Μαυρουσίας· ϗ ὁ νοῦς τῆς ἐπιπλήξεως τῇ γυναικὶ τῆς πρὸς τὸ θηρίον, τοιόσδε ἐστὶν, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν· Σὺ δὲ οὐκ αἰδῇ λέων ὢν, ὁ τῶν ζώων βασιλεὺς, ἐπὶ τὴν ἐμὴν καλύβην ἰὼν, ϗ γυναικὸς δεόμενος ἵνα τραφῇς, ϗ δίκην ἀνθρώπου λελωβημένου τὸ ζῶμα εἰς χεῖρας γυναικείας ἀποβλέπῃς, ἵνα οἰκτῷ ϗ ἐλέῳ τύχῃς ὧν δέῃ; ὃν δέον εἰς ὀρείους ὁρμῆσαι διατριβὰς, ἐπί τε ἔλαφους ϗ βουβαλίδας, ϗ τὰ λοιπὰ ὅσα λεόντων δεῖπνον ἔνδοξον· κυνιδίου δὲ ἀβλίου φύσει προσεοικὼς ἀγαπᾷς παραίφνης εἶναι. Καὶ ἡ μὲν ἐπᾴδει τοιαῦτα. Ὁ δὲ, ὥσπερ ὢν πληγεὶς τὴν ψυχὴν, ϗ ὑπο-

adflictus, et pudore repletus, placide et humi oculos demittens discedit, aequo jure victus. Quum vero equi et canes propter convictum comminantium hominum sermonem intelligant, et timeant; nequaquam mirum mihi videtur, Mauros, qui simul cum leonibus degunt, atque educantur, ab iisdem intelligi. Adfirmant enim Mauri, se infantes suos aequali atque pari victus ratione, atque leonum catulos alere, et uno eodemque cubili ac tecto; adeoque feras linguam, quam commemoravi, intelligere, nec incredibile, nec absurdum est.

CAP. II.

De Equo Libyco, et Medico: tum etiam de Canibus.

De equo Libyco Libyas talia narrare audio: Eos quidem equorum velocissimos esse, nullo vero laboris sensu affici; graciles quoque nec corpulentos, et idoneos ad sustinendam negligentiam dominorum; qui nullam curam iis adhibent, neque eos, postquam labore fatigati fuerint, strigile perfricant, nec eis volutabra conficiunt, nec ungulas purgant, nec jubam pectunt, nec capronas implicant, neque fessos lavant; sed simulatque constitutum iter confecerint, ex equis desilientes eosdem ad pastiones dimittunt. Ipsi Libyes etiam graciles sunt, et squalore sordidi hujuscemodi equis etiam vehuntur. Medi autem luxuriae dediti sunt, atque ejuscemodi illorum equi; quos magnitudine, specie corporis, et ornatu, ac exteriore cultu, atque deliciis una cum dominis delectari diceres; sentire videntur magnitudinem et pulchritudinem suam, itemque se magnifice esse exornatos. Eadem de canibus nunc etiam in mentem veniunt. Cretica canis levis, atque agilis, et cursibus montanis adsueta est; ejuscemodi etiam Cretenses se praestant, et vulgo esse creduntur. Canum vero animosissimi sunt Molossi, quoniam ejusdem regionis incolae ejuscemodi sunt. Vir autem Carmanius, et canis, natura adeo feri sunt et rigidi, ut mansuefieri nequeant.

CAP.

ὑποπλησθεὶς αἰδῦς, ἡσυχῇ ϗ κάτω βλέπων ἀπαλλάττεται, ἡττηθεὶς τῶν δικαίων. Ἐι δὲ ἵπποι ϗ κύνες διὰ τὴν ζυνῃροφίαν ἀπειλούντων τῶν ἀνθρώπων ζυνιᾶσι ϗ καταπήσσυσι· ϗ Μαυρουσίους ἂν ἂν θαυμάσαιμι λεόντων ὄνυας ζυνῃρόφους ϗ ὁμοῃρόφους αὐτοῖς, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἀκέεσθαι. Τοῖς γάρ τοι βρέφεσι τοῖς ἑαυτῶν μαρτυροῦσιν, ὅτι τὺς ζκύμνους τῶν λεόντων τῆς ἴσης τε ϗ ὁμοίας διαίτης ἀξιοῦσι, ϗ κοίτης μιᾶς, ϗ ζέγης· ϗ ἐκ τούτων ϗ φωνῆς τῆς προειρημένης ἀκούειν τὺς θῆρας, οὐδὲν ὅτε ἄπιστον ὅτε παράδοξον.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ ἵππου Λιβύσσης, ϗ Μηδικῆς· ἔτι ϗ περὶ κυνῶν.

ΙΠπος δὲ τῆς Λιβύσσης πέρι Λιβύων λεγόντων ἀκούω τοιαῦτα· Ὦκισοι μέν εἰσιν ἵππων, καμάτου δὲ δή τι αἴσθονται οὐδέν· λεπτοὶ δὲ, ϗ οὐκ εὔσαρκοι, ἐπιῆδειοί γε μὴν ϗ φέρειν ὀλιγωρίαν δεσπότου εἰσίν· ὅτε γῦν αὐτοῖς κομιδὴν προσφέρουσιν οἱ δεσπόται, οὐ καταψῶντες καμόντας, οὐ καλινδήθραν ἐργασάμενοι, οὐχ ὁπλὰς ἐκκαθαίροντες, οὐ κόμας κτενίζοντες, οὐ χαίτας ὑποπλέκοντες, οὐ λόντες καμόντας· ἀλλ' ἅμα τε διήνυσαν τὸν προκείμενον δρόμον, ϗ ἀποβάντες νέμεσθαι ἰᾶσι. Καὶ λεπτοὶ μὲν ϗ αὐχμώδεις οἱ Λίβυες, ἐπὶ τοιούτων δὲ ϗ ἵππων ὀχοῦνται. Σοβαροὶ δὲ Μῆδοι ϗ ἀβροὶ, ϗ μέντοι ϗ οἱ ἐκείνων τοιοῦτοι ἵπποι· φαίης ἂν αὐτοὺς τρυφᾶν ζὺν τοῖς δεσπόταις, ϗ τῷ μεγέθει τοῦ ζώματος, ϗ τῷ κάλλει· ἤδη δὲ ϗ τῇ χλιδῇ, ϗ τῇ θεραπείᾳ τῇ ἔξωθεν, ϗ τῇ θρύψει ἐοίκασιν αἰσθανομένοις μεγέθους τε τοῦ ζφετέρου ϗ κάλλους, ϗ ὅτι χλιδῶσι τῷ κόσμῳ. Ταῦτά τοι ϗ περὶ τῶν κυνῶν ἔπεισι νοεῖν μοι. Κύων Κρῆσσα κέφη, ϗ ἀλικὴ, ϗ ὀρειβασίαις ζύνῃροφος· ϗ μέντοι ϗ αὐτοὶ Κρῆτες τοιούτους αὐτοὺς παραδεικνῦσι, ϗ ᾄδει ἡ φήμη. Θυμικώτατος δὲ κυνῶν Μολοσσὸς, ἐπεὶ θυμοδέσταλοι ϗ οἱ ἄνδρες. Ἀνὴρ δὲ Καρμάνιος ϗ κύων ἀμφότερα ἀγριώταται ϗ μειλιχθῆναι ἄτεγκτα φύσιν.

CAP. III.

Suem in India non naſci.

NATVRAE animantium haec etiam ſingularia ſunt: Suem neque ferum, neque cicurem in India naſci Cteſias refert, atque oves Indicas caudas cubitum latas habere alicubi narrat.

CAP. IV.

De Formicis Indicis.

FORMICAE Indicae, quae aurum cuſtodiunt, Campylinum fluvium nunquam tranſeunt. Iſſedones vero, qui eandem regionem cum illis incolunt, myrmeces [formicae] appellantur, et ſunt.

CAP. V.

De Teſtudine, Columba, et Perdice.

TESTVDO [terrena] cum ſerpentem comedit, origano veſcitur, et mali immunis redditur, quod comeſtum ipſam prorſus interimeret. Columbam autem avium maxime pudicam atque in re venerea temperantem eſſe audio; nunquam enim a ſe invicem diſtrahuntur, neque femina a conjuge, niſi caſu quodam, neque mas a femina, niſi viduus fiat. Perdices vero libidine intemperantes ſunt, ideoque nata ova diſperdunt, ne pullis educandis occupatae feminae rem veneream cum maribus negligant.

CAP.

ΚΕΦ. γ'.

Ὅτι ἐν Ἰνδοῖς Ὗς ἀγίνεται.

Ἰδια δὲ ἄρα φύσεως ζώων καὶ ταῦτα ἦν· Ὗν ἔτε ἄγριον ἔτε ἥμερον ἐν Ἰνδοῖς γενέσθαι λέγει Κτησίας, πρόβατα δὲ τὰ ἐκείνων ἀρὰς πήχεως ἔχειν τὸ πλάτος πᾶ φησίν.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ Μυρμήκων Ἰνδῶν.

Οἱ μύρμηκες οἱ Ἰνδοὶ τὸν χρυσὸν φυλάττοντες, ἃν ἂν διενέχθοιεν τὸν καλούμενον Καμπύλινον ποταμόν. Ἰσσηδόνες δὲ τούτοις Συνοικοῦντές γε τοῖς μύρμηξι καλοῦνταί τε καί εἰσι.

ΚΕΦ. έ.

Ἴδια Χελώνης, καὶ Περιστερᾶς, καὶ Πέρδικος.

Φαγοῦσα ὄφεως χελώνη, καὶ ἐπιφαγοῦσα ὀριγάνε ἐξάντης γίνεται τοῦ κακοῦ, ὃ πάντως αὐτὴν ἐκ τῆς τροφῆς ἀνελεῖν ἔμελλε. Περιστερὰν δὲ ὀρνίθων Σωφρονεστάτην, καὶ κεκολασμένην εἰς ἀφροδίτην μάλιστα, ἀκούω λεγόντων· ἐὰν γάρ ποτε ἀλλήλων διασπῶνται, ἔτε ἡ θήλεια, ἐὰν μὴ ἀφαιρεθῇ τύχῃ τινὶ τοῦ Συννόμου, ἔτε ὁ ἄῤῥην, εἰ μὴ χῆρος γένηται. Πέρδικες δὲ ἀκρατορές εἰσιν ἀφροδίτης, ὥκουν τὰ ὠὰ τὰ γινόμενα ἀφανίζουσιν, ἵνα μὴ ἄγωσιν αἱ θήλειαι παιδοτροφοῦσαι τῆς πρὸς αὐτὰς ὁμιλίας ἀσχολίαν.

CAP. VI.

De Lupis fluvium trajicientibus

LVPIS fluvios tranſnatantibus, ne vi atque impetu fluctuum evertantur, ſingulare fulcimentum natura excogitavit, eoſque docuit, ex iis, quae difficilia ſunt, facillimum exitum; caudas invicem mordicus tenentes, contra fluctus tendunt adverſi, et ſine ulla difficultate ac tuto tranſnatant.

CAP. VII.

Diverſorum Animalium contrariae adfectiones.

ASINABUS rudendi vocem naturam negaſſe aiunt. Hyaenas vero canes mutos reddere, cum umbram in ipſos conjecerint, eadem praebuit. Suavis odor et unguentum vulturibus mortem adferunt. Cycnis etiam cicuta lethalis eſt. Camelum autem quantopere reformidet equus, Cyrum et Croeſum expertos fuiſſe aiunt.

CAP. VIII.

De Equabus.

PULLOS equarum, quos nondum plene nutritos matres reliquerint, veluti pupillos, aliae equae miſeratae cum ſua ſobole educant.

CAP. IX.

De Cornice.

CORNICES ſibi invicem fideliſſimae ſunt, et, poſtquam ſibi ſociatae fuerunt, ſe mutuo vehementer amant; neque eas inverecunde aut fortuito miſceri quiſpiam videat. Narrant autem harum rerum periti, ſi alterutra moriatur, alteram ſuperſtitem viduam

ΚΕΦ. ς'.

Περὶ Λύκων πολαμὸν διαβαινόντων.

Λυκοι πολαμὸν διανέοντες, ὑπὲρ τῦ μὴ πρὸς βίαν ἐκ τῆς τῦ ῥεύματος ἐμβολῆς ἀναπερέπεσθαι, ἕρμα ἴδιον αὐτοῖς ἡ φύσις ξυμπλάσασα, ἐδιδάξατο ξωτηρίαν ἐξ ἀπόρων, καὶ μάλα εὔπορον· τὰς ὠρὰς τὰς ἀλλήλων δακόντες, εἶτα ἀνθιπίπτουσι τῷ ῥεύματι, καὶ ἀλύπως γε διενήξαντο καὶ ἀσφαλῶς.

ΚΕΦ. ζ'.

Ζώων διαφόρων ἀνθιπάθειαι.

Ονοις θηλείαις βρῶσιν ἡ φύσις ἐκ ἔνειμέ φασι. Κύνας δὲ ἀφώνους ἀποφαίνειν τὰς ὑαίνας, ὅταν αὐταῖς τὴν ξκιὰν ἐπιβάλῃ, ἡ αὐτὴ παρέσχεν. Εὐωδία δὲ καὶ μῦρον γυψὶν αἴτια θανάτου. Κύκνων δὲ κώνειον ὄλεθρος. Κάμηλον δ' ὡς δέδοικεν ἵππος, ἔγνω Κῦρός τε καὶ Κροῖσος, ὥς φασι.

ΚΕΦ. ἡ.

Περὶ Ἵππων.

Τα βρέφη τὰ τῶν ἵππων ὅταν αἱ μητέρες καταλίπωσι πρὸ τῆς ἐκείνων ἐκθρέψεως, οἷον ὀρφανὰ, ἐκτρέφουσι μετὰ τῶν οἰκείων παιδίων οἰκείρουσαι αἱ ἄλλαι αὐτά.

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ Κορώνης.

Κορῶναι ἀλλήλαις εἰσὶ πιστόταται, καὶ ὅταν εἰς κοινωνίαν ξυνέλθωσι, πάνυ ξφόδρα ἀγαπῶσι ξφᾶς· καὶ ἐκ ἂν ἴδοι τις μιγνύμενα ταῦτα τὰ ζῶα ἀνέδην, καὶ ὡς ἔτυχε. Λέγουσι δὲ οἱ τὰ ὑπὲρ τούτων ἀκριβοῦντες, ὅτι κἂν ἀποθάνοι τὸ ἕτερον, τὸ

duam permanere. Audio etiam veteres in nuptiis poſt hymenaeum cornicem invocaſſe, hocque concordiae ſignum illis, qui liberorum quaerendorum cauſa conveniſſent, dediſſe. Qui ſedes avium et volatus obſervant, cornicem, ſi ſola apparuerit, captantibus auguria inauſpicatam eſſe dicunt. Quoniam vero cornici noctua infeſta eſt, noctu illius ovis inſidias molitur; cornix vero interdiu noctuae ovis inſidiatur, non ignorans oculos ejus tunc hebetes eſſe.

CAP. X.

De Erinaceo terreſtri.

ERINACEVM terreſtrem nec imprudentem, nec imperitum parandorum in vitae uſum fructuum natura reddidit. Quandoquidem enim cibo, qui per annum duret, indiget, neque quodlibet anni tempus fruges producat; illum in locis, ubi ficus exſiccantur, ſe volutare aiunt, et transfixas ficus, quae non paucae ſpinis inhaerent, facile portare, eaſque in caverna congeſtas ſervare, ut inde promere queat, quum extrinſecus fructus colligere non poſſit.

CAP. XI.

De Crocodilo et Trochilo.

ANIMALIA etiam maxime fera cum iis, quae opem ſibi ferre queunt, pacem ac foedus habent, et ab ingenita ſibi malitia propter mutuum commodum remittunt. Crocodilus dum hians natat, ſanguiſugae eum infeſtant, et dolore adficiunt; quod ſentiens ille trochilo medico indiget. Cum igitur ſanguiſugis os ejus refertum eſt, ad ripam prodiens adverſus radios ſolis hiat. Trochilus autem roſtrum in fauces illius inſerens ſanguiſugas extrahit; idque crocodilus patienter ſuſtinet opem ſentiens, atque inmotus manet; et trochilus quidem prandio potitur ſanguiſugis; crocodilus vero ope trochili fruitur, eique iſtam mercedem rependit, quod ipſum non laedat.

CAP.

τὸ λοιπὸν χηρεύει. Ἀκέω δὲ τὰς πάλαι καὶ ἐν τοῖς γάμοις μελᾶ τὸν ὑμέναιον τὴν κορώνην καλεῖν, ζύνθημα ὁμονοίας τοῦτο τοῖς ζυνιοῦσιν ἐπὶ τῇ παιδοποιΐᾳ διδόντας. Οἵ τε ἕδρας ὀρνίθων καὶ πλήσεις παραφυλάττοντες, οὐκ εὐσύμβολον εἰς μαντείαν ὀτρεύουσιν εἶναί φασιν, εἰ ὑπακούσοιτο κορώνη μία. Ἐπεὶ δὲ ἡ γλαὺξ ἐστιν αὐτῇ πολέμιον, καὶ νύκτωρ ἐπιβουλεύει τοῖς ᾠοῖς τῆς κορώνης· ἥδε μεθ' ἡμέραν ἐκείνην ταὐτὸ δρᾷ τοῦτο, εἰδυῖα ἔχειν τὴν ὄψιν τὴν γλαυκα τηνικαῦτα ἀσθενῆ.

ΚΕΦ. ί.

Περὶ τοῦ χερσαίου Ἐχίνου.

Ἔχινον τὸν χερσαῖον οὐκ ἄσοφον οὐδ' ἀμαθῆ ταμιείαν τῆς ἐς τὴν χρείαν ἡ φύσις ἐποίησε. Ἐπειδὴ γὰρ δεῖται τροφῆς διεξοδικῆς, τὰ δὲ ὡραῖα οὐ πᾶσα ὥρα δίδωσιν, ἑαυτὸν ἐν ταῖς τρασιαχῶν κυλίειν φασὶ, καὶ τῶν ἰσχάδων τὰς περιπαρείσας, αἱ πολλαὶ πήγνυνται ταῖς ἀκάνθαις, ἡσυχῇ κομίζει, καὶ ἀποθησαυρίσας φυλάττει, καὶ ἔχει λαβεῖν ἐκ τοῦ φωλεοῦ, ὅτε πορίσαι οὐκ οἷόν τε ἔξωθέν ἐστι.

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ Κροκοδείλου καὶ Τροχίλου.

Ἤδη μὲν καὶ τῶν ζώων τὰ ἀγριώταλα πρὸς τὰ ὀνῆσαι δυνάμενα εἰρηναῖα καὶ ἔνσπονδά ἐστι, τῆς ζυμφυοῦς κακίας εἰς τὴν χρείαν παραλυθέντα. Ὁ γοῦν κροκόδειλος νήχεταί τε ἅμα καὶ κέχηνεν· ἐμπίπτουσιν οὖν αἱ βδέλλαι ἐς αὐτὸν καὶ λυποῦσιν, ὅπερ εἰδὼς ἰατροῦ δεῖται τοῦ τροχίλου. Πλήρης γὰρ αὐτῶν γενόμενος, ἐπὶ τὴν ὄχθην προελθὼν καταὰ τῆς ἀκτῖνος κέχηνεν. Ὁ τοίνυν τροχίλος ἐμβαλὼν τὸ ῥάμφος ἐξάγει τὰς προειρημένας· καρτερεῖ δὲ ὠφελούμενος ὁ κροκόδειλος, καὶ ἀτρεμεῖ· καὶ ὁ μὲν ἔχει δεῖπνον τὰς βδέλλας, ὁ δὲ ὀνίναται, καὶ τὸ μηδὲν ἀδικῆσαι τὸν τροχίλον λογίζεταί οἱ μισθόν.

ΚΕΦ.

CAP. XII.

De Monedulis.

MONEDVLAS erga ſe beneficas exiſtimant Theſſali, Illyrii, et Lemnii, iiſque ut victus publice praeberetur, civitates eorum decretum fecerunt; quoniam locuſtarum fruges eorum vaſtantium ova perdere, earumque ſobolem perimere ſolent. Ea ratione profecto magna ex parte locuſtarum nubes minuuntur, eorumque quos commemoravi, fruges aeſtivae manent incolumes.

CAP. XIII.

De Gruibus.

GRVES in Thracia, quae cunctarum regionum maxime frigida et tempeſtatibus obnoxia eſt, gignuntur: amant tamen regionem, in qua natae ſunt; amant etiam ſe ipſae tribuentes aliquid ſedibus patriis, tribuentes etiam aliquid ſuae ſaluti. Nam per aeſtatem quidem ibidem manent; medio vero autumno in Aegyptum, et Libyam, et Aethiopiam trajiciunt; et tanquam terrae circuitum noverint, et aëris proprietatem, ac temporum diverſitatem, omnes proficiſcuntur; quum hyemem tepidiorem illic traduxerint, dieſque ſereni et tranquilli illuceſcere coeperint, iterum redeunt, unde venerant. Duceſque volatus, qui ejuſdem itineris experientiam habent, conſtituunt, nempe, ut veriſimile eſt, ſeniores: ad agmen claudendum, eoſdem quoque deligunt; in medio autem juniores locantur. Obſervato autem vento ſecundo, ſibique favente, atque a tergo adſpirante, illo etiam itineris duce utentes, qui in partem anteriorem impellit; et tum quidem figuram triangularem angulis acutis ſuo volatu deſignant, quo in aërem incumbentes, eumque findentes, facillime iter ſuum conficiant. Hac ratione aeſtatem atque hyemem exigunt grues; homines vero mirantur prudentiam regis Perſarum ad deprehendendam coeli commoditatem, Suſas et Ecbatana

ΚΕΦ. ιϐ'.

Περὶ Κολοιῶν.

Κολοιὸς δὲ εὐεργέτας νομίζουσι καὶ Θετταλοὶ, καὶ Ἰλλυριοὶ, καὶ Λήμνιοι, καὶ δημοσίας γε αὐτοῖς τροφὰς ἐψηφίσαντο αἵδε αἱ πόλεις· ἐπεὶ τῶν ἀκρίδων, αἳ ἐλυμαίνοντο τὰς καρπὰς τοῖς προειρημένοις, τὰ ὠὰ ἀφανίζουσί τε οἱ κολοιοὶ, καὶ διαφθείρουσι τὴν ἐπιγονὴν αὐτοῖς· μειοῦται δὴ καὶ πολὺ τὰ τῶν ἀκρίδων νέφη, καὶ τοῖς προειρημένοις μένει τὰ ὡραῖα ἀσινῆ.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ Γεράνων.

Αἱ γέρανοι γίνονται μὲν ἐν Θρᾴκῃ, ἡ δὲ χειμεριώταλον χωρίων ἐστὶ καὶ κρυμωδέσταλον, ὧν ἀκούω· ἐκεῖ φιλοῦσι τὴν χώραν, ἐν ᾗ γεγόνασι· φιλοῦσι δὲ καὶ ἑαυτὰς, καὶ νέμουσι τὸ μέν τι τοῖς ἤθεσι τοῖς πατρῴοις, τὸ δέ τι τῇ ζῴων αὐτῶν ζωηρίᾳ. Τοῦ μὲν γὰρ θέρους καλὰ χώραν μένουσι· φθινοπώρου δὲ ἤδη μεσοῦντος, εἰς Αἴγυπτόν τε καὶ Λιβύην ἀπαίρουσι, καὶ Αἰθιοπίαν· ὥσπερ γὰρ ἔν γῆς περίοδον εἰδῆναι, καὶ φύσεις ἀέρων καὶ ὡρῶν διαφορὰς, σέλλονται αἱ πᾶσαι, καὶ χειμῶνα ἠρινὸν διαγαγοῦσαι, πάλιν ὅταν ὑπεύδια ἄρξηται, καὶ εἰρηναῖα τὰ τοῦ ἀέρος, ὑποστρέφουσιν ὀπίσω. Ποιοῦνται δὲ ἡγεμόνας τῆς πλήσεως τὰς ἤδη τῆς ὁδοῦ πεπειραμένας, εἶεν δ' ἂν, ὡς τὸ εἰκὸς, αἱ πρεσβύτεραι· καὶ ἀγαγεῖν δὲ τὰς τηλικαύτας ἀποκρίνουσι· μέσαι δὲ αὐτῶν αἱ νέαι τελάχαται. Φυλάξασαι δὲ ἄνεμον ἧρον, καὶ φίλον ζῴσι, καὶ καλόπιν ῥέοντα, χρώμεναί οἱ πομπῷ, καὶ ἐπωθοῦνται ἐς τὸ πρόσω· εἶτα μέντοι τρίγωνον ὀξυγώνιον, τὸ σχῆμα τῆς πλήσεως ἀποφήνασαι, ἵνα ἐμπίπτωσιν τῷ ἀέρι διακόπτωσιν αὐτὸν, ῥᾷσα δὲ τῆς πορείας ἔχονται. Οὕτω μὲν δὴ θερίζουσί τε καὶ χειμάζουσι γέρανοι· Σοφίαν δὲ ἤγηνται ἄνθρωποι θαυμαστὴν τοῦ Περσῶν βασιλέως, εἰς ἐπιστήμην ἀέρων

batana celebrantes, atque ejuſdem regis ultro citroque migrationes pervulgatas. Quando autem forte aquilam in ſe irruentem conſpiciunt, in orbem coactae, ſeque condenſantes, mediumque lunatum efficientes, comminantur, tanquam in aciem adverſus eam prodituraе; quo fit, ut percuſſis alis illa recedat; hae autem roſtra tergis praevolantium fulcientes volatum ſuum deinceps quodammodo colligant, laboremque ſibi tolerabilem reddunt, modo ſibi invicem incumbentes. Quando vero in remota regione quietem nactae ſunt, noctu reliquae quieſcunt, et dormiunt; tres autem vel quatuor reliquas cuſtodiunt, et, ne cuſtodes ſomno opprimantur, unico pede innituntur, et in altero, quem ſublimem habent, lapillum unguibus firmiſſime et ſumma cautione tenent, ut, ſi quando ſomnus obrepſerit, lapillus cadens ſtrepitu eas excitet. Lapillus autem, quem grus volatura pro ſaburra devorat, eſt auri index; eumque, quando velut ad portum adpulſa, ac in locum, quem petebat, pervenit, rurſus evomit.

CAP. XIV.

Iterum de Gruibus.

Si gubernator navis alto in mari conſtitutus viderit grues inde quo volatum intenderant redeuntes, intelligit ex adverſo ventum imminere, et avium diſcipulus factus ipſe quoque navigationem reflectit, et navim ſervat. Earum gubernandi rationem hominibus regendi reſpublicas doctrinam primum dediſſe ferunt.

CAP.

χρήσεως Σῦσα καὶ Ἐκβάταναι ἄδουσες, καὶ τὰς δεῦρο καὶ ἐκεῖσε τῶν Πέρσων τεθρυλλημένας μεταβάσεις. Ὅταν δὲ προσφερόμενον αἰετὸν αἱ γέρανοι θεάσωνται, γενόμεναι κύκλος, καὶ κολπωσάμεναι, μηνοειδὲς τὸ μέσον ἀποφήνασαι, ἀπειλοῦσιν ὡς ἀντιταξόμεναι· ὁ δὲ ἀναχωρεῖ, καὶ κρύπτεται τὸ πτερόν· ἀλλήλων δὲ τοῖς πυγαίοις ἐπερείδουσαι τὰ ῥάμφη, εἶτα μέντοι τρόπον τινὰ τὴν πτῆσιν ζυνδέουσι, καὶ τὸν κάματον σφίσιν εὐκάματον ἀποφαίνουσι, πεφεισμένως ἀναπαυόμεναι εἰς ἀλλήλας αἱ αὐταί. Ἐν δὲ γῇ μηκίστη πηγῆς ὅτ' ἂν τύχωσιν, ἀναπαύονται νύκτωρ αἱ λοιπαὶ, καὶ καθεύδουσιν· αἱ τρεῖς δὲ ἢ τέσσαρες προφυλάττουσι τῶν λοιπῶν, καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ καταικοιμίσαι τὴν φυλακὴν ἑαυτὰς μὲν ἀσκωλιάζουσαι, τῷ γε μὴν μελεώρῳ ποδὶ λίθον καθέχουσι τοῖς ὄνυξι μάλα ἐγκρατῶς τε καὶ εὐλαβῶς, ἵνα ἐάν ποτε λάθωσιν ἑαυτὰς εἰς ὕπνον ὑπολισθαίνουσαι, πεσὼν καὶ ὑποκρυπήσας ὁ λίθος ἀποδαρθάνειν καταναγκάσῃ. Γέρανος δὲ λίθον ὅπερ ἂν καταπίνει ποτομένη ὑπὲρ τοῦ ἔχειν ἔρμα, χρυσοῦ βάσανός ἐστιν· ὅταν οἷον ὁρμισαμένη καὶ καταχθεῖσα ἔνθα ἥκει, εἶτα μέντοι ἀνεμέσῃ αὐτόν.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ Γεράνων πάλιν.

Κυβερνήτης ἰδὼν ἐν μέσῳ πελάγει γεράνους ὑποτρεφούσας, καὶ τὴν ἔμπαλιν ποτομένας, ζυνεῖδε δι' ἐναντίας προσβολὴν πνεύματος ἐκείνας ἀποσῆναι τοῦ πρόσω· καὶ τῶν ὀρνέων, ὡς ἂν εἴποις, μαθητὴς γενόμενος παλίμπλους ἦλθε, καὶ τὴν ναῦν περιέσωσε. Καὶ τοῦτο πρῶτον γενόμενον μάθημά τε ὁμοῦ καὶ παίδευμα τῶνδε ὀρνίθων τὸ κυβερνητικὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις παρεδόθη.

CAP. XV.
De Columbis.

COLVMBAE in urbibus cum hominibus frequentes habitant, et valde manſuetae ſunt, et ante illorum pedes verſantur; at in locis deſertis eos aufugiunt, neque eorum conſpectum patiuntur. Fidunt enim multitudini, ſeque nihil grave per illam paſſuras probe norunt; ubi vero aucupia, retia, et inſidiae parantur, non amplius abſque metu degunt: ut de eis dicam, quod olim dixit Euripides.

CAP. XVI.
De Perdicibus.

PERDICES quum partui vicinae ſunt, aream, quam vocant, e quibuſdam feſtucis ſibi componunt. Contextus autem cavus eſt, et ad incubandum accommodatus; eique pulverem infundentes molle quiddam velut cubile efficiunt, atque in id ipſum ingrediuntur: dein ſe deſuper fruticibus occultantes, ut aves rapaces et aucupes evitent, ſumma quiete incubant: tum ova eidem loco non committunt, verum in alium locum quaſi migrantes ea important; timent enim ne deprehendantur, ſi in eodem loco commorentur. Aliis igitur locis nidificantes, pullos etiam nunc teneros avehunt et fovent, et ſuis alis tepefaciunt, penniſque tanquam faſciolis involvunt; pullos vero non lavant, ſed pulvere reſpergentes nitidos efficiunt. Si perdix aliquem ad nidum accedentem, ſibique et ſuis pullis inſidias molientem conſpexerit, tum ad pedes aucupis proſtrata ſpem praebet ſe abjectam capi poſſe; et auceps quidem ſe inclinat verſus praedam, perdix vero ſe convolvens commodum elabitur; cumque illum a nido avertit, ac abduxit, ſeque

vanum

ΚΕΦ. ιέ.

Περὶ Περισερῶν.

ΠΕρισεραὶ μὲν ἐν ταῖς πόλεσι τοῖς ἀνθρώποις συναγελάζονται, καί εἰσι πραόταται, καὶ εἰλοῦνται περὶ τοῖς πόσιν· ἐν δὲ τοῖς ἐρήμοις χωρίοις ἀποδιδράσκουσι, καὶ τὰς ἀνθρώπους οὐχ ὑπομένουσι. Θαῤῥοῦσι μὲν γὰρ τοῖς πλήθεσι, καὶ ὅτι μηδὲν πείσονται δυσχερὲς, ἴσασι κάλλιστα· ὅπου δὲ ὀρνιθοθῆραι, καὶ δίκτυα, καὶ ἐπιβουλαὶ καθ' αὐτῶν, ἄτρεστα οἰκοῦσιν οὐκέτι· ἵνα εἴπω τὸ ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων λεχθὲν Εὐριπίδῃ.

ΚΕΦ. ις.

Περὶ Περδίκων.

ΟΤαν μέλλωσι πέρδικες πρὸς τῷ τίκτειν εἶναι, παρασκευάζουσιν ἑαυτοῖς ἔκ τινων καρφῶν τὴν καλουμένην ἅλω. Πλέγμα δέ ἐστι κοῖλον, καὶ ἐγκαθίσαι μάλα ἐπιτήδειον· καὶ κόνιν ἐκχέαντες, καὶ μαλακήν τινα οἱονεὶ κοίτην ἐργασάμενοι, καὶ ἐνδύντες· εἶτα ἐπιλυγάσαντες ἑαυτὰς ἄνωθεν κάρφεσιν, ὑπὲρ τοῦ καὶ τὰς ὄρνιθας λαθεῖν τὰς ἁρπακτικὰς, καὶ τῶν ἀνθρώπων τὰς θηρευτὰς, καὶ τὰ πολλὴν τὴν εἰρήνην καταπαύουσιν· εἶτα τὰ ὠὰ ὑποτίθενται τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ, ἀλλ' ἑτέρᾳ οἱονεὶ μεταποιούμενοι, ἐκεῖνά τε ἐπάγονται· δεδοίκασι γὰρ ἐν ταὐτῷ διαῤῥίπτοντες, μήποτε ἄρα φωραθῶσι. Νεοττεύοντες δὲ ἐν χωρίοις ἑτέροις, ἀπαίροντές τε αὖ τὰς νεοττὰς ὅλας ἀπαλὰς ὑποθάλπουσι, καὶ τοῖς ἑαυτῶν πτεροῖς ἀλεαίνουσιν, οἱονεὶ σπαργάνοις τοῖς πτηνοῖς περιαμπέχοντες· ὑ λύουσι δὲ αὐτὰς, ἀλλὰ κονιῶντες ἐργάζονται φαιδροτέρους. Ἐὰν δὲ πέρδιξ ἴδῃ τινὰ προσιόντα καὶ ἐπιβουλεύοντα καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς βρέφεσιν, ἐνταῦθα αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν πρὸ τῶν ποδῶν κυλίει τῶν τοῦ θηρατοῦ, καὶ ἐνδίδωσιν ἐλπίδα τοῦ δύνασθαι συλλαβεῖν εἰλύμενον· καὶ ὁ μὲν ἐπικύπτει ἐς τὴν ἄγραν, ὁ δὲ ἐξελίττει ἑαυτὸν, καὶ διαδιδράσκει, καὶ γίνεται πρὸ ὁδοῦ·

vanum illius laborem eluſiſſe ſentit, magna jam fiducia venatorem hiantem relinquens, ſurſum volat; atque ab inſidiis tuta, pullos appellat, qui maternam vocem agnoſcentes eo advolant. Cum ex ſeſe ova paritura eſt, occulte latens uſpiam maritum fallere conatur, ne ejus ova frangat; quoniam is eo uſque libidinis inſania flagrat, ut matrem alendis liberis operam navare non permittat. Adeo perdicum genus libidine furit, ut cum feminae incubiturae ipſos reliquerint, mares animo inflammato concupiſcentes res venereas, vehementer inter ſe ira incendantur, mutuaque verberatione acerbiſſime affligantur; victuſque feminarum vice venerem patiantur, quoad ipſe quoque victor alterius eandem flagitioſam libidinem in victum exerceat.

CAP. XVII.

De Invidis animalibus.

INVIDIAM rem exſecrandam eſſe inquit Euripides, eaque laborant etiam nonnulla animalia. Stellio, ut Theophraſtus ait, ſimulatque ſenectutem exuerit, ſe convertens, eam deglutiens, abolet; eadem autem comitiales morbos pellere exiſtimatur. Cervum etiam non fugit dextrum ſuum cornu magnum uſum hominibus praeſtare, idque ipſum ne iſto quiſpiam frueretur, prae invidia in terra confodit, atque occultat. Equa etiam non ignorat ſe una cum pullo amoris veneficia parere; ſimulatque igitur pullus editus eſt, carunculam in pulli fronte innatam, quam hippomanes vocant, devorat. Eamque praeſtigiatores dicunt vim habere alliciendi ad inſanam coitus cupidinem, atque oeſtrum venereum efficiendi et excitandi; idcirco equa haſce praeſtigias hominibus, qui eas ceu praecipuum aliquod remedium adſequi conantur, invidet. Et quidni?

ὀδῦ· ὅπερ ἓν ζυννοήσας ὁ πέρδιξ, θαῤῥῶν ἤδη, τῆς ἀσχολίας τῆς μαλαίας ἀπαλλάττει τὸν ὀρνιθοθήραν ἀναπλὰς, καὶ τὰς νεοττιὰς καλαλαβὼν, καὶ ἐάσας τὸν ἄνδρα κεχηνότα. Εἶτα ἐν ἀδείᾳ ἡ μήτηρ γενομένη, καὶ ἐν καλῷ ἑᾶσα, τὰ βρέφη καλεῖ, οἱ δὲ αὐτῇ προσπέτονται γνωρίσαντες τὸ φώνημα. Πέρδιξ δὲ ὠδῖνα ἀπολύειν μέλλων πειρᾶται λαθεῖν τὸν ζύννομον, ἵνα μὴ ζυνῤῥίψῃ τὰ ὠά· λάγνος γὰρ ὢν ἂν ἐᾷ τῇ παιδοτροφίᾳ σχολάζειν τὴν μητέρα. Οὕτω δέ ἐσιν ἀκόλαστον τὸ τῶν περδίκων γένος, ὥσθ' ὅταν αὐτὰς ἀπολιπεῖσαι, εἶτα ἐπωάζουσιν αἱ θήλειαι, οἵδε ἐπίτηδες εἰς ὀργὴν πρὸς ἀλλήλους ἐξάπτουσι, καὶ παίουσί τε καὶ παίονται πικρόταται· καὶ ὅ γε ἡττηθεὶς ὀχεύεται ὡς ὄρνις, καὶ δρᾷ τοῦτο ἀνέδην, ἕς τ' ἂν ὑφ' ἑτέρου καὶ αὐτὸς ἡττηθεὶς εἶτα εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐμπέσῃ.

ΚΕΦ. ιζ'.

Περὶ τῶν φθονέντων Ζώων.

Λέγει μὲν δὴ Εὐριπίδης δυσώνυμον ὄντα τὸν φθόνον, ὅτος δὲ ἄρα ἐναικεῖ καὶ τῶν ζώων ἔσιν οἷς. Ὁ γοῦν γαλεώτης, ὥς φησι Θεόφρασος, ὅταν ἀποδύσηται τὸ γῆρας, ἐπισραφεὶς, εἶτα μέντοι καλαπιὼν ἀφανίζει αὐτό· δοκεῖ δὲ ἐπιλήψεων εἶναι τὸ γῆρας τὸ τοῦδε τοῦ ζώου ἀνίπαλον. Οἶδε δὲ καὶ ἔλαφος, τὸ δεξιὸν κέρας ἔχων εἰς πολλὰ ἀγαθὸν, καὶ μέντοι καλορύττει τε αὐτὸ, καὶ ἀποκρύπτει, φθόνῳ τοῦ τοσοῦτόν τινα ἀπολαῦσαι. Ἴυγας δὲ ἐρωτικὰς τῷ πώλῳ ζυνίκησα ἵππος οἶδε, ταῦτά τοι καὶ ἅμα τῷ τεχθῆναι τὸ βρέφος, ἤδε τὸ ἐπὶ τῷ μετώπῳ ζαρκίον ἀπέτραγεν· ἱππόμανες ἄνθρωποι καλοῦσιν αὐτό. Καὶ οἱ γόητες τοῦτό φασιν ἁρμάς τινας ἑλκτικὰς εἰς μίξιν ἀκαλάσχετον, καὶ οἶστρον ἀφροδίσιον παρέχειν καὶ ἐξάπτειν· ὥκιν τὴν ἵππον ἐθέλειν ἀνθρώπους μετακαλχάνειν τοῦ γοητεύματος τοῦδε, ὡσπερεῖν ἀγαθοῦ μεγίστου φθονοῦσαν. Οὐ γάρ;

ΚΕΦ.

CAP. XVIII.

De Phyſalo piſce maris Rubri.

In mari rubro, ſinu Arabico, piſcem gobio perfectae aetatis non minorem naſci Leonides Byzantius ait; oculis vero, atque ore carere citra morem piſcium; branchias tamen habere, et capitis formam, ut conjicere licet, etſi figura minus expreſſa; infra imum ventrem formam quandam leviter contractam in ſinum apparere, quae ſmaragdi colorem refert, eamque oculorum et oris loco ipſi eſſe idem ait. Quiſquis autem hunc piſcem guſtaverit, ſe ſuo ſibi malo eum piſcatum fuiſſe ſentit. Vis autem mali ejuſmodi eſt: Qui guſtaverit, intumeſcit, dein ventre ejus prae tumore diſrupto moritur. Verum etiam ipſe phyſalus captus poenam luit: primum enim cum extra aquam eſt, inflatur; et ſi quis eum tetigerit, magis magiſque intumeſcit: tumque ſi quis eum contrectare perſeverat, prae putredine totus, tanquam aqua intercute laborans, perlucidus fit: denique moriens diſrumpitur. Si quis autem eum vivum in mare rejiciat, more inflatae vento veſicae ſupernatat. Phyſalum autem ex hoc adfectu appellatum fuiſſe idem ait.

CAP. XIX.

De Vitulo marino, ejuſdemque invidia.

Vitvlvm marinum coagulum ſuum, ne comitiali morbo laborantes eo ſanari poſſint, devorare audio. Invidum hercle animal eſt vitulus marinus.

CAP.

ΚΕΦ. ιή.

Περὶ τῦ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ φυσάλυ.

ΕΝ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, κόλπῳ δὲ τῷ Ἀραβίῳ, ἰχθὺν Λεωνίδης ὁ Βυζάντιος γενέσθαί φησι, κωβίυ τῦ τελείυ μείονα ὐδὲ ἔν· ἔχειν δὲ ὐδὲ ὀφθαλμὺς αὐτὸν, ὅτε σόμα ἐν νόμῳ τῷ τῶν ἰχθύων· προσπέφυκε δὲ οἱ βράγχια, κὴ σχῆμα κεφαλῆς, ὡς εἰκάσαι, ὰ μὴν ἐκμεμόρφωται τὸ εἶδος· κάτω δὲ ἄρα ὑπὸ τῇ γασρὶ αὐτῷ ἐνέθλασται τύπος κολπώδης ἡσύχῃ, κὴ ἐκπέμπει σμαράγδυ χρόαν· τῦτον ἓν εἶναι κὴ ὀφθαλμόν οἵ φησι κὴ σόμα. Ὅσις δὲ αὐτῦ γεύσεται, σὺν τῷ κακῷ τῷ αὐτῦ ἐθήρασεν αὐτόν. Καὶ τῆς διαφθορᾶς ὁ τρόπος· Ὁ γευσάμενος ᾠδησεν, εἶτα ἡ γασὴρ καλέρραξε, κὴ ὁ ἄνθρωπος ἀπόλωλε. Δίδωσι δὲ κὴ αὐτὸς ἀλὺς δίκας· πρῶτον μὲν ἔξω τῦ κύματος γενόμενος, οἰδαίνει, κὴ εἴ τις αὐτῦ ψαύσῃ, ὅδε ἔτι κὴ μᾶλλον πίμπραται· κὴ εἴ τις ἐπιμείνῃ ψαλάτων, γίνεται πᾶς ὑπὸ σήψεως διαυγέσατος, ὡς ὑδερικῶν· εἶτα τελευτῶν διερράγη. Εἰ δὲ αὐτὸν ἐθέλοι τις ἔτι ζῶνλα εἰς τὴν θάλατταν μεθεῖναι, ὅδε ἐπινήχεται δίκην κύσεως ἀρθείσης πνεύματι. Καί φησιν, ὅτι ἐκ τῦ πάθυς φύσαλον ἐκάλυν αὐτόν.

ΚΕΦ. ιθ΄.

Περὶ Φώκης, κὴ τῆς καῖ αὐτὴν βασκανίας.

ΦΩκη δὲ, ὡς ἀκύω, τὴν πυῖάν τὴν ἑαυῖῆς ἐκροφεῖ, ἵνα μὴ τοῖς ἐπιλήπτοισιν ᾖ ἰᾶσθαι. Βάσκανον δὲ τὸ ζῶον ἡ φώκη ναὶ μὰ τόν.

CAP. XX.

De Pelicanis et Laris.

PELICANI conchas in fluminibus comprehenſas deglutiunt, eaſque in imo ſtomacho calefactas rurſus evomunt; et ex teſtis calore diductis, ut fieri ſolet, quando coctae ſunt, carnes in cibum eruunt. Lari aves etiam, ut Eudemus ſcribit, cochleas ſublimes rapiunt, eaſque in altum ſublatas magna vi ad ſaxa allidunt.

CAP. XXI.

De Leone, Vrſa, et Homine ligna ſecante.

EVDEMVS ſcribit urſam in Pangaeo Thraciae monte luſtrum leonis cuſtodibus vacuum invaſiſſe, ejuſdemque catulos, quia adhuc parvuli erant, nec ſe tueri poterant, interemiſſe. Quum autem leo et leaena alicunde ex venatu revertiſſent, et catulorum caedem factam vidiſſent, acerrimo, ut par erat, dolore affecti urſam inſequebantur; haec vero metu perculſa quantum pedibus poterat, in arborem conſcendit, ibique eorum inſidias declinare contendens conſedit. Cum autem iſti videbant ſe eam ulciſci non poſſe, leaena quidem cuſtodiam non intermiſit, ſed inſidias urſae moliens, ſurſumque verſus ſanguinariam adſpiciens, ad arboris truncum conſedit; leo vero quaſi inops conſilii, atque moerore perturbatus, inſtar hominis angebatur, et in montibus vagans virum arbores ſecantem offendit, cui timore perculſo ſecuris e manu decidit; eumque leo adulabundus ſeſeque attollens blande, quantum poterat, excepit, et lingua faciem ejus abſterſit: quamobrem homo confidere coepit; atque leo ipſum cauda amplexatus ducebat, neque ei, ut ſecurim relinqueret, permittebat, ſed, ut eam tolleret, pede ſuo indicabat: et cum ejus indicium homo non intelligeret, leo ſecurim ore cepit, eamque illi porrexit, atque ipſum ad luſtrum ſuum perduxit: idque leaena videns, ipſa quoque accedens homini

indicium

ΚΕΦ. κ.

Περὶ Πελεκάνων καὶ Λάρων.

Οἱ πελεκᾶνες ἐν τοῖς πολαμοῖς κόγχας περιχαίνοντες εἶτα καταπίνουσιν, ἔνδον δὲ καὶ ἐν μυχῷ τῆς γαστρὸς ὑποθάλψαντες, ἀνεμοῦσιν, καὶ τὰ μὲν ὀστράκια ἐκ τῆς ἀλέας διέσηκεν, ὥσπερ ὧν τῶν ἐφθῶν, οἱ δὲ ἐξορύττουσι τὰ κρέα, καὶ ἔχουσι δεῖπνον. Καὶ μέντοι καὶ οἱ λάροι, ὡς Εὔδημός φησι, τὰς κοχλίας μετεωρίζοντες καὶ ὑψοῦ αἴροντες ταῖς πέτραις βιαιότατα προσαράττουσιν.

ΚΕΦ. κα.

Περὶ Λέοντος, καὶ Ἄρκτου, καὶ Ὑλουργοῦ.

Λέγει Εὔδημος, ἐν Παγγαίῳ τῷ Θρᾳκίῳ κοίτη λέοντος ἐρήμῳ φυλακῆς ἐπισᾶσαν ἄρκτον Σκύμνους τοῦ λέοντος διαφθεῖραι, διὰ τὸ μικρούς τε εἶναι ἔτι, καὶ ἀμύνασθαι Σφίσιν ἀδυνάτους. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἔκ τινος ἄγρας, ὅτε παλὴρ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ εἶδον τοὺς παῖδας ἐν τοῖς φόνοις, οἷα εἰκὸς ἦλγουν, καὶ ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἴεντο· ἡ δὲ, δείσασα εἴς τι δένδρον ἢ ποδῶν εἶχεν ἀνέθει, καὶ καθῆστο, τὴν ἐπιβουλὴν τὴν ἐξ ἐκείνων ἐκκλῖναι πειρωμένη. Ὡς δὲ ἐδόκουν τοῦ πῆ τιμωρήσασθαι τὸν λυμεῶνα ἥκειν δεῦρο, ἐνταῦθα ἡ μὲν λέαινα ὑπὸ λείπει τὴν φυλακὴν, ἀλλ' ὑπὸ τῷ πρέμνῳ καθῆστο ἑλλοχῶσα, καὶ ὕφαιμον ἄνω βλέπουσα· ὁ δὲ λέων, οἷα ἀδημονῶν καὶ ἀλύων ὑπὸ τοῦ ἄχους, ὡς ἄνθρωπος, εἶτα ἐν τοῖς ὄρεσιν ἤλατο, καὶ ἀνδρὶ ὑλουργῷ περιτυγχάνει· ὁ δὲ ἔδεισε, καὶ ἀφίησι τὸν πέλεκυν· τὸ δὲ θηρίον ὁ λέων ἔσαινέ τε, καὶ ἑαυτὸν ἀναλείνας ἠσπάζετο, ὡς οἷός τε ἦν, καὶ τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον ἐφαίδρυνεν αὐτῷ· καὶ ἐκεῖνος ὑπεθάρσησεν, ὅτε λέων περιβαλών οἱ τὴν ὠλένην, ἦγεν αὐτὸν, καὶ ἀφιέναι τὴν πέλεκυν οὐκ εἴα, ἀλλ' ἐσήμαινε τῷ ποδὶ ἀνελέσθαι· ὡς δὲ ὐ σύνιει, ὁ δὲ τῷ στόματι ἐλάβετο, καὶ ὤρεξέν οἱ, καὶ εἵπετο ἐκεῖνος, ἄγει τε αὐτὸν ἐπὶ τὸ αὔλιον· καὶ ἡ λέαινα

indicium fecit, et cladem miſerabilem reſpiciens, oculos verſus urſam adtollebat. Quod homo conſiderans, leones ab urſa injuria adfectos eſſe conjecit, et quantum viribus poterat arborem exſcindit; eaque everſa fuit, urſam vero praecipitem in terram actam dilaniarunt leones; atque hominem illaeſum et incolumem in locum, ubi prius eum obvium habuerat, reduxit leo, et materiae, quam antea caedebat, reddidit.

CAP. XXII.

De Ichneumone et Aſpide.

AEGYPTIARVM ferarum, aſpidis et ichneumonis, pugna hujuſmodi eſt. Hic quidem non inconſulte, nec temere, adverſus hoſtem in certamen deſcendit; ſed, tanquam vir omni armorum genere accinctus, in luto ſe volutans, eoque adglutinato ſe obducens, idoneum ſcutum et loricam habere videtur. Quod ſi lutum ei non praeſto ſit, aqua ſe lavat, et madidum adhuc in profundum ſabulum injiciens, ex improviſis rebus arma ad ſe defendendum ingenioſe comparans, pugnam aggreditur; ſummas autem nares ſuas teneras, et aſpidis morſui quodammodo opportunas, caudae ſuae flexu ſeptus tuetur: hoc enim facere ſolet. Quod ſi aſpis eas adſequi poſſit, hoſtem interimit; ſin minus, fruſtra dentes contra lutum exercet: contra autem ichneumo illi ex inopinato antevertens, aſpidis fauces comprehendit, eamque ſtrangulat. Qui vero prius morſu alterum praeverterit, victor exſiſtit.

CAP. XXIII.

De Ciconiis, Ardeis, et Pelecanis.

CICONIAE parentes ſenio adfectos ſponte ſua et magna cura alunt; etſi nulla hominum lex id illis jubeat, verum ad hoc iſtas impellit naturae praeſtantia. Ipſae quoque ſuos pullos

εἶδε, καὶ αὐτὴ προσελθοῦσα ἐπεσήμαινε, καὶ ἑώρα οἰκεῖον, καὶ ἀνέβλεπεν εἰς τὴν ἄρκτον. Συνιδὼν δὲ ὁ ἄνθρωπος καὶ ξυμβαλὼν ἠδικῆσθαί τι τοῦτο ἐξ ἐκείνης, ὡς εἶχε ῥώμης τε καὶ χειρῶν, ἐξέκοψε τὸ δένδρον· καὶ τὸ μὲν ἀνεῤῥάπη, ἡ δὲ καλὴ νέχθη, καὶ διεσπάσαντο οἱ θῆρες αὐτήν· τόν τε ἄνθρωπον ὁ λέων ἀπαθῆ τε καὶ ἀσινῆ πάλιν ἐπανήγαγεν εἰς τὸν χῶρον, ὃ πρότερον ἐνέτυχεν αὐτῷ, καὶ ἀπέδωκε τῇ ἐξαρχῆς ὑλοτομίᾳ.

ΚΕΦ. κβ'.

Περὶ Ἰχνεύμονος καὶ Ἀσπίδος.

Αἰγυπλίων μάχη θηρίων ἀσπίδος καὶ ἰχνεύμονος. Καὶ ὁ μὲν ἰχνεύμων οὐκ ἀβούλως, οὐδὲ ἐκπλήκλως ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἀφικνεῖται τὸν πρὸς τὸν ἀνλίπαλον· ἀλλ' ὡς ἀνὴρ πανοπλίᾳ φραξάμενος, ἔτως ἐκεῖνος τῷ πηλῷ ἑαυλὸν κυλίσας, καὶ ἀναπλήσας τοῦ περιπαγέντος, ἔοικεν ἔχειν ἀρκοῦν πρόβλημα, καὶ σεγανόν. Εἰ δέ ἀπορία εἴη πηλοῦ, λούσας ἑαυλὸν ὕδαλι, καὶ εἰς ἄμμον βαθεῖαν ὑγρὸν ἔτι ἐμβαλὼν, ἐκ τῆσδε τῆς ἐπινοίας τὸ ἀμυνλήριον ἐξ ἀπόρων ςπάσας, ἐπὶ τὴν μάχην ἔρχεται· τῆς τε ῥινὸς τὸ ἄκρον ἀπαλὸν ὂν, καὶ ἐγχρίσει τῇ τῆς ἀσπίδος τρόπον τινὰ ἐκκείμενον, φρουρεῖ τὴν ὀρὰν ἐπικάμψας μᾶλλον· ἔτω γὰρ ποιεῖν εἴωθεν, ἀνακλάσας καὶ ἀποφράξας δι' αὐτῆς αὐτό. Καὶ ἐὰν μὲν ἡ ἀσπὶς τοῦτο τύχῃ, τὸν ἀνλαγωνισὴν καθεῖλεν· εἰ δὲ μὴ, μάτην τὸς ὀδόνλας τῷ πηλῷ πονεῖται· πάλιν τε ὁ ἰχνεύμων προσερπύσας ἀδοκήτως, καὶ τοῦ τραχήλου λαβόμενος, ἀπέπνιξε τὴν ἀσπίδα. Νικᾷ δὲ ὁ πρῶτος φθάσας.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ Πελαργῶν, Ἐρωδιῶν, καὶ Πελεκάνων.

Τρέφειν μὲν τὸς παλέρας πελαργοὶ γεγηρακότας καὶ ἐθέλουσι, καὶ ἐμελέτησαν· κελεύει δὲ αὐτοῖς νόμος ἀνθρωπικὸς οὐδὲ εἷς τοῦτο, ἀλλ' αἰτία τούτων φύσις ἀγαθή. Οἱ αὐτοὶ

τοὶ

pullos amant, cujus rei argumentum hoc eſt: Cum adulta indigeat nutrimento, quod involucribus adhuc et teneris pullis in nido apponat, nec illud forte aliunde comparare poſſit, heſternum cibum evomens eos nutrit. Quod ipſum ardeas et pelecanos facere audio. Ad hoc etiam audio ciconias et grues frigoris injuriam ſimul effugere, et hiberno tempore exacto, quum ad ſedes ſuas remigraverint, cum illas, tum has nidos ſuos rurſus cognoſcere, ſicut homines domum. Alexander Myndius ait, ciconias pariter viventes, cum ad ſenectutem pervenerint, ad Oceanitidas inſulas profectas ex avibus in homines converti, idque pietatis erga parentes praemium adſequi. Fortaſſe et ego exiſtimem, diis volentibus, illud genus hominum, qui iſtic degunt, pium et ſanctum haberi; ſiquidem in aliis ſub ſole regionibus ejuſmodi gens vivere [non] poterat. Neque iſtud figmentum eſſe putem. Quid enim hoc comminiſci Alexandro profuiſſet? Hominem ſapientem certe non decebat ne maximo quidem lucro propoſito mendacium veritati anteponere; nedum incidere in reprehenſionem, quae prorſus nihil lucri ipſi adferret.

CAP. XXIV.

De Hirundine.

Si luti facultas ſit, id hirundo unguibus fert, nidumque ex eo fingit; ſin minus luti facultas ei detur, teſte Ariſtotele, aqua ſe conſpergit, atque in pulverem ſe abjiciens, pennas luto mergit, idque poſt eis agglutinatum roſtro minutatim auferens propoſitum ſibi nidum ſtruit. Pulchre etiam intelligit, quod ſi teneros, ex penniſque nudos in duris fruticibus pullos requieſcere ſineret, dolore premerentur; quamobrem in ovium tergo conſidens floccos lanarum evellit, indeque ſuis pullis nidum quam molliſſime ſubſternit.

CAP.

τοὶ δὲ ϗ τὰ ἑαυ]ῶν ἔκγονα φιλῦσι· ϗ τύτυ μαρ]ύριον· Ὅταν ὁ τέλειος ἐνδεὴς ᾖ τροφὴν ἀπ]ῆσιν ἔτι ϗ ἀπαλοῖς τοῖς νεο]τοῖς ἐν τῇ καλιᾷ ωαραθεῖναι, γινομένης αὐτῷ κα]ὰ τύχην ἀπορίας, ὅδε τὴν ἑαυ]ῦ χθιζὴν ἀνεμέσας ἐκείνυς τρέφει. Καὶ τὺς ἐρωδιὺς ἀκύω ωοιεῖν τἀυ]ὸν, ϗ τὺς ωελεκᾶνας μέν]οι. Προσακύω δὲ τὺς ωελαργὺς ϗ αὐταῖς Cυμφεύγειν ταῖς γεράνοις, ϗ Cυναποδιδράσκειν τὸν χειμῶνα· τῆς δὲ ὥρας τῆς κρυμώδυς διελθύσης, ὅταν ὑποςρέφωσιν εἰς τὰ ἴδια ϗ οἴδε ϗ αἴδε, τὴν ἑαυ]ῶν ἕκασος καλιὰν ἀναγνωρίζυσιν, ὡς τὴν οἰκίαν ἄνθρωποι. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιός φησι, τῶν ωελαργῶν τὺς ἅμα βιώσαν]ας, ὅταν εἰς γῆρας ἀφίκων]αι, ωεριελθόν]ας αὐτὺς ὡς τὰς Ὠκεανίτιδας νήσυς ἀμείβειν τὰ εἴδη εἰς ἀνθρώπυ μορφὴν, ϗ εὐσεβείας γε τῆς εἰς τὺς γειναμένυς ἆθλον τῦτο ἴσχειν. Ἄλλως τε ἐγὼ νοῶ, ϗ ὑποθέσθαι τῶν θεῶν βυλομένων τῦτο γῆν τῶν ἀνθρώπων ἐκεῖθι τὸ γένος εὐσεβὲς ϗ ὅσιον, ἐπεὶ οἷόν τε ἦν ἐν τῇ ἄλλῃ τῇ ὑφηλίῳ τοιῦτον διαβιῶν. Καὶ ἔ μοι δοκεῖ μῦθος εἶναι. Ἢ τί ϗ βυλόμενος ὁ Ἀλέξανδρος τῦτο ἂν ἐτεραλεύσα]ο κερδαίνων μηδέν; Ἄλλως τε ὐδ' ἂν ἔπρεπεν ἀνδρὶ Cυνε]ῷ ωρὸ τῆς ἀληθείας ωοιήσασθαι τὸ ψεῦδος, ὐδὲ ἐπὶ κέρδει τῷ μεγίσῳ· μήτι γῆν εἰς λαβὰς ἐμπεσυμένῳ, τὰς ὑπὲρ τῶν τοιύτων ἀκερδεσάτας.

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ Χελιδόνος.

Ἡ Χελιδὼν, ὅτ' ἂν εὐποροίη ωηλῦ, τοῖς ὄνυξι φέρει ϗ Cυμπλάτ]ει τὴν καλιάν· εἰ δὲ ἀπορία εἴη, ὡς Ἀρισο]έλης λέγει, ἑαυ]ὴν βρέχει, ϗ εἰς κόνιν φύρει τὰ ω]ερὰ ἐμπεσῦσα, ϗ τῦ ωηλῦ ωεριπαγέν]ος, ἐν]εῦθεν ὑπαποψήχυσα τῷ ῥάμφει τὴν προκειμένην οἰκοδομίαν χειρυρ]εῖ· ἀπαλά τε ὄν]α τὰ νεότ]ια, ϗ τῶν π]ίλων γυμνὰ, οἷδε καλῶς ἐπὶ ψιλῶν καρφῶν εἰ ἀναπαύοι]ο, ὅτι κολασθήσε]αι ἀλγῦν]α· ὐκῦν ἐπὶ τὰ νῶτα τῶν προβάτων ἰζάνει, ϗ ἀποσπᾷ τῦ μαλλῦ, ϗ ἐν]εῦθεν τοῖς ἑαυ]ῆς βρέφεσι τὸ λέχος μαλακὸν ἔρωσεν. ΚΕΦ.

CAP. XXV.

De juſtitia Hirundinis.

AEQVOS mater hirundo pullos ſuos reddit, aequalem portionem in eſca ipſis diſtribuenda obſervans; neque enim unam eandemque, quae omnibus nutriendis ſufficiat, adferre poteſt; ſed puſillum et pauxillum cibi adducit. Primum in lucem editum primo paſcit, deinde ab illo ſecundum, tertium tertio loco partum alit, ſicque deinceps uſque ad quintum progreditur; neque enim plures quinque ferre in utero atque parere ſolet. Ipſa interim non amplius cibi capit, quam quem in nido praeterlapſum conſequitur. Hujus pulli, ſimiliter atque canum catuli, tardum viſum accipiunt; verum mater iis herbam adfert, qua admiſta, viſum ſenſim adipiſcuntur; dein paulum quiete confirmati ad volandum habiles e nido ad paſtum evolant. Hujus herbae homines quamvis compotes fieri ſummo cupiant opere, nunquam tamen in hac parte eorum ſtudio ſatisfactum eſt.

CAP. XXVI.

De Vpupa.

VPVPAE ex avibus maxime ferae ſunt, mihique videntur, propter memoriam eorum, quae inter homines paſſae ſunt, atque odium feminei ſexus, in deſertis et celſis rupibus nidum conſtruere; et, ne homines ad pullos ſuos accederent, luti vice humano ſtercore nidum illinunt, foetore et graveolentia animal ſibi infenſum arcentes et repellentes. Cum in deſerta parietis parte in lapidis rima vetuſtate acta haec avis peperiſſet, et parietis curator, pullis intus obſervatis, luto rimam obduxiſſet, upupa poſt reditum videns murum obſtructum, herbam attulit, et luto admovit: quo

ſtatim

ΚΕΦ. κέ.

Περὶ τῆς καλᾶ τὴν Χελιδόνα δικαιοσύνης.

Δικαίως ἡ μήτηρ ἡ χελιδὼν τὰς ἑαυτῆς νεοττιὰς ἐργάζεται, τὸ ἰσότιμον αὐτοῖς διὰ τῆς τροφῆς τῆς ἴσης φυλάττουσα· μίαν δὲ ἄρα ἃ κομίζει πᾶσιν, ἐπεὶ μηδὲ δύναται· ἀλλὰ μικρὰ μὲν καὶ ὀλίγα ἐστὶν, ὅσα ἄγει. Τὸν πρῶτον δὲ τεχθέντα πρῶτον τρέφει, δεύτερον δὲ τὸν ἐπ' ἐκείνῳ, καὶ τρίτον ζητίζει τὸν τῆς τρίτης ὠδῖνος, καὶ μέχρι τοῦ πέμπτου προείσι τὸν τρόπον τοῦτον· ὅτε γὰρ κύει χελιδὼν πλείονας ἁδὲ τίκτει. Αὐτὴ δὲ τοσοῦτον καλασπᾷ τῆς τροφῆς, ὅσον ἂν ἐν τῇ κοιλίᾳ κερδᾶναι δυνηθῇ παραῤῥεῦσαν αὐτῇ. Βραδέως δὲ ἐκβλέπει καὶ τὰ ταύτης βρέφη, ὡς καὶ τὰ τῶν κυνῶν ζκυλάκια· πόαν δὲ κομίζει καὶ προσάγει, τὰ δὲ ὑπαναβλέπει· εἶτα ἀτρεμήσαντα ὀλίγον ἐκπεπήσιμα ὄντα προείσι τῆς καλιᾶς ἐπὶ τὴν νομήν. Ταύτης τῆς πόας ἄνθρωποι γενέσθαι ἐγκραλεῖς δίψωσι, καὶ ἁδέπω νῦν τῆς ζπαδῆς καλέτυχον.

ΚΕΦ. κς'.

Περὶ Ἔποπος.

Οἱ ἔποπές εἰσιν ὀρνίθων ἀπηνέσταλοι, καί μοι δοκοῦσι τῶν προτέρων τῶν ἀνθρωπικῶν ἐν μνήμῃ, καὶ μέντοι καὶ μίσει τοῦ γένους τοῦ τῶν γυναικῶν, ὑποπλέκειν τὰς καλιὰς ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ τοῖς πάγοις τοῖς ὑψηλοῖς· καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ προσιέναι τὰς ἀνθρώπους αὐτῶν τοῖς βρέφεσιν οἵδε ἀντὶ τοῦ πηλοῦ χρίουσι τὰς καλιὰς, ἀποπάτημα ἀνθρώπου περιβαλόντες, τῇ δυσῳδίᾳ τε καὶ κακοσμίᾳ ἀνείργοντες καὶ ἀνασέλλοντες τὸ ζῶον τὸ ἑαυτοῖς πολέμιον. Ἔτυχε δὲ καὶ ἐν τῷ τοῦ τείχους ἐρημοτέρῳ ὅδε ὁ ὄρνις ποιησάμενος, ἔν τινι ῥήγματι λίθου ὑπὸ τοῦ χρόνου διασάντι· ἰδὼν ὁ τοῦ τείχους μελεδωνὸς ἔνδον τὰ βρέφη καλήλειψε τὸν χηραμὸν τῷ πηλῷ, καὶ ὑποστρέψας ὁ ἔποψ, ὡς εἶδεν αὐτὸν ἀποκλεισθέντα, πόαν ἐκόμισε, καὶ προσ-

ſtatim diſſoluto, illa ad pullos ſuos acceſſit, et inde ad paſtum rediit. Et cum idem ille rurſus parietem obduxiſſet, avis hac ipſa herba denuo eum reſeravit; atque id tertio factum eſt. Itaque cuſtos parietis, re animadverſa, herbam iſtinc auferebat, eamque adhibebat non ad hujuſmodi, ſed ad aperiendos theſauros nihil ad ſe pertinentes.

CAP. XXVII.

Quod Leones in Peloponneſo non naſcantur.

PELOPONNESVS leones non gignit. Idque, ut veriſimile eſt, erudita mente animadvertens Homerus, Dianam iſtic venantem canens, dixit, eam inceſſiſſe per Taygetum et Erymanthum,

Oblectantem ſe capris et velocibus cervis.

Quoniam montes iſti leonibus carent, eoſdem non memorat, et ſumma quidem cum ratione.

CAP. XXVIII.

De Perſeo piſce maris Rubri.

IN mari rubro piſcis naſcitur, eumque, quantum norim, Perſeum accolae vocant. Graeci quoque illum eodem nomine appellant, atque Arabes perinde ut Graeci, iſti enim etiam Perſeum Iovis filium celebrant, a quo hunc piſcem nomen traxiſſe praedicant. Is pari magnitudine eſt cum anthia maximo; adſpectu ſimilis eſt lupo; roſtrum habet leviter aduncum, et cingulis auro adſimulatis diſtinctum, quae a capite exorientia per tranſverſum feruntur, et ad ventrem uſque pertinent; frequentibus et permagnis dentibus munitus eſt. Omnes piſces vi, et corporis robore, antecellere dicitur; neque audacia ei deeſt. De piſcatione ejus et captura alibi dixi.

CAP.

ήνεγκε τῷ πηλῷ· ὁ δὲ καταρρύη, καὶ προσῆλθε πρὸς τὰ αὐτοῦ ἐκεῖνος τέκνα, εἶτα ἐπὶ νομὴν ἦξεν. Αὖθις ἦν ὁ αὐτὸς ἐπήλειψεν ἄνθρωπος, καὶ ἡ ὄρνις τῇ αὐτῇ πόᾳ ἀνέῳξε τὸν χηραμόν· καὶ τὸ τρίτον ἐπράχθη τὰ αὐτά. Ὁ τοίνυν τοῦ τείχους φύλαξ Συνιδὼν τὸ πρατόμενον, Συνεθείσης τῆς πόας ἀνελόμενος ἐχρῆτο ἐπ εἰς τὰ αὐτὰ, ἀλλὰ ἀνοίγων μηδέν οἱ προσήκοντας θησαυρούς.

ΚΕΦ. κζ'.

Ὅτι ἐ γίνεται Λέων ἐν Πελοποννήσῳ.

Ἡ Πελοπόννησος λεόντων ἄγονός ἐστι. Καὶ ὅσα γε εἰκὸς, Ὅμηρος πεπαιδευμένη φρενὶ Συνιδὼν τοῦτο, τὴν Ἄρτεμιν ἐκεῖ θηρῶσαν ᾄδων, εἶπεν· ὅτι ἄρα ἔπεισι τόν τε Ταΰγετον, καὶ τὸν Ἐρύμανθον,

Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισιν.

Ἐπειδὴ ἔρημα λεόντων τάδε τὰ ὄρη, καὶ μάλα εἰκότως ἐπ ἐμνήσθη αὐτῶν.

ΚΕΦ. κή.

Περὶ τοῦ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ Περσέως.

Γίνεται δὲ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ ἰχθὺς, καὶ ὅσα γε εἰδέναι καὶ ἐμὲ, ἔθνος Περσέα ἐπιχώριοι ὄνομα αὐτῷ. Καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες αὐτὸν ἔτω, καλοῦσι δὲ καὶ Ἄραβες ὁμοίως τοῖς Ἕλλησι· Διὸς γὰρ υἱὸν καὶ ἐκεῖνοι ᾄδουσι τὸν Περσέα, καὶ ἀπ' αὐτοῦ γε τὸν ἰχθὺν ὑμνοῦσι λέγεσθαι. Μέγεθος μὲν ἦν ἐστι καλὰ τὸν ἀνθίαν τὸν μέγιστον· ἰδεῖν δὲ ὅμοιος λάβρακι· γρυπός γε μὴν ἡσυχῇ ἔστος, καὶ ζώναις πεποίκιλται χρυσῷ προσεικασμέναις, ἄρχονται δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπικάρσιοι αἱ ζῶναι, καὶ ἐπὶ τὴν γαστέρα καταλήγουσι· πέφρακται δὲ ὀδοῦσι μεγάλοις καὶ πυκνοῖς. Λέγεται δὲ ἰχθύων περιεῖναι ῥώμῃ τε Σώματος, καὶ βίᾳ· ἀλλ' οὐδὲ τῆς τόλμης οἱ ἐνδεῖ. Θήραν δὲ αὐτοῦ καὶ ἄγραν εἶπον ἀλλαχόθι.

CAP. XXIX.

De Pinna, concha marina.

PINNA marinum animal e genere concharum eſt. Hiat autem diſſidentibus utrimque conchis, et carunculam ex ſe protendit, quae eſcae inſtar eſt piſcibus adnatantibus. Illam comitatur cancer, qui una cum ipſa alitur, et paſcitur. Cum igitur piſcis adnataverit, cancer eam levi morſu admonet; tumque pinna magis magiſque conchas aperit, et adnatantis piſcis caput intra eas recipit, comprimitque; et piſcem ita captum in cibo conſumit.

CAP. XXX.

De Cuculo.

HOMINIS eruditi haec etiam noſſe refert. Cuculus callidiſſimus eſt, et ex difficillimis facillima texere bene novit. Etenim ſibi conſcius eſt ſe neque incubare ovis, neque ea excudere poſſe ob frigidam coporis conſtitutionem, ut aiunt. Cum igitur pariat, nec nidum conſtruit, nec pullos alit; ſed obſervat aves, quando a nidis ſuis abſint; et vagentur, atque alienam domum ingreſſus, parit. Nec tamen quarumlibet avium nidos invadit, ſed alaudae, palumbis, chloridis, et curucae; novit enim illas ova ſuis ſimilia parere. Neque eo divertit, cum nidi earum vacui ſunt; ſi vero ova intus ſunt, iis ſua admiſcet. Quando autem multa illarum ova adſunt, ea ejecta perdit; ſuaque, quae ob ſimilitudinem dignoſci nec deprehendi poſſunt, relinquit. Et aves quidem, quas dixi, aliena ova excudunt; pulli vero cuculi ad volandum firmi, ſibi conſcii ſe ſpurios foetus eſſe, ad parentem evolantes accedunt; nam, pennis ſuccreſcentibus, alieni deprehenderentur, atque

ΚΕΦ. κθ΄.

Περὶ τῆς Πίννης τῆς θαλατλίας.

Η Πίννη θαλάσσιον ζῶον, κὴ ἔςι τῶν ὀςρείων. Κέχηνε δὲ τῇ διασάσει τῶν περικειμένων ὀςράκων, κὴ προλείνει ζαρκίον ἐξ ἑαυλῆς, οἱονεὶ δέλεαρ τοῖς παρανηχομένοις τῶν ἰχθύων. Καρκίνος δὲ αὐτῇ παραμένει, ζύνλροφός τε κὴ ζύννομος. Οὐκοῦν ὅταν τι τῶν ἰχθύων προσνέῃ, ὅδε ἐπένυξεν ἡσυχῇ αὐτήν· κὴ ἡ πίννη μᾶλλον ἀνέῳξεν ἑαυλὴν, κὴ ἐδέξαλο ἔσω τὸ ἐπιόνλος ἰχθύος τὴν κεφαλήν· καθίησι δὲ ὡς ἐπὶ τροφῇ, κὴ ἐσθίει αὐτόν.

ΚΕΦ. λ΄.

Περὶ Κόκκυγος.

Η Ν δὲ ἄρα οἰκεῖα τῷ πεπαιδευμένῳ κὴ ταῦτα εἰδέναι. Σοφώταλος ὁ κόκκυξ, κὴ πλέκειν εὐπόρως ἐξ ἀπόρων μηχανὰς δεινόταλος. Ἑαυλῷ μὲν γὰρ ζυνεπίσαλαι ἐπωάζειν ἀ δυναμένῳ, κὴ ἐκλέπειν, διὰ ψυχρότηλα τῆς ἐν τῷ ζώμαλι ζυγκράσεως, ὥς φασιν. Οὐκοῦν ὅταν τίκτῃ, ἤτε αὐτὸς νεοτλιὰν ὑποπλέκει, ἤτε τιθηνεῖται τὰ βρέφη· φυλάτλει δὲ ἄρα τὰς τῶν νεοτλῶν δεσπότας ἀφεσῶτας κὴ πλανωμένας, κὴ παρελθὼν εἰς καταγωλὴν ὀθνείαν, ἐνλίκλει. Οὐ πάνλων δὲ ὀρνίθων καλιαῖς ἐπιπηδᾷ ἔτός γε, ἀλλὰ κορύδα, κὴ φάτλης, κὴ χλωρίδος, κὴ πάππα· τούτοις γὰρ ζυνεπίσαλαι ὅμοια αὐτῷ ὠὰ τίκλασι. Καὶ κενῶν μὲν αὐτῶν ἀσῶν, ἀκ ἂν παρέλθοι· ὠῶν δὲ ἔνδον ὄνλων, εἶτα μένλοι τὰ ἑαυλᾷ παρενέμιξεν. Ἐὰν δὲ ᾖ πολλὰ τὰ ἐκείνων, τὰ μὲν ἐκκυλίσας ἠφάνισε· τὰ δὲ ἑαυλᾷ καλέλιπε, διαγνωσθῆναί τε κὴ φωραθῆναι δι' ὁμοιότηλα μὴ δυνάμενα. Καὶ οἱ μὲν ὄρνιθες οἱ προειρημένοι τὰ μηδὲν ζφίσι προσήκονλα ἐκγλύφασιν· ὑποπηγνύμενα δὲ ἐκεῖνα, ἑαυλοῖς ζυνεγνωκόλα τὴν νοθείαν, ἐκπέλαί τε, κὴ παρὰ τὸν γεινάμενον σέλλεται· τῶν γὰρ πλερῶν αὐτοῖς περιλυθέντων, γνωρίζεται ἀλλότρια ὄνλα, κὴ αἰκίζεται πικρόταλα.

Καὶ

atque acerrime verberarentur. Optimo anni tempore ſolum apparet cuculus, nempe ab ineunte vere uſque ad caniculae ortum, porro a conſpectu hominum abhorret.

CAP. XXXI.

De Gallinaceo, Leone, et Baſiliſco.

GALLINACEVS leoni terrorem incutit; eandemque avem timet baſiliſcus, ut fertur, atque ad conſpectum ejus contremiſcit, et canentem audiens convulſione adfectus moritur. Quam rem non ignorantes qui per Africam ejuſmodi animalis altricem iter faciunt, metu baſiliſci gallum itineris comitem et ſocium ſibi adjungunt, qui eos a tanto malo liberet.

CAP. XXXII.

Diverſorum Animalium diverſae adfectiones.

CRETA lupis, et reptilibus animalibus infeſta eſt. Audio etiam Theophraſtum dicentem, loca eſſe in Olympo Macedoniae monte, quae a lupis adiri non ſolent. Caprae Cephallenides ſex menſibus non bibunt. Abydenas autem oves nullas videri albas, ſed nigras omnes, ferunt. In hoc etiam differentia et proprietas quaedam animantium eſt; quod ex venenatis alia morſu et dentibus venenum, alia idem ictu et aculeo immittunt.

CAP. XXXIII.

De Libyca Aſpide, Vaccis Epiroticis, et Capris Scyriis atque Aegyptiis.

LIBYCAM aſpidem dicunt ſuo halitu oculorum uſum adverſus ſe, cum cervicem porrexerit, reſpicientibus eripere; aliam non excaecare quidem, ſed tamen celeriter interficere. Vaccas Epiroticas

Καὶ ὁρᾶται δὲ μίαν ὥραν τῦ ἔτυς τὴν ἀρίςην ὁ κόκκυξ· ἦρος γὰρ ὑπαρχομένυ ϗ αὐτὸς ἐμφανής ἐςιν εἰς ἀναλολὰς Σειρίυ, εἶτα τῆς τῶν πολλῶν ὄψεως ἀνεχώρησεν.

ΚΕΦ. λά.

Περὶ Ἀλεκτρυόνος, ϗ Λέοντος, ϗ Βασιλίσκυ.

Ἀλεκτρυόνα φοβεῖται ὁ λέων· ϗ βασιλίσκος δὲ τὸν αὐτὸν ὄρνιν, ὥς φασιν, ὀρῤῥωδεῖ, ϗ καλιδῶν τρέμει, ϗ ἀκόων ᾄδοντος ςπᾶταί τε ϗ ἀποθνήσκει. Ταῦτα ἄρα ϗ οἱ τὴν Λιβύην ὁδοιπορῆντες, τὴν τῶν τοιύτων τροφὸν, δέει τῦ προειρημένυ βασιλίσκυ, εἶτα μέντοι ςυνέμπορον ϗ κοινωνὸν τῆς ὁδῦ, τὸν ἀλεκτρυόνα ἐπάγονται, ὁσπερῦν τὸ τηλικῦτον κακὸν ἀπαλλάξει αὐτοῖς.

ΚΕΦ. λβ΄.

Ζώων διάφοροι ἀνιπάθειαι.

Ἡ Κρήτη ϗ τοῖς λύκοις, ϗ τοῖς ἑρπετοῖς θηρίοις ἐχθίςη ἐςίν. Ἀκύω Θεοφράςυ λέγοντος, ϗ ἐν τῷ Μακεδονικῷ Ὀλύμπῳ τοῖς λύκοις ἄβαλα εἶναι. Αἶγες δὲ ἄρα αἱ Κεφαλληνίδες ὐ πίνυσιν μηνῶν ἕξ. Ὄϊς δὲ Ἀβυδηνὰς ὐκ ὄψει λευκὰς, ὥς φασι, μελαίνας δὲ πάσας. Διαφορότης δὲ ἄρα τῶν ζώων ϗ ἰδιότης εἴη ἂν ϗ ταύτη· τὰ μὲν γάρ ἐςιν αὐτῶν δάκελα, ϗ ἐνίησιν ἀπὸ τῦ ὀδόντος φάρμακον· βληθὰ δὲ, ὅσα παίσαντα, εἶτα μέντοι ϗ ἐκεῖνά τι τοιῦτον κακὸν ἐνίησιν.

ΚΕΦ. λγ΄.

Περὶ τῆς Ἀσπίδος τῆς Λιβύσσης, ϗ Βοῶν Ἠπειρωτικῶν, ϗ αἰγῶν Σκυρίων ϗ Αἰγυπτίων.

Ἡ Λίβυσσα δὲ ἀσπὶς, ἀκύω τὸν πρὸς τὸ φύσημα αὐτῆς ἀνθιβλέψαντα, ὅταν προσθῇ τὸν τράχηλον, τυφλοῖ τὴν ὄψιν· ἡ δὲ ἄλλη ὐ τυφλοῖ μὲν, ἀποκτείνει δὲ ῥᾳ̃σα. Λέγονται

Epiroticas ferunt copioſiſſime mulgeri, et capras Scyrias lac praebere uberrimum omnium; Aegyptias quintuplicem partum edere, pleraſque geminum. Cauſam hujus rei eſſe Nilum aiunt, cujus aquae foecundiſſimae ſunt. Itaque paſtores, qui munditiae pecoris ſtudent, et gregis ſui curam agunt, aquam ex Nilo pecudibus, et maxime infoecundis, machina haurire ſolent.

CAP. XXXIV.

De cornu Bovis Indici.

PTOLEMAEO ſecundo ex India cornu allatum ferunt, quod tres amphoras capiebat. Hic ſane bos fuit, cui tale cornu excreverit.

CAP. XXXV.

De Perdicibus.

PERDICVM non eadem ubique vox eſt, ſed varia. Athenis, aliam ultra Corydalenſium pagum degentes, aliam citra iſtum pagum vocem fundunt. Harum variarum vocum quae ſint nomina, Theophraſtus explicat. In Boeotia, eique objacente Euboea, idem ſonant, et, ut ita dicam, ejuſdem ſunt linguae. In Cyrene ranae tantum omnino mutae ſunt: et in Macedonia ſues, et genus quoddam cicadarum.

CAP. XXXVI.

De Phalangio.

PHALANGII genus eſſe dicunt, quod rhax appellatur; ſive quod nigrum ſit, et re vera ſimile acino uvae tum colore, tum figura etiam rotunda, ſive aliam ob cauſam, ſcitu difficile eſt.

Naſcitur

ται δὲ βόες Ἠπειρωτικαὶ πολεῖσον ὅσον ἀμέλγεσθαι· καὶ αἶγες αἱ Σκύριαι γάλα ἀφθονώταλον παρέχειν, ὅσον ἐκ ἄλλαι αἶγες. Αἱ δὲ Αἰγύπλιαι, ἑκάση πέντε ἀπολίκλει, καὶ αἱ πολεῖσαι δίδυμα. Λέγελαι δὲ αἴτιος ὁ Νεῖλος εἶναι, εὐτεκνόταλον παρέχων ὕδωρ· ἔνθεν τοι καὶ τῶν νομέων τὰς ἄγαν φιλοκάλας, καὶ τῆς ποίμνης τῆς ζφελέρας ἔχονλας πεφρονλισμένως, ὕδωρ ἐκ τοῦ Νείλου ταῖς ἑαυλῶν ἀγέλαις ἄγειν μηχανῇ, ὅσον δύναλόν ἐσιν, καὶ ταῖς σερίφαις γε ἔτι καὶ μᾶλλον.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ Ἰνδικοῦ Βοὸς κέραλος.

Πτολεμαίῳ τῷ δευλέρῳ, φασὶν, ἐξ Ἰνδῶν κέρας ἐκομίσθη, καὶ τρεῖς ἀμφορέας ἐχώρησεν. Οὗτος ἄρα βοῦς ἦν, ὡς ἐκπεφυκέναι οἱ τηλικοῦτον κέρας.

ΚΕΦ. λέ.

Περὶ Περδίκων.

Περδίκων φθέγμα ἓν ἐδέπολε ἀκούσαις ἀπάνλων, ἀλλ' ἔσι διάφορον. Καὶ Ἀθήνησί γε οἱ ἐπέκεινα τοῦ Κορυδαλέων δήμου ἄλλό γε ἠχοῦσι, καὶ οἱ ἔπειλα δὲ ἄλλο. Τίνα δέ ἐσι τοῖς φθέγμασι τὰ ὀνόμαλα, ἐρεῖ Θεόφρασος. Ἐν δὲ τῇ Βοιωλίᾳ, καὶ τῇ ἀνλιπέρας Εὐβοίᾳ ὁμόφωνοί τέ εἰσι, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ὁμόγλωλοι. Ἄφωνοι δέ εἰσι τὸ παράπαν ἐν Κυρήνῃ μόνοι βάτραχοι· ἐν Μακεδονίᾳ δὲ ὗς, καὶ τετλίγων τι γένος, ἄφωνοι καὶ ἔτοι.

ΚΕΦ. λς'.

Περὶ Φαλαγίου.

Γένος φαλαγίου φασὶν εἶναι, καλοῦσι δὲ ῥάγα τὸ φαλάγγιον· εἴτε ὅτι μέλαν ἐσὶ, καὶ τῷ ὄνλι προσέοικε σαφυλῆς ῥαγὶ, καί πως ὁρᾶται καὶ περιφερὲς, εἴτε δι' αἰτίαν ἑτέραν,

Naſcitur in Libya pedibus breviſſimis, ore in medio ventre, morſuque celerrime perimit.

CAP. XXXVII.

De Ranis in Seripho.

In Seripho ranae nullam prorſus vocem edunt; ſi vero alio tranſferantur, acrem et aſperum ſonum edunt. In Piero Theſſaliae lacus eſt non perennis, ſed hieme tantum exiſtit, ex aquis in eum confluentibus; in hunc ranas ſi quis injiciat, ſilent, alibi tamen vocales. Seriphii de ſuis ranis gloriantur, cum Perſeus magno rediret ex certamine adverſus Meduſam, et magno itinere peracto, ut veriſimile eſt, feſſus requieſceret prope lacum, atque iſtic ſomnum capere vellet, ranas ſtrepentes eum interpellaſſe, et ſomnum interrupiſſe, atque idcirco ipſum moleſtia adfeciſſe; itaque Perſeum a patre Iove deprecatum fuiſſe, ut ranas clamare prohiberet: patrem vero ejus precationem exaudiſſe, ac filio ſuo gratificantem, ranas illius loci perpetui ſilentii condemnaſſe. Theophraſtus tamen hanc explodens fabulam, et Seriphiorum vanam gloriationem redarguens, aquae frigiditatem adfert cauſam eſſe cur hae mutae ſint.

CAP. XXXVIII.

De Gallinaceis; et lacu, qui in Pheneo eſt; atque de Cicadis.

In regionibus humidis, et ubi aer valde pluvius eſt, gallinaceos canere negat Theophraſtus. Lacus in Pheneo eſt, qui nullos alit piſces. Cicadas propter frigidam corporis temperiem tum demum, quum ſol incaluerit, canere idem ait.

CAP.

καλαγνῶναι ῥᾷον τῦτο ἐκ ἔςι. Γίνεται δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ, κὴ ἔχει πόδας μακρές· σόμα δὲ εἴληχεν ἐν μέσῃ τῇ γαςρὶ, κὴ ἔςιν ἀποκλεῖναι τάχιςον.

ΚΕΦ. λζ'.

Περὶ τῶν ἐν Σερίφῳ Βαλράχων.

ΕΝ Σερίφῳ βάτραχοι, τὸ παράπαν ἐκ ἂν αὐτῶν ἀκέσαις φθεγγομένων· εἰ δὲ αὐτὲς κομίσαις ἀλλαχόθι, διάτορόν τι κὴ τραχύταλον ἠχῆσιν. Ἐν Πιέρῳ δὲ τῆς Θετταλίας λίμνη ἐςὶν ἐκ ἀένναος, ἀλλὰ χειμῶνος ἐκ τῶν Ζυῤῥεόντων εἰς αὐτὴν ὑδάτων τίκεται· ἐκῆν ἐὰν ἐμβάλῃ τις βαλράχες εἰς αὐτὴν, Ζιωπῶσιν, ἀλλαχῆ φθεγγόμενοι. Ὑπὲρ δὲ τῶν Σεριφίων βατράχων κομπάζεσι Σερίφιοι, ἐλθεῖν ἐκ τῆ καλὰ τὴν Γοργόνα ἆθλε τὸν Περσέα πολλὴν περιελθόντα γῆν, κὴ οἷα εἰκὸς, καμόντα ἀναπαύσασθαι τῆς λίμνης πλησίον, κὴ καλακλινῆναι ὕπνε δεόμενον· τὲς δὲ βαλράχες βοᾷν κὴ ἐρεσχελεῖν τὸν ἥρωα, κὴ τὸν ὕπνον αὐτῷ διακόπειν, κὴ λυπεῖν δηλονότι· τὸν Περσέα δὲ εὔξασθαι τῷ παλρὶ τὲς βαλράχες καλασιγάσαι· τὸν δὲ ὑπακῆσαι, κὴ χαριζόμενον τῷ ἰεῖ τῶν ἐκεῖθι βαλράχων αἰώνιον Ζιγὴν καταψηφίσασθαι. Λέγει δὲ Θεόφραςος ἐκβαλὼν τὸν μῦθον, κὴ Σεριφίες τῆς ἀλαζονείας παραλύων, τὴν τῆ ὕδαλος ψυχρότητα αἰτίαν εἶναι τῆς ἀφωνίας τῶν προειρημένων.

ΚΕΦ. λή.

Περὶ Ἀλεκτρυόνων, κὴ τῆς ἐν Φενεῷ λίμνης, κὴ περὶ τετλίγων.

ΕΝ τοῖς ὑγροῖς χωρίοις, κὴ ἔνθα νοτιώτερος ὁ ἀὴρ ὑπεράγαν, οἱ ἀλεκτρυόνες ἐκ ᾄδεσι, φησὶ Θεόφραςος. Ἡ δὲ ἐν Φενεῷ λίμνη ἰχθύων ἄγονός ἐςιν. Ψυχροὶ δὲ ἄρα ὄντες τὴν Ζύγκρασιν οἱ τέτλιγες, εἶτα μέντοι πυρεμένε τῆ ἡλίε ᾄδεσιν, ἐκεῖνος λέγει.

CAP. XXXIX.

De Caprimulgo.

CAPRIMVLGVS animal eſt audaciſſimum; reliquas enim aviculas contemnit: inſidiatur autem maxime capris, atque earum uberibus advolans lac inde exſugit; neque a paſtore propterea poenam timet, etſi improbam mercedem pro ſaturitate reponere ſoleat: obturat enim uber cum traxerit, atque inde lactis fluxum prohibet.

CAP. XL.

De pullis Luſciniae.

MVLTI filium Aretes, quae Ariſtippi ſoror fuit, a matre edoctum celebrant. Ariſtoteles ait ſe vidiſſe pullos luſciniae, quae a matre in cantum erudiebantur. Luſcinia autem ex avibus libertatis amantiſſima eſt, ideoque ſi integra aetate capiatur, et in cavea occludatur, ſibi cavet, et a cibo et cantu abſtinet, atque aucupem ob ſervitutem ſilentio ulciſcitur. Quod cum homines experti fuerint, aetate jam grandes captas dimittunt, et pullos venari ſtudent.

CAP. XLI.

De Equis Indicis, et Aſinis unicornibus.

INDIA equos et aſinos uno cornu praeditos procreat, ut ferunt. Horum e cornibus pocula conficiuntur; in quae venenum mortiferum conjectum ſi quis biberit, inſidiae illum non laedent; horum enim utriuſque cornu ad vim veneni depellendam valere videtur.

CAP.

ΚΕΦ. λθ΄.

Περὶ Αἰγοθήλυ.

Τολμηρόταλον ἄρα ζώων ὁ αἰγοθήλας ἦν· τῶν μὲν γὰρ ὀρνίθων ὑπερφρονεῖ τῶν μικρῶν· ἐπιλίθεται δὲ ταῖς αἰξὶ καλὰ τὸ καρτερὸν, κὴ μέντοι τοῖς ἤθασιν αὐτῶν προσπελόμενος, εἶτα ἐκμύζᾷ ἐκ τοῦ γάλακτος· κὴ τὴν τιμωρίαν τὴν ἐκ τοῦ αἰπόλυ ὑ δέδοικε, καίτοι πονηρόταλον αὐταῖς μισθὸν ὑπὲρ τῆς πλησμονῆς ἀποδιδύς· τυφλοῖ γὰρ τὸν μασθὸν ὅταν ζπάσῃ, κὴ ἀποσβέννυσι τὴν ἐκεῖθεν ἐπιῤῥοήν.

ΚΕΦ. μ΄.

Περὶ τῶν ἀηδόνος νεοτλίων.

Μητροδίδακλον μὲν τὸ τῆς Ἀρίσης, οἷον τὸ τῆς ἀδελφῆς τῆς Ἀρισίππυ, ὑμνοῦσιν οἱ πολλοί. Λέγει δὲ Ἀρισοτέλης ἰδεῖν αὐτὸς τὰ νεότλια τῆς ἀηδόνος ὑπὸ τῆς μητρὸς διδασκόμενα ᾄδειν. Ἦν δὲ ἄρα ὀρνίθων ἡ ἀηδὼν ἐλευθερίας ἐράστρια ἰσχυρῶς, κὴ διὰ ταῦτα ἡ ἐντελὴς τὴν ἡλικίαν ὅταν θηραθῇ, κὴ καθειρτμένη ᾖ ἐν τῷ οἰκίσκῳ, φυλάττεται, κὴ τροφῶν κὴ ᾠδῆς ἀπέχεται, κὴ ἀμύνεται τὸν ὀρνιθοθήραν ὑπὲρ τῆς δυλείας τῇ ζιωπῇ. Οὑπερῶν οἱ ἄνθρωποι πεπειραμένοι, τὰς μὲν ἤδη πρεσβυτέρας κὴ ἀλόσας μεθιᾶσι, ζπυδάζυσι δὲ θηρᾶν τὰ νεότλια.

ΚΕΦ. μά.

Περὶ τῶν ἐν Ἰνδοῖς Ἵππων, κὴ Ὄνων κέρας ἐχόντων.

Ἵππυς μονόκερως γῆ Ἰνδικὴ τίκτει, φασὶ, κὴ ὄνυς μονόκερως ἡ αὐτὴ τρέφει. Καὶ γίνεται καί γε ἐκ τῶν κεράτων τῶνδε ἐκπώματα, κὴ εἴ τις εἰς αὐτὰ ἐμβάλῃ φάρμακον θανατηφόρον, ὁ πιὼν ὐδὲν ἡ ἐπιβυλὴ λυπήσει αὐτόν· ἔοικε γὰρ τὸ κέρας ἀμυντήριον τοῦ κακοῦ, κὴ τὸ τοῦ ἵππυ, κὴ τὸ τοῦ ὄνυ εἶναι.

ΚΕΦ.

CAP. XLII.

De Porphyrione ave.

PORPHYRIO animalibus excellit, et formae pulchritudine, et nominis convenientia, ac pulverulentis volutationibus gaudet, atque in locis, ubi columbarum lavatio esse solet, lavatur; nec prius tamen se vel pulveri vel lavacris committit, quam certum passuum numerum sibi sufficientem confecerit. Et propalam aegre cibum capit, ideoque se subtrahit, et secreto vescitur. Acerrima rivalitate laborat, et mulieres, quae sunt sine viro, observat; quod si cum matrefamilias stuprum fieri cognoverit, se strangulat. Volans non sublime fertur. Homines autem magnam voluptatem ex eo capiunt, ideo parce et provide illum alunt. In magnificis splendidisque aedibus porphyrio ludicra delectatio est; tum etiam intra claustra templi recipitur, atque istic sacer et solutus circumvagatur. Pavonem, ut formosus sit, luxuriose tamen viventes homines mactant, et comedunt; hanc enim avem pennae exornant, sed reliqui corporis nulla dignitas est. Porphyrionem vero cibi gratia in coenis apposuisse hominem scio neminem; non Calliam, non Ctesippum, Athenienses; nec Apicium, neque Hortensium, Romanos: quos e multis cum vario luxui, tum gulae in primis deditos et lurcones, paucos mihi commemorasse sat fuerit.

CAP. XLIII.

De Corvo senio adfecto.

CORVVS jam aetate adfecta, cum non pullos alere potest, seipsum eis cibum praestat; hi autem comedunt parentem. Vnde proverbium esse natum ferunt: *Mali corvi malum ovum.*

CAP.

ΚΕΦ. μβ'.

Περὶ Πορφυρίωνος ὄρνιθος.

Ὁ Πορφυρίων ὡραιόταλός τε ἅμα καὶ φερωνυμώταλόν ἐσι ζῶον, καὶ χαίρει κονιώμενος, ἤδη δὲ καὶ λέελαι τὸ τῶν περισερῶν λελρόν· ὃ πρότερον δὲ ἑαυλὸν ἐπιδίδωσι ταῖς κονίσραις, καὶ τοῖς λελροῖς, πρὶν ἂν βαδίση τινὰ ἀριθμὸν βαδίσεως ἀρχὴν τά οἱ· ζιλόμενος δὲ ἐπὶ μαρλύρων ἄχθελαι, καὶ διὰ ταῦτα ἀναχωρεῖ, καὶ ὑπολανθάνων ἐσθίει. Ζηλότυπος δέ ἐσιν ἰσχυρῶς, καὶ τὰς ἀνάνδρους τῶν γυναικῶν παραφυλάτλει, καὶ ἐὰν καλαγνῶ μοιχεύεσθαι τῆς οἰκίας τὴν δέσποιναν, ἀπάγχει ἑαυλόν. Οὐ πέτελαι δὲ ὑψηλός. Χαίρεσί γε μὴν οἱ ἄνθρωποι αὐτῷ, καὶ τρέφεσι πεφεισμένως καὶ προμηθῶς αὐτόν. Καὶ ἔοικεν εἰς ζοβαρὰς οἰκίας καὶ μέγα πλεσίας ἄθυρμα εἶναι· ἢ ὑποδέχελαι νεὼς αὐτὸν, καὶ ἄφελος ἀλᾶται, καὶ ἱερὸς περίεισιν εἴσω περιβόλε. Τὸν ταὼν μὲν ἓν ὡραῖον ὄντα καὶ καλαθύεσι, καὶ ζιλῆναι οἱ ἄσωλοι, τῷ γὰρ ὄρνιθος τὰ μὲν πλερὰ κόσμος ἐσὶ, τὸ δὲ ζῶμα ἦν τι ἀδέν. Πορφυρίωνα δὲ οὐκ οἶδα καλαθύσανλα ἀδένα ἐπὶ δείπνῳ, ὁ Καλλίαν, ὁ Κτήσιππον τὸς Ἀθηναίος, οὐκ Ἄκολον, οὐχ Ὁρλήσιον τὸς Ῥωμαίος· εἶπον δὲ ὀλίγος ἐκ πολλῶν ἀσώτως καὶ ἀκορεσάτως τῇ τε ἄλλῃ, καὶ μέν[τ]οι καὶ περὶ τὴν γασέρα.

ΚΕΦ. μγ'.

Περὶ Κόρακος γέρον[τ]ος.

Ὁ Κόραξ ὁ ἤδη γέρων, ὅταν μὴ δύνηλαι τρέφειν τὸς νεοτλὸς, ἑαυλὸν αὐτοῖς προλείνει τροφήν· οἱ δὲ ἐσθίεσι τὸν πατέρα. Καὶ τὴν παροιμίαν ἐνλεῦθέν φασι τὴν γένεσιν λαβεῖν, τὴν λέγεσαν· Κακῶ κόρακος κακὸν ᾠόν.

ΚΕΦ.

CAP. XLIV.

De Palumbium caſtitate.

Ex avibus caſtiſſimi celebrantur palumbes. Mas enim et femina conjugio alligati mutuo conſenſu ſibi invicem adhaerent, et caſte vivunt, neque alienum cubile appetunt. Quod ſi libidinoſos oculos in alios conjiciant, illos reliqui circumdant, et marem quidem mares diſcerpunt, feminas vero feminae. Hujuſce etiam modi lex caſtitatis ad turtures pertinet, ſanctaque et ſincera permanat: tum etiam ad columbas albas, praeterquam quod non utramque occidunt; nam marem duntaxat perimunt, feminam vero, illius miſericordia permoti, impunitam atque inultam in viduitate aetatem ducere permittunt.

CAP. XLV.

De partu Columbarum.

ARISTOTELES inquit feminis columbarum parturientibus mares adeſſe, et cultu omnique officio fungi; ſaepe etiam feminam errantem et vagantem compellere ad nidum; et cum peperierint ova, eas cogere, ut incubent; eoſdemque pariter cum feminis pullos fovere, pariterque alere; et primum nutrimentum, ne a cibis abhorreant, parentes pullis, terram ſalſuginoſam in os indere; quam ut guſtaverint, inde facillime reliquis cibis veſci queant. Cum rapacibus ceteris avibus foedere devinciuntur, pacemque gerunt; aquilas marinas et circos horrent, inquit. Contra accipitres quo aſtu utantur, audire operae pretium fuerit. Cum eas accipiter, qui natura ſua in altum et ſublime fertur, perſequitur, eae deorſum verſus elabi et volatum deprimere conantur: cum

ille

ΚΕΦ. μδ'.

Περὶ τῆς τῶν Φατ]ῶν Ϛωφρασύνης.

Ϛ Ωφρονέσα]αι ὀρνίθων αἱ φάτ]αι ἄδον]αι. Ὁ γῦν ἄῤῥην ϰ᾽ ὁ Θῆλυς Ϛυνδυασθέν]ες, ϰ᾽ οἱονεὶ Ϛυμπνεύσαν]ες εἰς γάμον, ἀλλήλων ἔχον]αι ϰ᾽ Ϛωφρονῦσι, ϰ᾽ ϶ϰ ἂν ὀθνείῳ λέχῳς ϶δέτερος ἅψαι]ο τῶν ὀρνίθων τῶνδε. Ἐὰν δὲ ἐποφθαλμιάσωσιν ἑτέροις, περιέρχον]αι αὐτὺς οἱ λοιποὶ, ϰ᾽ τὸν μὲν ἄῤῥηνα οἱ ὁμογενεῖς διασπῶσιν, αἱ Θήλειαι δὲ τὸν Θῆλυν. Οὗτος ἄρα ὁ τῆς Ϛωφροσύνης νόμος ϰ᾽ ἐς τὰς τρυγόνας ἀφιχνεῖται, ϰ᾽ ἄτρε]ος μένει· ϰ᾽ ἐς τὰς περισερὰς τὰς λευκὰς, πλὴν τῷ Θανα]ῶσθαι ἑκάτερον τὸν ὄρνιν· ἐπεὶ τὸν μὲν ἄῤῥενα ἀναιρῦσι, τὸν δὲ Θῆλυν ᾠκ]ειραν, ϰ᾽ εἴασαν ἀπαθῆ, ϰ᾽ περίεισι χῆρος.

ΚΕΦ. με.

Περὶ τῆς τῶν Περισερῶν ᾠδῖνος.

Ἀ Ρισο]έλης τῶν περισερῶν ϰ᾽ τὺς ἄῤῥενας ταῖς Θηλείαις ταῖς τικ]ύσαις Ϛυνωδίνειν λέγει, ϰ᾽ ἁλωμένας τῆς καλιᾶς ἔξω, Ϛυνωθεῖν τε ϰ᾽ Ϛυνελαύνειν, ϰ᾽ ὅταν τέκωσιν, ἐπωάζειν ἐκδιάζεσθαι· Θάλπειν γὰρ ϰ᾽ τὺς ἄῤῥενας τὰ νεότ]ια, ϰ᾽ Ϛυνδια]ρέφειν ταῖς Θηλείαις ὁ αὐτός φησι· ϰ᾽ ὑπὲρ τῦ μὴ ϰακοσίτυς εἶναι τὺς νεοτ]ὺς, πρώτην τροφὴν ἐνδιδόναι τοῖς βρέφεσι τὺς γειναμένυς ἁλμυρίδα γῆν, ἥσπερ ἔν γευσάμενα, εἶτα μέν]οι ϰ᾽ τῶν λοιπῶν ἑτοίμως Ϛι]εῖσθαι τὸ ἐν]εῦθεν αὐτά. Δοκεῖ δέ πως ταῖς περισεραῖς τὸ ἐν]εῦθεν πρὸς μὲν ἄλλυς ὄρνιθας τὺς ἁρπακ]ικὺς ἔνσπονδα εἶναι· τὺς μέν]οι ἁλιαέτυς ϰ᾽ τὺς ϰίρκυς ὡς περιφρίϰασί φησι. Πρὸς δὲ τὺς ἱέρακας οἷα παλαμῶν]αι, ἀκῦσαι ἄξιον. Ὅταν μὲν αὐτὰς διώϰῃ ὁ μελάρσιός τε ϰ᾽ εἰς ὕψος πεφυκὼς πέτεσθαι, αἴδε ὑπολισθαίνυσι τὴν πῆσιν, ϰ᾽ ϰα]ωτέρω ἑαυ]ὰς καθέλϰυσι, ϰ᾽ τὸ πλερὸν δὲ πειρῶν]αι πιέζειν· ὅταν δὲ ὁ ϰα]ωτέρω λαχὼν ἐϰ τῆς

ille in inferiori ſede aeris volat, illae contra in ſublime feruntur, et ſupra accipitrem, in ſublimi impetum facere non valentem, volantes fiducia implentur.

CAP. XLVI.

De nutricio Elephanti albi in India.

Cvm Indus quiſpiam elephantorum domitor elephanti album pullum offendiſſet, atque hunc etiam nunc tenerum aluiſſet, et paulatim manſuefeciſſet, eoque veheretur, et belluam amaret, et viciſſim redamaretur ipſe, ac ſimul ſuam elephantus educationem, cum maximis amicitiae officiis, huic Indo compenſaret; Indorum rex id intelligens, ſibi mitti elephantum popoſcit. Indus, ut amore captus, vehementi rivalitate flagrans, et valde dolens, ſi hunc alius quam ipſe eſſet habiturus, ſe daturum negavit, atque eo conſcenſo, in loca deſerta abiit. Rex autem id aegre ferens, mittit qui Indo elephantum auferrent, atque eum in judicium adducerent. Cum ergo eo perveniſſent, eique vim inferre inceptarent, homo illos de ſublimi caedebat, atque elephantus veluti injuria adfectum dominum ulciſcebatur: et haec quidem initio. Vbi autem percuſſus Indus ex eo delaberetur, elephas ſuum nutritium circuivit, ut ſolent, qui armis aliquem propugnant, atque ex invadentibus alios interfecit, alios in fugam vertit; denique proboſcide altorem amplexus attollit, et ad ſtabulum defert, et cum illo permanſit, tanquam amico fidelis amicus, eumque benevolentia proſequebatur. O ſceleratos homines, qui menſas et ſartaginum ſtridores ſequuntur, et prandia quaerunt; in periculis autem amicos deſerunt, amicitiae nomen temere et fruſtra polluentes.

CAP.

φύσεως τὴν πλῆσιν, αἵδε αἴρονται τε καὶ μελεωροποῦσι, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν πελόμεναι θαρροῦσιν, ἀνωλέρω αἴξαι μὴ δυνάμενον.

ΚΕΦ. μέ.

Περὶ πωλευτοῦ παρ' Ἰνδοῖς λευκοῦ Ἐλέφαντος.

Ἐλέφας πωλίῳ περιτυγχάνει λευκῷ πωλευτὴς ἐλέφας Ἰνδὸς, καὶ παραλαβὼν ἔτρεφε ἔτι νεαρὸν, καὶ καλὰ μικρὰ ἀπέφηνε χειροήθη, καὶ ἐπωχεῖτο αὐτῷ, καὶ ἦρα τοῦ κλήμαλος, καὶ ἀνηρᾶτο, ἀνθ' ὧν ἔθρεψε τὴν ἀμοιβὴν κομιζόμενος ἐκεῖνος· ὁ τοίνυν βασιλεὺς τῶν Ἰνδῶν πυθόμενος, ἤτει λαβεῖν τὸν ἐλέφαντα, Ὁ δὲ, ὡς ἐρώμενος ζηλοτυπῶν, καὶ μέντοι περιαλγῶν, εἰ ἔμελλε δεσπόσειν αὐτοῦ ἄλλος, ἐκ ἔφατο δώσειν, καὶ ᾤχετο ἀπιὼν εἰς τὴν ἔρημον, ἀναβὰς τὸν ἐλέφαντα. Ἀγανακτεῖ ὁ βασιλεὺς, καὶ πέμπει καθ' αὐτοῦ τοὺς ἀφαιρησομένους, καὶ ἅμα καὶ τὸν Ἰνδὸν ἐπὶ τὴν δίκην ἄξοντας. Ἐπεὶ δὲ ἦκον, ἐπειρῶντο πεῖραν προσφέρειν· ἐκὼν καὶ ὁ ἄνθρωπος ἔβαλλεν αὐτοὺς ἄνωθεν, καὶ τὸ θηρίον ὡς ἀδικούμενον ξυνημύνετο, καὶ τὰ πρῶτα ἦν τοιαῦτα. Ἐπεὶ δὲ βληθεὶς ὁ Ἰνδὸς καταῴλισθε, περιβαίνει μὲν τὸν τροφέα ὁ ἐλέφας, καὶ τοὺς ὑπερασπίζοντας ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ τῶν ἐπιόντων πολλοὺς ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ ἄλλους ἐτρέψατο· περιβαλὼν δὲ τῷ τροφεῖ τὴν προβοσκίδα, αἴρει τε αὐτὸν καὶ ἐπὶ τὰ αὔλια κομίζει, καὶ παρέμεινεν ὡς φίλῳ φίλος πιστὸς, καὶ τὴν εὔνοιαν ἐπεδείκνυτο. Ὦ ἄνθρωποι πονηροὶ, καὶ περὶ τράπεζαν μὲν καὶ ταγήνῳ ψόφον ἀεὶ, ἐπ' ἄριστά τε χορεύοντες· ἐν δὲ τοῖς κινδύνοις προδόται, καὶ μάτην καὶ εἰς ἀδὲν τὸ τῆς φιλίας ὄνομα χραίνοντες.

CAP. XLVII.

De Camelorum pietate erga matres.

DATE mihi facultatem, per Iovem patrium, interrogandi tragoedos, et, ante illos, fabularum ſcriptores, quid ſibi velint, tantam ignorantiam filio Laii attribuendo, atque etiam Telepho, qui infeliciter cum matre congreſſus, nec tamen complexu venereo junctus fuit, ſed eodem lectulo cum ea concumbens, idem perpetraſſet, niſi draco divino inſtinctu eos multotiens diremiſſet: ſiquidem animalibus rationis expertibus ejuſmodi concubitus ex corporis contactu natura cognoſcendos dedit, neque ea indiciis ullis egent, neque illius adventu, a quo in Cithaerone expoſitus fuit, ut Oedipus Sophocleus. Camelus igitur cum matre nunquam coit. Cum enim paſtor quiſpiam feminam, quoad ejus fieri poterat, exceptis genitalibus, obtexiſſet, deindeque filium matri adniſiſſet; hic prae coitus appetitu cum matre imprudens rem habuit, quod ubi intellexiſſet, auctorem nefandi coitus mordicus premens, et ad terram abjectum genibus affligens, cum ſummis doloribus interfecit; atque ſeipſum praecipitem deorſum egit. Oedipus ſane in hoc etiam imperite fecit, qui, cum inferenda ſibi manu calamitatem omnem effugere poſſet, oculos tantum excaecare ſuos voluerit, et ſuae familiae generique dira imprecari omnia, tanquam extremis hiſce malis jam praeteritae calamitati ullum adferret remedium.

ΚΕΦ. μζ'.

Περὶ τῆς τῶν Καμήλων εἰς μητέρας εὐσεβείας.

Δοτε μοι τὰς τραγῳδὰς, πρὸς τὸν παλρῷὸν Διὸς, ἢ πρό γε ἐκείνων τὰς μυθοποιὰς ἐρέσθαι, τί βελόμενοι τοσαύτην ἄγνοιαν τῷ παιδὸς τῷ Λαΐῳ καλαχέασι, ἢ τῷ Τηλέφῳ τῷ Ζυνελθόνλος τῇ μητρὶ τὴν δυσυχῆ Ζύνοδον, ἢ μὴ πειραθέντος μὲν τῆς ὁμιλίας, Ζυγκαλακλιθέντος δὲ τῇ γειναμένῃ, ἢ πράξαντος ἂν τὰ αὐτὰ, εἰ μὴ πολλάκις θεία πομπῇ διεῖρξεν ὁ δράκων· εἴ γε ἡ φύσις τοῖς ἀλόγοις ζώοις τὴν τοιαύτην μίξιν, ἢ ἐκ τῷ χρωτὸς προσαψαμένοις δίδωσι καλανοεῖσθαι, ἢ ἃ δεῖται γνωρισμάτων, ἃδὲ τῷ ἐκθέντος εἰς τὸν Κιθαιρῶνα, ὡς ὁ Οἰδίπους ὁ τῷ Σοφοκλέους. Οὐκ ἂν γᾶν πολε τῇ τεκούσῃ ὁμιλήσαι κάμηλος. Ὁ γάρ τοι νομεὺς τῆς ἀγέλης καλακαλύψας τὸν θῆλυν, ὡς οἷόν τε ἦν, ἢ ἀποκρύψας πάντα πλὴν τῶν ἄρθρων, τὸν παῖδα ἐπάγει τῇ μητρὶ, ἢ ἐκεῖνος λάθριος ὑπὸ ὁρμῆς τῆς πρὸς μίξιν ἔδρασε τὸ ἔργον, ἢ Ζυνῆκε· ἢ τὸν μὲν αἴτιον τῆς ὁμιλίας οἱ τῆς ἐκθέσμου δάκνων, ἢ παλῶν, ἢ τοῖς γόνασι παίων, ἀπέκλεινεν ἀλγεινόταλα· ἑαυτὸν δὲ καλεκρήμνισεν. Ἀμαθῶς δὲ ἢ καλὰ τοῦτο Οἰδίπους, ἐκ ἀποκλείνας, ἀλλὰ πηρώσας τὴν ὄψιν, ἢ τὴν τῶν κακῶν λύσιν μὴ γνοὺς ἔξὸν ἀπηλλάχθαι, ἢ μὴ τῷ οἴκῳ, ἢ τῷ γένει καλαρώμενον, εἶτα μέντοι κακῷ ἀνηκέστῳ ἰᾶσθαι κακὰ τὰ ἤδη παρελθόντα.

AELIANI
DE
NATVRA ANIMALIVM
LIBER IV.

CAPVT I.
De Perdicum libidine.

EX avibus Perdices ſunt ſalaciſſimi, ideoque feminas ſuas vehementiſſime amant, et continuo ad rem veneream proni ſunt. Qui autem eos ad pugnam alunt, quando in mutuum certamen incitant, feminam ſuam ſingulis adſtare curant, quod commentum ad timiditatem eorum atque ignaviam in certamine repellendam excogitarunt. Nunquam enim perdix victus in conſpectum amatae, vel conjugis, venire audet; quin potius plagis percuſſus morietur, quam ab adverſario retrocedens illam indecore adſpicere ſuſtineat, cui ſe approbare cupit. Idem etiam de amaſiis ſtatuerunt Cretenſes. Audio enim Cretenſem amatorem, cum cetera bonum tum bello ſtrenuum, adoleſcentem nobilem, forma excellentem, et animo magnum, atque ad optimas diſciplinas bene factum, ſed aetate nondum militiae apta, in deliciis habuiſſe: (utriuſque nomen alibi dixi) ſtrenua autem facinora juvenem iſtum in pugna edidiſſe Cretenſes aiunt, et tota hoſtili acie in ipſum irruente,

in

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Δ'.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Περὶ τῆς τῶν Περδίκων ἀκολασίας.

Ακολασόταλοι τῶν ὀρνίθων οἱ πέρδικές εἰσι, ταυτα τοι ϰὴ τῶν θηλειῶν ἐρῶσι δριμύταλα, ϰὴ τῆς λαγνείας ἡτλώμενοι ζυνεχέσταλά εἰσιν οἵ γε. Οὐκῦν οἱ τρέφοντες τὺς ἀθλητὰς πέρδικας, ὅταν αὐτὺς εἰς τὴν μάχην τὴν ϰαλ' ἀλλήλων ὑποθήγωσι, τὴν θήλειαν παρεσάναι ποιῦσιν ἑκάσῳ τὴν ζύννομον· ζόφισμα τῦτο δειλίας ϰὴ κάκης τῆς ϰαλὰ τὴν ἀγωνίαν ἀνλίπαλον αὐτοῖς εὑρόνλες. Οὐ γάρ τι πῦ ἡτλώμενος φανῆναι ἢ τῇ ἐρωμένῃ, ἢ τῇ γαμελῇ ὁ πέρδιξ ὑπομένει· τεθνήξελαι δὲ μᾶλλον παιόμενος, ἢ ὁμόσε χωρῦνλος ἀποσραφεὶς ἰδεῖν τολμήσει ταύτην ἀσχημόνως, παρ' ἣ βέλελαι εὐδοκιμεῖν. Τῦτό τοι ϰὴ Κρῆτες ὑπὲρ τῶν ἐρωμένων ἐνενόϑν. Ἀκῶ γὰρ Κρῆτα ἐρασὴν, ἀγαθὸν τά τε ἄλλα ϰὴ τὰ πολέμια, ἔχειν μὲν παιδικὰ εὐγενὲς μειράκιον, ὥρᾳ διαπρεπὲς, ϰὴ τὴν ψυχὴν ἀνδρεῖον, ϰὴ πρὸς τὰ κάλλισα τῶν μαθημάτων πεφυκὸς εὖ ϰὴ καλῶς, καλόμενον δὲ εἰς ἡλικίαν εἰς ὅπλα μηδέπω· (εἶπόν γε μὴν ἀλλαχόθι ϰὴ τῦ ἐρασῦ ϰὴ τῦ καλῦ τὸ ὄνομα) ἀρελὰς μὲν ἕν ἐν τῇ μάχῃ τὸν νεανίαν ἀποδίδοσθαί φασιν οἱ Κρῆτες, ἀθρόας δὲ εἰς αὐτὸν ὠθϑμένης τῆς τῶν ἐχθρῶν

in cadaver offendiſſe, et ſic fuiſſe ſubverſum perhibent. Cum vero ex hoſtibus quidam, qui proximus ei erat, gladium intentans tergum ejus eſſet trajecturus; ille converſus inquit, " Ne tu turpem " et imbellem plagam mihi inferas; ſed potius pectus meum feri, " ne amaſius me timiditatis condemnet, et a cadavere meo com- " ponendo abſtineat, ad me, ubi rem turpiter geſſerim, accedere " non ſuſtinens." Nec quidem mirum eſt, ſi quis, homo cum ſit, ignavus videri erubeſcat; perdicem autem verecundiae eſſe participem, peregregium hoc a natura donum eſt. Ariſtodemus autem, qui prae timore aufugit; et Cleonymus, qui clypeum abjecit; et pavidus Piſander, nec patriam, nec uxores, neque liberos ſunt reveriti.

CAP. II.

De Columbis in Eryce Siciliae, et feſto, quod Anagogia vocatur.

In Eryce Siciliae feſtum celebratur, quod Erycini et Siculi omnes Anagogia appellant. Cur autem ſic appelletur, cauſam afferunt, quod id temporis Venerem inde in Libyam proficiſci dicunt. Illud autem exiſtimant, illinc conjecturam facientes: maximus columbarum in iis locis numerus eſſe ſolet, nulla autem tum temporis apparet; dicunt igitur Erycini ipſas deae miniſtrantes peregre profectas eſſe: nam columbas Veneri ſacras eſſe iſti exiſtimant, et reliqui homines ſibi perſuadent. Novem diebus autem elapſis, unam forma inſignem ex pelago Libyco ſpectari revolantem, quae non ſit quemadmodum reliquae gregales columbae, ſed rubra; qualem nobis Anacreon Teïus canit eſſe Venerem, eam quodam loco purpuream, et auro ſimilem appellans, imitatione nimirum Homeri, qui eandem nobis auream celebrat: hanc caeterarum columbarum greges ſequuntur; atque feſtum Catagogia, ex reditu earum dictum, iterum celebrant Erycini.

CAP.

θρῶν φάλαγγος, προσπλαῖσαι νεκρῷ κειμένῳ, ϗ περιτραπῆναι λέγουσιν αὐτόν. Τῶν ἔν τις πολεμίων, ὁ μάλιστα πλησίον ἀνατεινόμενος, παίειν ἔμελλε καὶ τῶν μεταφρένων τὸν ἄνδρα· ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς, Μηδαμῶς, εἶπεν, αἰσχρὰν ϗ ἄναλκιν πληγὴν ἐπαγάγῃς, ἀλλὰ καὶ τῶν στέρνων ἀνίστου, ἵνα μή μι δειλίαν ὁ ἐρώμενος καταψηφίσηται, ϗ φυλάξηται περιστεῖλαί με νεκρὸν, ϗ μάλα γε ἀσχημονοῦντι προσελθεῖν ὐ τολμῶν. Αἰδεσθῆναι μὲν ἔν ἄνθρωπον ὄντα φανῆναι κακὸν, ὅπω θαυμαστόν· πέρδικι δὲ μεῖναι αἰδῶς, ὑπέρσεμνον τοῦτο ἐκ τῆς φύσεως τὸ δῶρον. Ἀριστόδημος δὲ ὁ τρέσας, ϗ Κλεώνυμος ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα, ϗ ὁ δειλὸς Πείσανδρος, ὅτε τὰς πατρίδας ἠδοῦντο, ὅτε τὰς γαμετὰς, ὅτε τὰ παιδία.

ΚΕΦ. β΄.

Περὶ τῶν ἐν Ἐρύκῃ τῇ Σικελικῇ Περιστερῶν, ϗ τῶν ἐκεῖθι καλουμένων Ἀγαγωγίων.

ΕΝ Ἐρύκῃ τῆς Σικελίας ἑορτή ἐστιν, ἣν καλοῦσιν Ἀναγώγια Ἐρυκῖνοί τε αὐτοὶ, ϗ μέντοι ϗ ὅσοι ἐν τῇ Σικελίᾳ πάσῃ. Ἡ δὲ αἰτία τοῦ τῆς ἑορτῆς ὀνόματος, τὴν Ἀφροδίτην λέγουσιν ἐντεῦθεν εἰς Λιβύαν ἀπαίρειν ἐν ταῖσδε ταῖς ἡμέραις. Δοξάζουσι δὲ ἄρα ταῦτα ταύτῃ ἐκεῖθεν τεκμαιρόμενοι· περιστερῶν πλῆθός ἐστιν ἐνταῦθα πάνυ πάμπλειστον, ὐκοῦν αἱ μὲν ὐκ ὁρῶνται· λέγουσι δὲ Ἐρυκῖνοι τὴν θεὸν δορυφορήσας ἀπελθεῖν· ἀθύρματα γὰρ Ἀφροδίτης περιστεράς εἶναι ἄδουσί τε ἐκεῖνοι, ϗ πεπιστεύκασι τοῦτο πάντες οἱ ἄνθρωποι. Διελθουσῶν δὲ ἡμερῶν ἐννέα, μίαν μὲν διαπρεπῆ τὴν ὥραν, ἔκ γε τοῦ πελάγους τοῦ κομίζοντος ἐκ τῆς Λιβύας ὁρᾶσθαι εἰσπεπομένην, ὐκ οἵαν καὶ τὰς ἀγελαίας πελειάδας τὰς λοιπὰς εἶναι· πορφυρᾶν δὲ, ὡσπεροῦν τὴν Ἀφροδίτην ὁ Τήϊος ἡμῖν Ἀνακρέων ᾄδει, πορφυρῆν που λέγων, ϗ χρυσῷ δὲ εἰκασμένη φανείη ἄν, ϗ τοῦτό γε καὶ τὴν Ὁμήρου θεὸν τὴν αὐτὴν, ἣν ἐκεῖνος ἀναμέλπει χρυσῆν· ἔπεται δὲ αὐτῇ τῶν περιστερῶν τὰ νέφη τῶν λοιπῶν, ϗ ἑορτὴ πάλιν Ἐρυκίνοις, ϗ τὰ Καταγώγια πανήγυρις· ἐκ τοῦ ἔργου ϗ τοῦτο τὸ ὄνομα.

CAP. III.

Quod Leo et Leaena non ſimul ad paſtum eant.

LVPVS et lupa, equus et equa, ſimul paſcuntur; non item leo et leaena; iſti enim eadem via, nec venatum, nec aquatum eunt: cauſa autem haec eſt, quod uterque corporis viribus confidat, neque alter altero opus habeat, ut aiunt peritiores.

CAP. IV.

De partu Luparum.

LVPAE partu non facile ſolvuntur, ſed diebus ac noctibus duodenis parturiunt continuis; quanto etiam tempore Latonam ex Hyberboreis in Delum perveniſſe Delii aiunt.

CAP. V.

De mutua quorundam Animalium inimicitia.

INIMICITIAS mutuas gerunt teſtudo et perdix; item crex et ciconia cum mergo, et cum laro harpa et ardea: alauda acanthylidi infenſa eſt, turtur pyrrhae; corvus etiam et milvus hoſtili ſunt animo: ſiren de genere apum hoſtem habet circen, circe autem et circus tum genere tum natura diſſident. Channa piſcis prae ceteris libidinoſus eſt. Formicas in Pheneo Laconicae albas eſſe fertur.

CAP.

ΚΕΦ. γ΄.

Περὶ Λεόντων, ὅτι μὴ ζύννομοι ἄρρην καὶ ὁ θῆλυς ζῶα ἀλλήλοις.

Λύκω ζυννόμω καὶ ἵππω, λέοντέ γε μὴν οὐκ ἔστον· λέαινα γὰρ καὶ λέων ὅτε τὴν αὐτὴν ἴασιν, ὅτε ἐπὶ θήρας, ὅτε ποιόμενοι· τὸ δὲ αἴτιον, τῇ τοῦ ζώματος ῥώμῃ θαῤῥοῦντες ἄμφω, εἶτα καὶ δεῖται θαλέρου ὁ ἕτερος, ὥς φασιν οἱ πρεσβύτεροι.

ΚΕΦ. δ΄.

Περὶ τῆς τῶν Λύκων ὠδῖνος.

Οὐ ῥᾳδίως οἱ λύκοι τὴν ὠδῖνα ἀπολύουσιν, ἀλλ' ἐν ἡμέραις δώδεκα, καὶ νυξὶ τοσαύταις· ἐπεὶ τοσούτῳ χρόνῳ τὴν Λητὼ εἰς Δῆλον ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθεῖν Δήλιοί φασιν.

ΚΕΦ. ε΄.

Περὶ Ζώων διαφόρων ἀλλήλοις πολεμίων.

ΖΩΑ ἀλλήλοις πολέμια χελώνη τε καὶ πέρδιξ, καὶ πελαργὸς καὶ κρὲξ πρὸς αἴθυιαν, ἅρπη καὶ ἐρωδιὸς πρὸς λάρον, κορυδαλὸς δὲ ἀκανθυλίδι νοεῖ πολέμια, τρυγόνι πρὸς πύῤῥαν διαφοραὶ, ἰκτῖνός γε μὴν καὶ κόραξ ἐχθροί· Σειρὴν μελίσσης ὄνομα πρὸς κίρκην, κίρκη δὲ πρὸς κίρκον οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ φύσει, διαφέρονται πεφύκασθον. Χάνη δὲ ἰχθὺς λαγνίσκος. Λευκὲς δὲ μύρμηκας ἐν Φενεῷ τῆς Λακωνικῆς ἀκμάζειν πάρεσιν.

CAP. VI.

De paſcuis Equorum: et quod [Equae] ventis ſe exponere gaudeant.

Equos pratis paſcuis et paluſtribus locis ventoſiſque delectari, homines equorum nutritionis periti fatentur. Vnde et Homerus in ejuſmodi rebus conſiderandis excellens, ut mihi videtur, alicubi cecinit:

Hujus ter mille equae per paluſtria paſcebantur.

Gaudere autem equas adſpiratione ventorum, et auſtro et boreae ſe exponere, norunt earum paſtores; idque non ignorans idem poëta dixit:

Harum aliquas et ipſe Boreas adamavit paſcentium.

Vnde et Ariſtoteles mutuatus eſt, niſi fallor, quod ſcribit, equas aliquando furentes recta adverſus hos ventos aufugere.

CAP. VII.

De Scythico equo vi adducto, ut cum matre coiret.

Scytharvm regem, cujus nomen mihi notum ſilentio praetermitto (quid enim mea refert?) equam habuiſſe audio, praeditam omni virtute, quae ab equo requiri et praeſtari queat; tum hujus quoque habuiſſe pullum ceteris equis virtute praeſtantem. Cum igitur equum alium non reperiret dignum, qui huic ipſi equae admitteretur, ſed neque equam tam generoſo pullo convenientem, ambos in eundem locum ad coitum coegiſſe; veruntamen eos ceteris quidem in rebus mutuo amore ſe invicem complexos fuiſſe, non tamen ad coitum perveniſſe. Cum igitur haec animalia conatum Scythae irritum reddebant, veſtibus utrumque obtexit, eaque inceſtum ſtuprum admiſerunt; quod quidem factum primum ut ambo intellexerunt, tam impium flagitium morte diſſolverunt, ſeque de praecipitio dejecerunt.

CAP.

ΚΕΦ. ς΄.

Περὶ νομῆς Ἵππων, καὶ ὅτι πολλάκις ἐξανεμῶνται.

Τοὺς ἵππους ἕλεσί τε, καὶ λειμῶσι, καὶ τοῖς καλῃνέμοις χωρίοις ἥδεσθαι μᾶλλον, ἱπποτροφίας τε καὶ πωλοτροφικῆς ἄνθρωποι σοφισταὶ ὁμολογοῦσιν. Ἐνθέν τοι καὶ Ὅμηρος, ἐμοὶ δοκεῖν, δεινὸς ὢν καὶ τὰ τοιαῦτα συνιδεῖν, ἔφη που,

Τῷ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος καλαβοσκολέονται.

Ἐξηνεμῶσθαι δὲ ἵππους πολλάκις ἱπποφορβοὶ τεκμηριοῦσι, καὶ καλὰ τὸν νότον, ἢ τὸν βορρᾶν φεύγειν· εἰδότα ἓν τὸν αὐτὸν ποιητὴν εἰπεῖν·

Τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων.

Καὶ Ἀριστέλης δὲ, ὡς ἐμὲ νοεῖν, λαβὼν ἐνταῦθεν, ἐυθὺ τῶν προειρημένων ἀνέμων οἰστρηθείσας ἀποδιδράσκειν ἔφατο αὐτάς.

ΚΕΦ. ζ΄.

Περὶ τοῦ Ἵππου τοῦ Σκύθου τοῦ βιασθέντος συνελθεῖν τῇ μητρί.

Ἀκέω τὸν Σκυθῶν βασιλέα, τὸ δὲ ὄνομα εἰδὼς ἐῶ (τί γάρ μοι καὶ λυσιτελές ἐστιν;) ἵππον σπουδαίαν ἔχειν πᾶσαν ἀρετὴν, ὅσην ἵπποι καὶ ἀπαιτοῦνται καὶ ἀποδείκνυνται· ἔχειν δὲ καὶ ὑὸν αὐτῆς ἐκείνης τῶν ἄλλων ἀρετῇ διαπρέποντα. Οὐκοῦν εὑρίσκοντα ὅτε ἐκείνην ἄλλῳ παραβαλεῖν ἀξίῳ, ὅτε ἐκεῖνον ἐπαγαγεῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ λαβεῖν σπέρμα ἀγαθῇ, καὶ διὰ ταῦτα ἀμφω συναγαγεῖν εἰς τὸ ἔργον· τοὺς δὲ τὰ μὲν ἕτερα ἀσπάζεσθαι σφᾶς καὶ φιλοφρονεῖσθαι, ἀ μὴν ἐγχρίμπτεσθαι. Οὐκοῦν ἐπεὶ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ Σκύθου σοφώτερα ἦν τὰ ζῶα, ἐπηλύγασεν ἰμαλίοις καὶ τὸν καὶ τὴν, καὶ ἐξειργάσαντο τὸ ἔκνομόν τε καὶ ἔκδικον ἐκεῖνο ἔργον· ὡς δὲ ἄμφω συνεῖδον τὸ πραχθὲν, εἶτα μέντοι τὸ ἀσέβημα διέλυσαν τῷ θανάτῳ, πηδήσαντε κατὰ κρημνοῦ.

ΚΕΦ.

CAP. VIII.

De Equiſone Equae amore capto.

EQVAM Eudemus ait adoleſcentem, ac armenti praeſtantiſſimam, tanquam pulchram puellam, et omnium puellarum iſtius loci formoſiſſimam, ab equiſone adamatam fuiſſe; primumque temperantem fuiſſe, deinde inſolitum lectum auſum fuiſſe invadere et cum eadem rem habere. Vbi vero equae pullus, et ipſe formoſus, id, quod factum erat, vidiſſet, aegre tulit matrem a domino tam violenter tractari, atque impetu facto eum occidit; atque cum obſervaſſet, ubi humaretur, eo profectus cadaver rurſus effodit, et nulla non contumelia adfecit, idque jam nullum ſenſum doloris percipiens foede laceravit.

CAP. IX.

De Piſcibus eorumque coitu.

EX piſcibus plurimi in venerem magis verno tempore exardeſcunt, et in Pontum tunc praecipue ſecedunt; quod in eo cava et cubilia naturae munere piſcibus idonea ſint; idemque a feris beſtiis, quas mare alit, liber eſt. Soli delphini parvi illic et infirmi errant; polypis, paguris, aſtacis caret; qui ſane parvulis piſciculis pernicioſi exiſtunt.

CAP. X.

Quid ſub novilunio Elephanti agant.

LVNA nova niteſcente, audio elephantos naturali quadam et ineffabili intelligentia e ſylva, ubi paſcuntur, ramos recens decerptos auferre, eoſque deinde in ſublime tollere, et ſuſpicere, et leviter ramos movere, tanquam ſupplicium quoddam deae protendentes, ut ipſis propitia et benevola eſſe velit.

CAP.

ΚΕΦ. ή.

Περὶ τῦ Ἱπποκόμυ τῦ ἐρασθέντος τῆς Ἵππυ.

Λέγει Εὐδημος ἵππυ νέας καὶ τῶν νεμομένων τῆς ἀρίστης ἐρασθῆναι τὸν ἱππόκομον, ὡσπερεῖν καλῆς μειράκιος, καὶ τῶν ἐν τῷ χωρίῳ ὡρικωτέρας πασῶν· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐγκαρτερεῖν, τελευτῶντα δὲ ἐπιτολμῆσαι τῷ λέχει τῷ ξένῳ, καὶ ὁμιλεῖν αὐτῇ. Τῇ δὲ εἶναι πῶλον, καὶ τοῦτον καλὸν, θεασάμενόν γε μὴν τὸ πρατθόμενον, ἀλγῆσαι, ὡσπερεῖν τυραννυμένης μητρὸς ὑπὸ τῦ δεσπότυ, καὶ ἐμπηδῆσαι, καὶ ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα· εἶτα μέντοι καὶ φυλάξαι ἔνθα ἐτάφη, καὶ φοιτῶντα ἀνορύττειν αὐτὸν, καὶ ἐνυβρίζειν τῷ νεκρῷ, καὶ λυμαίνεσθαι λύμην ποικίλην, ὡς αἰσθανομένῳ ἀλγοῦντα αὐτόν.

ΚΕΦ. θ.

Περὶ ἰχθύων καὶ τῆς μίξεως αὐτῶν.

Τῶν ἰχθύων διὰ τὸ ἦρος οἱ πλεῖστοι εἰς τὴν Ἀφροδίτην πρόθυμοί εἰσιν, καὶ ἀποκρίνυσί γε αὐτὰς εἰς τὸν Πόντον μᾶλλον· ἔχει γάρ πως θαλάμας τε καὶ κοίτας ἐκ φύσεως ταῦτα ἰχθύσιν ὁ Πόντος τὰ δῶρα· ἀλλὰ καὶ θηρίων ἐλεύθερός ἐσιν, ὅσα βόσκει θάλατται. Δελφῖνες δὲ ἀλῶνται μόνοι λεπτοί τε καὶ ἀσθενικοί· καὶ μὴν καὶ πολύπυ χῆρός ἐσιν, καὶ παγύρυ ἄγονος, καὶ ἀσαρκὸν ὃ τρέφει, μικρῶν δὲ ἰχθύων ὅδε ὅλεθρός ἐσιν.

ΚΕΦ. ί.

Τί δρῶσι τῇ νυμηνίᾳ οἱ Ἐλέφαντες.

Πυνθάνομαι, Σελήνης ὑποφαινομένης νέας, τὰς ἐλέφαντας καθά τινα φυσικὴν καὶ ἀπόῤῥητον ἔννοιαν ἐκ τῆς ὕλης, ἐν ᾗ νέμονται, νεοδρεπεῖς ἀφελόντας κλάδυς, εἶτα μέντοι μελεώρυς ἀναλείνειν, καὶ πρὸς τὴν θεὸν ἀναβλέπειν, καὶ ἡσυχῇ τὰς κλάδυς ὑποκινεῖν, οἷον ἱκετηρίαν τινὰ ταύτην τῇ θεῷ προλείμονας, ὑπὲρ τῦ ἵλεών τε καὶ εὐμενῆ τήν γε θεὸν εἶναι αὐτοῖς.

ΚΕΦ.

CAP. XI.

De Equarum libidine.

SOLAS de beſtiis equas, etiam ſi ventrem ferunt, ſe iniri ſuſtinere audio; incendi enim eas libidine ex feminis maxime: itaque libidinoſas mulieres equas vocari ſolere ab eis, qui gravius iis convitium facere ſtudent.

CAP. XII.

De Perdicum ovis et pullis.

PERDICVM foetus, intra ovum etiam nunc circumplicatione teſtarum comprehenſi, a parentibus ſui excluſionem ex ovis minime expectant; ſed per ſe ipſi, tanquam fores pulſantes, ova elidunt, et jam foras eminentes ſe ipſos impulſu ſuo impellunt, ovique etiam nunc tegumento circumveſtiti currunt, atque a dimidia teſtae parte, ſi adhuc circa caudam adhaereſcat, ſemet excutientes liberant, et velociſſime ad cibi inquiſitionem proſiliunt.

CAP. XIII.

Iterum de Perdicibus.

EX perdicibus, qui vocis contentione et cantu valent, et linguae facultati confidunt, quique pugnaces et ad certamen habiles ſunt, ſe minime dignos credunt, qui ad extruendas menſas capiantur; unde fit, quod parum contra venatores de ſua libertate depugnent, quo minus comprehendantur; ſibi praefidentes, quod a caede ſtudioſe ad cantus et certamina ſervabuntur. Reliqui autem perdices, et potiſſimum qui nuncupantur Cirrhaei, ſibi conſcii, quod nec ad certamina valent, neque pulchre cantare ſciunt, et ſi capiantur, futuros ſe prandium his, qui ceperint, naturali quadam callidítate ſe eſui ineptos reddunt; et cum ab omni alia eſca, quae eos oblectare et ad pinguitudinem perducere queat, ſua ſponte abſtinent,

ΚΕΦ. ια.

Περὶ τῶν Ἵππων τῶν θηλειῶν λαγνείας.

Μόνας ἀκέω τῶν ζώων τὰς ἵππους, ἢ κυήσας, ὑπομένειν τὴν τῶν ἀῤῥένων μίξιν· εἶναι γὰρ λαγνισάτας. Διὰ ταῦτά τοι ἢ τῶν γυναικῶν τὰς ἀκολάσους, ὑπὸ τῶν ζεμνοτέρως αὐτὰς εὐθυνόντων, καλεῖσθαι ἵππους.

ΚΕΦ. ιϐ'.

Περὶ Περδίκων ὠῶν ἢ νεοττῶν.

Οἱ πέρδικες ἐν τοῖς ὠοῖς οἰκοῦντες ἔτι, ἢ καταλειλημμένοι τοῖς περιπεφυκόσι ζφίσι ὀρράκοις, οὐκ ἀναμένουσι τὴν ἐκ τῶν γεινομένων ἐκγλυφήν· ἀλλ' αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν, ὥσπερ θυροκοποῦντες, ἐκκρούουσι τὰ ὠὰ, ἢ ἐκκύψαντες εἶτα ζφᾶς ἑαυτοὺς ἀνωθοῦσι, ἢ τὸ τοῦ ὠοῦ λέμμα περιῤῥήξαντες ἤδη θέουσι, ἢ τὸ πρὸς τῷ ὀραίῳ ἡμίτομον, εἰ προσέχοιτο, διασεισάμενοι ἐκβάλλουσιν αὐτὸ, ἢ τροφὴν μασεύουσι, ἢ πηδῶσιν ὤκιστα.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ τῶν αὐτῶν ἢ πάλιν.

Τῶν περδίκων οἱ τοροί τε ἢ ᾠδικοὶ τῇ ζφετέρᾳ θαῤῥοῦσιν εὐγλωττίᾳ, ἢ οἱ μαχητικοὶ δὲ ἢ ἀγωνιστικοὶ, ἢ ἐκεῖνοι πεπιστεύκασιν, ὅτι μή εἰσιν ἄξιοι παρανάλωμα γενέσθαι τεθηραμένοι· ἢ διὰ ταῦτα ἁλισκόμενοι, ἧττον πρὸς τοὺς θηρῶντας διαμάχονται ὑπὲρ τοῦ μὴ ἁλῶναι· ὅτι γὰρ ζπουδασθήσονται, ἢ οἴδε πιστεύουσι ἢ τῇ μάχῃ ἢ τῇ ᾠδῇ. Οἱ δὲ ἄλλοι, ἢ ἔτι μᾶλλον οἱ Κιῤῥαῖοι, ζυνεγνωκότες ἑαυτοῖς ἔτε ἀλκὴν ἀγαθοῖς, ἔτε ᾄδειν, καλῶς δὲ ἐγνωκότες ὅτι ἄρα ἁλόντες ἔσονται δεῖπνον τοῖς θηρηκόσι, παλαμῶνται ζοφίᾳ τινὶ φυσικῇ ἑαυτοὺς ἀβρώτους παρασκευᾶσαι· ἢ τῆς μὲν ἄλλης τροφῆς, ἥ-

ſtinent, tum ut ne idonei ſint ad hominum menſas, cupide alliis veſcuntur. Quod cum cognorint aucupes, libertatem iis ſponte indulgent; cui vero antea tales capiendi facultas defuit, capiendis iis et decoquendis tempus et operam perdit, et illorum carnem inſuavem experietur.

CAP. XIV.

De Muſtela et Serpente, eorumque pugna.

MVSTELA et ſerpens pernicioſa animalia ſunt. Cum igitur muſtela cum ſerpente pugnatura eſt, primum quidem rutam edit, deinde fidenti animo ad pugnam, tanquam armis tecta, procedit. Cauſa eſt, rutae odor ſerpentibus infeſtus.

CAP. XV.

De Luporum ſatietate.

LVPVS ad ſatietatem expletus ne minimum quidem deinceps deguſtat; undique enim ipſi venter turget, lingua intumeſcit, os obſtruitur; atque inſtar agni occurrentibus manſuetus eſt, nec homini neque pecori inſidias molitur, etiamſi per medium gregem ingrediatur. Paullatim autem ejus lingua detumeſcente, ad veterem habitum redit, atque iterum lupus exſiſtit.

CAP. XVI.

De Gallinaceis et Perdicibus.

GALLINACEI, ſi feminae deſint in corte, eum, qui recentior advenerit, omnes ineunt. Perdices etiam cicures recenti adventu novum et nondum cicurem eodem modo ineunt. Iidem

τις αὐτὲς εὐφραίνει τε ϗ ϖιαίνει ἐκόλες ἀπέχολαι, ζχόροδα δὲ ζιᾶνλαι ϖροθυμώταλα. Οἱ τοίνυν ταῦτα ϖρομαθόλες, ἐσπείσανλο ϖρὸς αὐτὲς ἐκόλες ἀθηρίαν· ὅσις δὲ τῇ τέτων ἄγρᾳ ϐ ϖροενέτυχε, ζυλλαθὼν ϗ καθεψήσας ἀπώλεσε ϗ τὸν χρόνον, ϗ τὴν ἐπ' αὐτῷ ζπεδὴν, ϖονηρᾶ ϗρέως ϖειραθείς.

ΚΕΦ. ιϑ'

Περὶ Γαλῆς ϗ Ὄφεως, ϗ τῆς μάχης αὐτῶν.

ΚΑκὸν θηρίον ἡ γαλὴ, κακὸν δὲ ϗ ὁ ὄφις. Οὐκοῦν ὅταν μέλλει γαλὴ τῷ ὄφει μάχεσθαι, ϖήγανον διαλραγοῦσα ϖρότερον, εἶτα μέντοι διαθαῤῥοῦσα ἐπὶ τὴν μάχην, ὡσπερᾶν ϖεφραγμένη τε ϗ ὡπλισμένη ϖαραγίνελαι. Τὸ δὲ αἴτιον, τὸ ϖήγανον ϖρὸς ὄφιν ἔχθισόν ἐσιν.

ΚΕΦ. ιέ.

Περὶ τῆς τῶν Λύκων ϖλησμονῆς.

Ο Λύκος ἐμπλησθεὶς εἰς κόρον ϐκ ἂν τᾷ βραχίσᾳ τὸ λοιπὸν ἐπιγεύσαιλο· ϖεριλείνελαι μὲν γὰρ ἡ γασὴρ τῷδε, οἰδαίνει δὲ ἡ γλῶλλα, ϗ τὸ ζόμα ἐμφράγνυλαι· ϖραόταλος δὲ ἐνλυχεῖν ἐσιν ἀμνᾷ δίκην, ϗ ϐκ ἂν ἐπιϐαλεύσαι ἢ ἀνθρώπῳ ἢ θρέμμασιν, ϐδὲ εἰ τῆς ἀγέλης βαδίζει μέσος. Μειᾶται δὲ ἡσυχῇ ϗ καθ' ὀλίγον ἡ γλῶλλα αὐτῷ, εἶτα εἰς τὸ ἀρχαῖον ζχῆμα ἐπάνεισι, ϗ λύκος γίνελαι αὖθις.

ΚΕΦ. ις'.

Περὶ Ἀλεκλρυόνων ϗ Περδίκων.

Ἀλεκλρυόνες ἐν ἀγέλῃ τὸν νέηλυν, ὅσης θηλειῶν ἀπορίας, ἀναϐαίνϐσι ϖάνλες. Καὶ οἱ τιθασσοὶ δὲ ϖέρδικες τὸν ἤκονλα ϖρῶτον ϗ ὅϖω πεπραϋσμένον τὰ αὐτὰ δρῶσιν. Ἀμειϐόμενοι δὲ οἱ πέρδικες τὲς τρέφονλας ϗ αὐτοὶ παλεύϐσι τὲς

ſuos altores remunerantur, feros enim et nondum captos allectant. Vtitur vero perdix venator illecebris quibuſdam ad illiciendos feros; ante retia enim propoſitus cantum edit eos laceſſentem ad pugnam, eoſdemque ut ex inſidiis in laqueos inſerat incitantem. Sylveſtrium dux contra cantat, et ſuum gregem praecurrens obviam procedit, cum hoc luctaturus, Cicur autem per malitiam ſemper inſidias inſtruens, pedem refert, ſe timere ſimulans: alter vero ſpe atque animo inflatus, ſimul et ſibi jam victoriam deſpondens, impetum facit; ſed mox captivus compage tenetur. Quod ſi perdix, qui captus eſt, mas fuerit, ceteri gregales ei ipſi captivo opem ferre conantur; ſin femina, captivam ipſam omnes feriunt, ut quae libidine incenſa in ſervitutem inciderit. Nec vero illud praetereundum, quandoquidem etiam auditu dignum eſt. Si perdix allectatrix ſit femina, ne mas incidat, feminae, quae ſunt extra, illum ex caſu in laqueum propinquo ſervant, ſuo cantu tanquam amatorio retractum; nam ubi plures et ſibi conſuetas viderit feminas, ad illas libentius, relicta allectatrice, accedit.

CAP. XVII.

De Erinaceorum terreſtrium et Lyncis invidia.

TERRESTRIS erinaceus inter animalia invida cenſetur. Is ſtatim ut capitur, urina tergus ſuum conſpergit, cujus vi perfuſum corrumpitur; et quod futurum erat ad multa utile, reddit inutile. Et lynx etiam urinam ſuam in terram occultat; quae ubi concreverit ac congelarit, lapis efficitur, et ad ſculpturam idoneus eſt, et propter eandem, ut aiunt, exornando muliebri mundo accommodatus.

CAP.

ἀφέτυς ϰ᾽ ἀγρίυς, καὶ τὰς περιστερὰς δρῶντες ϰ᾽ ἕτοι τῦτο. Προσάγεται δὲ ἄρα ὁ πέρδιξ ϰ᾽ Σειρῆνας εἰς τὸ ἐφολκὸν, προτείνει τε τῶν ἄλλων τὸν τρόπον τῦτον· ἔσηκεν ᾄδων ὁ πρῶτος, ϰ᾽ ἔστιν οἱ τὸ μέλος προκλητικὸν εἰς μάχην ὑποθῆγον τὸν ἄγριον· ἔσηκε δὲ ἐλλοχῶν πρὸς τῇ πάγῃ. Ὁ δὴ τῶν ἀγρίων κορυφαῖος ἀνάσας πρὸ τῆς ἀγέλης, ὡς μαχύμενος ἔρχεται. Ὁ τοίνυν τιθασσὸς ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ, δεδιέναι σκηπτόμενος· ὁ δὲ ἔπεισι γαῦρος, ὡς οἷα δή πυ κρατῶν ἤδη, ϰ᾽ ἐάλωκεν ἐνσχεθεὶς τῇ πάγῃ. Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἄῤῥην ὁ τοῖς θηράτροις παραμένων, πειρῶνται ἐπικυρεῖν οἱ σύννομοι τῷ ἑαλωκότι· ἐὰν δὲ ᾖ θῆλυς, παίυσι τὸν ἐνσχεθέντα ἄλλος ἀλλαχόθεν, ὡς διὰ τὴν λαγνείαν εἰς δυλείαν ἐμπεσόντα. Καὶ ἐκεῖνο δὲ ὐ παρήσω, ἐπεὶ ϰ᾽ ἄξιον ἀκῦσαι αὐτό. Ἐὰν ᾖ θῆλυς ὁ παλεύων, ἵνα μὴ ἐμπέσῃ ὁ ἄῤῥην αἱ ἔξω θήλειαι μέλος ἀνῳδὸν ἠχῦσι, ϰ᾽ ῥύονται τὸν ἐμπεσύμενον εἰς τὴν πάγην, ταῖς συννόμοις ϰ᾽ πλείοσιν ἀσμένως συνδραμόντα, ὡς ἂν ἴυγί τινι ἐλχθέντα, ναὶ μὰ Δία ἐρωτικῇ.

ΚΕΦ. ιζ΄.

Περὶ τῆς τῶν Ἐχίνων τῶν χερσαίων, ϰ᾽ Λυγὸς βασκανίας.

ΕΚ τῶν βασκάνων ζώων μέντοι ϰ᾽ ἐχῖνος ὁ χερσαῖος εἶναι πεπίστευται. Ὅταν γῦν ἁλίσκηται, παραχρῆμα ἐνύρησε τῷ δέρματι, ϰ᾽ ἀχρεῖον ἀπέφηνεν αὐτό· δοκεῖ δὲ εἰς πολλὰ ἐπιτήδειον. Καὶ ἡ λυγξ δὲ ἀποκρύπτει τὸ ἦρον· ὅταν γὰρ παγῇ, λίθος γίνεται, ϰ᾽ γλυφαῖς ἐπιτήδειός ἐστι, ϰ᾽ τοῖς γυναικείοις κόσμοις συμμάχεται, φασὶ, διὰ τῆς γλυφῆς.

ΚΕΦ.

CAP. XVIII.

De Leontophono, Inſectis, aliiſque animalibus.

LEONEM ingeſtus leontophonus perimit, Inſecta oleo ſi quis inungat, perdiderit. Vulturum pernicies unguentum eſt. Scarabaei roſis injectis pereunt.

CAP. XIX.

De Canibus Indicis.

CANES Indicos feris adnumero; nam et viribus et animi ferocia praeſtant, et corpore omnium maximo. Cetera quidem animalia contemnit, cum leone vero contendit Indicus canis; quem et urgentem ſuſtinet, et rugienti oblatrat, et mordentem remordet; denique multa in eum auſus, et vulneribus quoque inflictis, vincitur tandem canis: quanquam et ipſe interdum vincit, ac in venatione leonem perdit. Morſu quidem ſi apprehenderit, pertinaciſſime premit; adeo ut ſi quis etiam gladio crus ei diſſecuerit, in quantocunque dolore non remittat, donec mortis ſupervenientis neceſſitas eum cogat. Quae vero praeterea audivi, in alium locum differam.

CAP. XX.

De cibo Hominis et Canis, et de natura Avium uncunguium.

SOLI homines et canes cibo ſimplici ſatiari ſolent. Hominis cor mamillae ſiniſtrae adnectitur, in ceteris animalium pectori medio adjunctum. Ex iis, quae uncungues cognominantur aves, nulla vel bibit, vel meiit, vel gregatim cum aliis degit.

ΚΕΦ. ιή.

Περὶ τῦ Λεονῆοφόνυ, ϗ Ζώων ἐνῆόμων τε ϗ ἑτέρων τινῶν.

Λεονῆοφόνυ φαγὼν ὁ λέων ἀποῆέθνηκε. Τὰ δὲ ἔντομα φθείρεῆαι, εἰ ἐλαίῳ τις ἐγχρίσειεν αὐτά. Γυπῶν γε μὴν τὸ μῦρον ὄλεθρός ἐσι. Κάνθαρον δὲ ἀπολεῖς, εἰ ἐπιβάλῃς τῶν ῥόδων αὐτῷ.

ΚΕΦ. ιθ΄.

Περὶ Κυνῶν Ἰνδικῶν.

Κύνες Ἰνδικοὶ θηρία ϗ οἶδε εἰσὶ, ϗ ἀλκὴν ἄλκιμοι, ϗ ψυχῇ θυμοειδέσαῆοι, ϗ τῶν πανῆαχόθι κυνῶν μέγισοι. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων ζώων ὑπερφρονῦσι· λέονῆι δὲ ὁμόσε χωρεῖ κύων Ἰνδικὸς, ϗ ἐγκείμενον ὑπομένει, ϗ βρυχωμένῳ ἀνθυλακτεῖ, ϗ ἀνῆιδάκνει δάκνονῆα· ϗ πολλὰ αὐτὸν λυπήσας ϗ καῆατρώσας, τελευῆῶν ἡῆᾶται ὁ κύων· εἴη δ' ἂν ϗ λέων ἡῆημένος ὑπὸ κυνὸς Ἰνδικῦ, ϗ διαφθαρείη δ' ἂν ἐν θήρᾳ. Καὶ μένῆοι ϗ δακὼν ὁ κύων ἔχεῆαι, ϗ μάλα ἐγκραῆῶς· κᾆν προσελθὼν μαχαίρᾳ τὸ Ϛέλος ἀποκόπῆοις τῦ κυνὸς, ὅδ' ὐκ ἄγει Ϛολὴν, ἀλγήσας ἀνεῖναι τὸ δῆγμα, ἀλλ' ἀποκόπῆεαι μὲν πρότερον τὸ Ϛέλος· νεκρὸς δὲ ἀνῆκε τὸ σόμα, ϗ κεῖται βιασθεὶς ἀποσῆναι τῷ θανάτῳ. Ἃ δὲ προσήκασα ἑτέρως, ἐρῶ ἀλλαχόθι.

ΚΕΦ. κ΄.

Περὶ Κυνῶν τροφῆς ϗ Ἀνθρώπων, ϗ πεῤὶ γαμψωνύχων.

Ἄνθρώπυ μόνου ϗ κυνὸς κορεσθέντων ἡ τροφὴ ἁπλῆ. Καὶ τῦ μὲν ἀνθρώπυ ἡ καρδία τῷ μαζῷ τῷ λαιῷ προσήρῆηται, τοῖς γε μὴν ἄλλοις ζώοις ἐν μέσῳ τῷ σήθει προσπέπλασαι. Γαμψώνυχον δὲ ἄρα ὐδὲ ἓν ἔτε πίνει, ἔτε ἐρεῖ, ἔτε μὴν ξυναγελάζεῆαι ἑτέροις.

ΚΕΦ.

CAP. XXI.

De Martichora, Indica fera.

APVD Indos naſcitur violento robore praeditum animal, cui Indorum lingua martichoras nomen eſt, magnitudine maximi leonis; colore rubrum, adeo ut cinnabarim referat; canis modo villoſum; facie eadem prope, quae hominis; dentium triplici utrinque ordine mucrone acutiſſimorum, caninis majorum; auribus hominis ſimilibus, niſi quod hae et grandiores, et villoſiores ſunt; oculis caeſiis, et his non diſſimilibus hominis; pedibus et unguibus eiſdem, qui leonis; ſumma cauda illi ſcorpionis modo aculeo pluſquam cubitali armata: reliquum etiam caudae utrinque aculeis cuſpidatum eſt: ſummae vero caudae aculeus obvium letaliter pungit. Quod ſi quis illum inſequatur, aculeos oblique, veluti ſagittas, emittit, idque e longinquo: et cum in anteriorem partem aculeos jaculatur, caudam intorquet; ſin retroverſus, Sacarum more, aculeos emittit, tum extentiſſime caudam porrigit. Aculei, quos jaculatur, pedali magnitudine, et ſchoeni (junci vel funis) craſſitudine ſunt; quibus icta omnia, praeter ſolum elephantum, pereunt. Cteſias Indos ſibi affirmaſſe ait, locis emiſſorum aculeorum alios ſuccreſcere, ut ſit hujus peſtis perpetua ſucceſſio. Humanis, ut idem adfert, carnibus maxime delectatur, quocirca complures homines interficit, nec duntaxat in ſingulos homines invadit, ſed plures collectos vel ipſe ſolus interimit. Reliqua item animalia vincere poteſt, excepto leone. Quod autem humanis carnibus ſeſe complere ei ſuave ſit, ejus nomen oſtendit. Indice enim ideo martichoras appellatur, quod beſtia hominum voraciſſima ſit, ex rebus, quas agit, nomen trahens. Eadem eſt, qua perniciſſimi cervi,

ΚΕΦ. κά.

Περὶ τῦ Ἰνδικῦ Μαρλιχόρα.

Θηρίον Ἰνδικὸν βίαιον τὴν ἀλκὴν, μέγεθος καλὰ τὸν λέονλα τὸν μέγιςον, τὴν δὴ χρόαν ἐρυθρὸν, ὡς κιννάβαριν εἶναι δοκεῖν, δασὺ δὲ ὡς κύνες, φωνῇ τῇ Ἰνδῶν μαρλιχόρας ὠνόμασαι· τὸ πρόσωπον δὲ κέκληαι τοιῦτον, ὡς δοκεῖν ἀ θηρίον τῦτό γε, ἀλλ' ἀνθρωπικὸν ὁρᾶν· ὀδόνλες τρίςοιχοι μὲν ἐμπεπήγασιν οἱ ἄνω αὐτῷ, τρίςοιχοι δὲ οἱ κάτω, τὴν ἀκμὴν ὀξύτατοι, τῶν κυνείων ἐκεῖνοι μείζους· τὰ δὲ ὦτα ἔοικεν ἀνθρώπῳ κὴ ταῦτα τήν γε ἐαυλῶν πλάσιν, μείζω δὲ, κὴ δασέα· τὺς δὲ ὀφθαλμὺς γλαῦκός ἐςι, κὴ ἐοίκασιν ἀνθρωπίνοις κὴ ὕτοι· πόδας δέ μοι νόει κὴ ὄνυχας οἵυς εἶναι λέονλος· τῇ δὲ ἀρᾷ ἄκρᾳ πρόσκέκληαι Σκορπίυ κέν[ρον, κὴ εἴη ἂν ὑπὲρ πῆχυν τῦτο, κὴ παρ' ἑκάτερα αὐτῷ ἡ ἀρὰ κέν[ροις διείληπαι· τὸ δὲ ἀραῖον τὸ ἄκρον εἰς θάνα[ον ἐκέν[ησε τὸν περι[υχόν[α, κὴ διέφθειρε παράχρῆμα. Ἐὰν δέ τις αὐτὸν διώκῃ, ὅδ' ἀφίησι τὰ κέν[ρα πλάγια ὡς βέλη, κὴ ἔςι τὸ ζῶον ἐκηβόλον· κὴ εἰς τὺμπροσθεν μὲν ὅταν ἀπολύῃ τὰ κέν[ρα, ἀναχλᾷ τὴν ἀρήν· ἐὰν δὲ εἰς τὺπίσω, καλὰ τὺς Σάκας, ὅδε ἀπο[άδην αὐτὴν ἐξαρ[ᾷ. Ὅτυ δ' ἂν τὸ βληθὲν τύχῃ, ἀποκτείνει· ἐλέφαν[α δὲ ὐκ ἀναιρεῖ μόνον· τὰ δὲ ἀκον[ιζόμενα κέν[ρα ποδιαῖα τὸ μῆκός ἐςι. Σχοίνυ δὲ τὸ πάχος. Λέγει δὲ ἄρα Κτησίας, καί φησιν ὁμολογεῖν αὐτῷ τὺς Ἰνδὺς, ἐν ταῖς χώραις τῶν ἀπολυομένων ἐκείνων κέν[ρων ὑπαναφύεσθαι ἄλλα, ὡς εἶναι τῦ κακῦ τῦδε ἐπίγονήν. Φιλεῖ δὲ, ὡς ὁ αὐτὸς λέγει, μάλισα ἀνθρώπυς ἐσθίων, κὴ ἀναιρεῖ δὲ ἀνθρώπυς πολλὺς, κὴ ὐ καθ' ἕνα ἑλλοχᾷ, κὴ δύο δ' ἂν ἐπιθεῖτο κὴ τρισὶ, κὴ κρατεῖ τῶν τοσύτων μόνος. Καλαγωνίζε[αι δὲ κὴ τῶν ζώων τὰ λοιπὰ, λέονται δὲ ὐκ ἂν καθέλῃ πολέ. Ὅτι δὲ κρεῶν ἀνθρωπείων ἐμπιπλάμενον τόδε τὸ ζῶον ὑπερήδε[αι, κα[ηγορεῖ κὴ τὸ ὄνομα. Νοεῖται γὰρ τῇ Ἑλλήνων φωνῇ, ἡ Ἰνδῶν, ἀνθρωποφάγον αὐτὸ εἶναι· ὐκ δὲ τῦ ἔργυ κὴ

cervi, corporis velocitate. Ejus pullos aculeatis nondum caudis armatos venantur, caudaſque eorum ad ſaxum elidunt, atque crebris ictibus confringunt, ut aculeos ne poſtea producere queant. Vocem edit proxime accedentem ad ſonum tubae. Cteſias apud Perſas hoc animal ſe vidiſſe teſtatur, ex India regi Perſarum muneri miſſum. Si igitur alicui Cteſias ad haec deſignanda idoneus videatur, is quidem, intellecta hujus ferae proprietate, ſcriptori Cnidio fidem adhibeat.

CAP. XXII.

De Scolopendra.

SCOLOPENDRAM marinam rumpi aiunt, ſi hominis ſputo madefiat.

CAP. XXIII.

De Salicis ſemine bruiis animalibus innoxio, item de Cicuta.

SI quis tritum ſalicis ſemen beſtiis dederit bibere, eis non modo quippiam non nocet, ſed etiam illas alit; ſin homo idipſum biberit, facultatem liberos gignendi ei adimit, et ſemen genitale perdit. Quare Homerus abſtruſa naturae perſcrutatus, mihi, cum *ſalices frugiperdas* ſuis verſibus dixit, earum vim adumbrate oſtendiſſe videtur. Sic et cicutam homo ſi biberit, ei ſanguis quaſi conglaciat, et eatenus concretione ſpiſſus fit, ut inde moriatur; ſuillum vero pecus, licet ea ad ſaturitatem ſe compleverit, non laeditur.

CAP.

κέκληται. Πέφυκε δὲ καλὰ τὴν ἔλαφον ὦκις ος, Τὰ βρέφη δὲ τῶνδε τῶν ζώων οἱ Ἰνδοὶ θηρῶσιν ἀκέντρους τὰς ὀρὰς ἔχοντα, καὶ λίθῳ γε ἔτι διαθλῶσιν αὐτὰς, ἵνα ἀδυνατῶσι τὰ κέντρα ἀναφύειν. Φωνὴν δὲ Χάλπιγγος ὡς ὅτι ἐγγυτάτω παροίεται. Λέγει δὲ καὶ ἑωρακέναι τόδε τὸ ζῶον ἐν Πέρσαις Κτησίας, ἐξ Ἰνδῶν κομισθὲν δῶρον τῷ βασιλεῖ Περσῶν. Εἰ δή τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι ὑπὲρ τῶν τοιούτων Κτησίας, ἀκούσας γε μήν τις τὰ ἴδια τοῦδε τοῦ ζώου, εἶτα μέντοι τῷ Συγγραφεῖ τῷ Κνιδίῳ προσεχέτω.

ΚΕΦ. κβ΄.

Περὶ Σκολοπένδρας.

Σκολόπενδρα θαλαττία διαῤῥήγνυται, ὥς φασιν, ἀνθρώπου διαπλύσαντος αὐτῆς.

ΚΕΦ. κγ΄.

Περὶ Ἰτέας, καὶ ὅτι ὠδὲν ἀδικεῖ τὰ ἄλογα ζῶα, καὶ περὶ Κωνείου.

Καρπὸν δὲ ἰτέας εἴ τις θλιβέντα δοίη πιεῖν τοῖς ἀλόγοις αὐτὸν, λυπεῖται ἐκεῖνα ὠδὲν, μᾶλλον δὲ καὶ τρέφεται· πιὼν δὲ ἄνθρωπος τὴν Σποδὰν τὴν παιδοποιόν τε καὶ ἔγκαρπον ἀπώλεσε. Καί μοι δοκεῖ Ὅμηρος καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα ἀνιχνεύσας, εἶτα μέντοι καὶ ἰτέαν ὠλεσίκαρπον ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μέτροις εἰπεῖν, τοῦτο αἰνιττόμενος. Κωνείου δὲ ἄνθρωπος πιὼν καλὰ τὴν τοῦ αἵματος πῆξίν τε καὶ ψύξιν ἀποθνήσκει· οὓς δὲ κωνείου ἐμπίπλαται, καὶ ὑγιαίνει.

CAP. XXIV.

Cujus aetatis Elephantos venantur Indi.

INDI homines elephantos jam aetate confirmatos facile comprehendere nequeunt; neque enim id facere poſſunt, neque tam grandes aetate permittunt; quare ad paludes fluminibus proximas venatores profecti, eorum catulos tantum capiunt. Elephanti enim naturae proprium eſt, roſcida loca et mollia amare, et aquam deſiderare, ubi verſari maxime ſtudet, ita ut animal paluſtre nominari poſſit. Cum igitur eorum catulos adhuc aetate infirmos et teneros inde ceperunt, ciborum blanditiis et aſſentationibus eos ad parendum informant ac inſtituunt, blandiloquentiaque manſuefaciunt. Hominum enim indigenarum linguam elephanti intelligunt. Breviter, perinde illos quaſi infantes pueros alunt, partim omni cura cultuque eos proſequentes, partim diſciplinas tradentes; quae res efficit, ipſi ut ad obediendi facilitatem transferantur.

CAP. XXV.

De Boum in area a ſpicis abſtinentia.

CVM triturae tempus eſt, et boves in area circumaguntur, eademque manipulis referta eſt, ne boves ſpicas comedant, nares eorum fimo bubulo illinunt; quam machinationem valde idoneam excogitarunt. Hoc nimirum animal ab hujuſmodi tetri odoris adſperſione abhorrens, nihil, ne ſi fame quidem acerrima premeretur, unquam ederet.

ΚΕΦ. κδ'.

Πηλίκως τὰς Ἐλέφαντας θηρῶσιν Ἰνδοί.

Ἰνδοὶ τέλειον μὲν ἐλέφαντα ζυλλαβεῖν ῥᾳδίως ἀδυναλῶσιν· ὅτε γὰρ τοσαῦτα δράσωσιν, ὅτε τοσοίδε παρέσονλαι· εἰς δὲ τὰ ἔλη φοιλῶνλες τὰ γειλνιῶνλα τῷ ποταμῷ, εἶτα μένλοι λαμβάνωσιν αὐτῶν τὰ βρέφη. Ἀσπάζελαι γὰρ ὁ ἐλέφας τὰ ἔνδρωσα χωρία καὶ μαλακὰ, καὶ φιλεῖ τὸ ὕδωρ, καὶ ἐν τοῖσδε τοῖς ἤθεσι διαιλᾶσθαι ἐθέλει, καὶ, ὡς ἂν εἴποις, ἔλειός ἐσιν. Λαβόντες ὧν ἁπαλὰ καὶ εὐπειθῆ τρέφωσι κολακείᾳ τε τῇ καλὰ γασέρα, καὶ θεραπείᾳ τῇ περὶ τὸ ζῶμα, καὶ φωνῇ θεραπευλικῇ. Συνιᾶσι γὰρ ἐλέφανλες καὶ γλώλης ἀνθρωπίνης τῆς ἐπιχωρίου. Καὶ, ζυνελόνλι εἰπεῖν, ὡς παῖδας αὐτοὺς ἐκλρέφωσι, καὶ κομιδὴν προσάγωσιν αὐτοῖς, καὶ παιδεύμαλα ποικίλα· οἱ δὲ πείθονλαι.

ΚΕΦ. κέ.

Περὶ τῆς τῶν Βοῶν ἐν τῇ ἄλῳ ἀσιλίας.

Ὅταν ἀλοηλὸς ᾖ, καὶ ςρέφονλαι περὶ τὸν δῖνον οἱ βόες, καὶ πεπληρωμένη τῶν δραγμάτων ἡ ἄλως ᾖ, ὑπὲρ τοῦ τοὺς βοῦς μὴ ἀπογεύεσθαι τῶν ςαχύων, βολίτῳ τὰς ῥῖνας ἐπιχρίωσιν αὐτῶν, ζόφισμα ἐπινοήσανλες τοῦτο καὶ μάλα γε ἐπιλήδειον. Τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον μυσατλόμενον τὴν προειρημένην χρίσιν, οὐκ ἄν τινος ἀπογεύσαιλο, οὐδ' εἰ τῷ βαρυλάτῳ λιμῷ πιέζοιλο.

ΚΕΦ.

CAP. XXVI.

De feris Indicis, Leporibus et Vulpibus.

LEPORES et vulpes Indi hoc modo venantur. Canibus ad venationem non egent, ſed captos aquilarum, corvorum, et inſuper milvórum pullos alunt, et ad venatum inſtituunt. Nempe leporem manſuetum et vulpem cicurem, carne appenſa, ad curſum dimittunt; et mox immittunt aves carnem eis, quam appetunt, adempturas. Illae igitur, quanta poſſunt celeritate et impetu, vel hanc vel illum conſequutae, carnem ſui laboris praemium et eſcam deſideratam ſibi auferunt. Sic inſtitutas ad praedam aves deinceps in montanos lepores et vulpes feras immittunt; quos illae itidem ſpe ſolitae eſcae perſequuntur, et mox captos dominis adferunt, ut prodit Cteſias. Loco autem carnis prius appenſae viſcera captorum eis in cibum permitti ex eodem didici.

CAP. XXVII.

De Gryphibus.

GRYPHEM, Indicum animal, audio ſimiliter quadrupedem, ut leonem, eſſe; robuſtiſſimis item exſiſtere unguibus, leonum ſimilibus; tum dorſum ejus pennis indui nigris, anteriorem corporis partem rubris, alas vero candidis. Cteſias eos ait cervicis pennas coeruleas et floridas habere, aquilino ore eſſe, et capite cujuſmodi pictores fingunt; oculis autem igneis, nidoſque in montibus facere, utque aetatis proceſſu grandes non capi, ita earum pullos compre-

ΚΕΦ. κϛ'.

Περὶ Θηρίων Ἰνδικῶν, Λαγωῶν, καὶ Ἀλωπέκων.

Τοὺς λαγωὺς καὶ τὰς ἀλώπεκας θηρῶσιν οἱ Ἰνδοὶ τὸν τρόπον τοῦτον. Κυνῶν εἰς τὰς ἄγρας ὐ δέονται, ἀλλὰ νεοττοὺς ζυλλαβόντες ἀετῶν, καὶ τῶν κοράκων, καὶ ἰκτίνων τροφῇ τρέφουσι, καὶ ἐκπαιδεύουσι τὴν θήραν· καὶ ἔστι τὸ μάθημα. Πράῳ λαγῷ καὶ ἀλώπεκι τιθασσῷ κρέας προσαρτῶσι, καὶ μεθιᾶσι θεῖν· καὶ τοὺς ὄρνιθας αὐτοῖς καλὰ πόδας ἐπιπέμψαντες, τὸ κρέας ἀφελέσθαι ζυγχωροῦσιν. Οἱ δὲ ἀνὰ κράτος διώκουσι, καὶ ἑλόντες ἢ τὸν ἢ τὴν, ἔχουσιν ὑπὲρ τοῦ καταλαβεῖν ἆθλον τὸ κρέας, καὶ τοῦτο μὲν αὐτοῖς δέλεαρ ἐστὶ καὶ μάλα ἐφολκόν. Οὐκοῦν ὅταν ἀκριβώσωσι τὴν ζοφίαν τὴν θηραλικὴν, ἐπὶ τοὺς ὀρείους λαγωὺς μεθιᾶσιν αὐτούς, καὶ ἐπὶ τὰς ἀλώπεκας τὰς ἀγρίας. Οἱ δὲ, ἐλπίδι τοῦ δείπνου τοῦ ζυνήθους, ὅταν τι τούτων φανῇ, μεταθέουσι καὶ αἱροῦσιν ὤκιστα, καὶ τοῖς δεσπόταις ἀποφέρουσιν, ὡς λέγει Κτησίας. Καὶ ὅτι ὑπὲρ τοῦ τέως προσηρτημένου κρέως, αὐτοῖς τὰ ζπλάγχνα τῶν ἠρημένων τὸ δεῖπνόν ἐστιν, ἐκεῖθεν καὶ τοῦτο ἴσμεν.

ΚΕΦ. κζ'.

Περὶ Γρυπῶν.

Τὸν γρύπα ἀκούω, τὸ ζῶον τὸ Ἰνδικὸν, τετράπουν εἶναι καὶ τοὺς λέοντας· καὶ ἔχειν ὄνυχας καρτεροὺς, ὡς ὅτι μάλιστα, καὶ τούτους μέντοι τοῖς τῶν λεόντων παραπλησίους· καλάτερον δὲ τὰ νῶτα, καὶ τούτων τῶν πτερῶν τὴν χρόαν μέλαιναν εἶναι ἄδουσι, τὰ δὲ πρόσθια ἐρυθρά φασι, τάς γε μὴν πτέρυγας αὐτὰς οὐκ ἔτι τοιαύτας, ἀλλὰ λευκάς. Τὴν δέρην δὲ αὐτῶν κυανοῖς διηνθίσθαι τοῖς πτεροῖς Κτησίας ἱστορεῖ, στόμα δὲ ἔχειν αἰετῶδες, καὶ τὴν κεφαλὴν οἵαν οἱ χειροτεχνοῦντες γράφουσί τε καὶ πλάττουσι, φλογώδεις δὲ τοὺς ὀφθαλμούς φασιν αὐτῷ, νεοττιὰς δὲ ἐπὶ τῶν ὀρῶν ποιεῖται, καὶ τέλειον μὲν λαβεῖν

comprehendi poſſe. Bactri autem Indis finitimi eos illic auri cuſtodes eſſe, aurumque effodere aiunt, et ſimul eo ipſo nidos conſtruere; quod vero auri in terram deciderit, Indos homines auferre. Contra Indi eos auri (quod vero quidem ſimile videtur) cuſtodes eſſe negant, neque enim gryphes auri egére; ſed cum ad colligendum aurum homines acceſſerunt, hos de pullis ſuis majorem in modum timentes, pro eis pugnare; atque cum aliis etiam animalibus concertare, eaque facillime vincere; contra autem leones et elephantos non ſtare. Indigenae, quod ab hujuſmodi animalium robore timeant, non interdiu, ſed ad collectionem auri noctu proficiſcuntur, quod ſe tum melius latere arbitrentur. Locus ubi gryphes verſantur, ac ubi aurum effoditur, deſertiſſimus eſt. Quocirca aurum venari ſtudentes mille aut bis mille armati eo perveniunt, ſimulque ligones et ſaccos adferunt, ſilentem lunam obſervantes. Quod ſi gryphes fallant, duplicem commoditatem adſequuntur; quod et eorum vita ab illorum atrocitate ſervatur, et ſimul aurum domum avehunt; ubi auro purgato ab iis, qui hanc artem callent, ingentes ſibi pro periculis opes comparant: ſin in furto deprehendantur, perierunt. Domum autem non niſi triennii aut quadrienii intervallo, ut audio, revertuntur.

CAP. XXVIII.

De Teſtudine marina.

CAPVT marinae teſtudini abſciſſum non continuo moritur, ſed et videt; et ſi ante oculos ei manus obverſetur, illos claudit; et paulo etiam propius ſi manum admoveas, mordet. Longe lateque fulgorem ejus oculi jaculantur: quorum pupillae candidiſſimae ac ſplendidiſſimae cum exſiſtant, eruuntur, ut vel auro includantur,

ξεῖν ἀδύναλόν ἐσι, νεοτλὸς δὲ αἱρῶσιν. Καὶ Βάκλριοι μὲν γειτνιῶνλες Ἰνδοῖς λέγωσιν αὐτὸς φύλακας εἶναι τῶ χρυσῶ αὐτόθι, κὴ ὀρύτλειν τε αὐτόν φασιν αὐτὸς, κὴ ἐκ τύτω τὰς καλιὰς ὑποπλέκειν, τὸ δὲ ἀποῤῥέον Ἰνδὸς λαμβάνειν. Ἰνδοὶ δὲ ἃ φασιν αὐτὸς φρωρὸς εἶναι τῶ ωροειρημένω, μηδὲ γὰρ δεῖσθαι χρυσίω γρύπας (κὴ ταῦτα εἰ λέγωσι, ωισὰ ἔμοι γε δοκῶσι λέγειν) ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐπὶ τὴν τῶ χρυσίω ἄθροισιν ἀφικνεῖσθαι· τὸς δὲ ὑπὲρ τῶν Ϛφελέρων βρεφῶν δεδιέναι, κὴ τοῖς ἐπιῶσι μάχεσθαι· κὴ διαγωνίζεσθαι μὲν ωρὸς τὰ ἄλλα ζῶα, κὴ κραλεῖν ῥᾳ̃ςα· λέονλι δὲ μὴ ἀνθίϛασθαι, μηδὲ ἐλέφανλι. Δεδιότες δὲ ἄρα τὴν τῶνδε τῶν ζώων ἀλκὴν οἱ ἐπιχώριοι, μεθ' ἡμέραν ἐπὶ τὸν χρυσὸν ὰ ϛέλλονλαι, νύκλωρ δὲ ἔρχονλαι, ἐοίκασι γὰρ τηνικάδε τῶ καιρῶ λανθάνειν μᾶλλον. Ὁ δὲ χῶρος ὅτος, ἔνθα οἵ τε γρῦπες διαιτῶνλαι, κὴ τὰ χωρία τὰ χρυσεῖά ἐσιν, ἔρημος ωέφυκε δεινῶς. Ἀφικνῶνλαι δὲ οἱ τῆς ὕλης τῆς ωροειρημένης θηραλαὶ καλὰ χιλίως τε κὴ δὶς τοσύτως ὡπλισμένοι, κὴ ἅμας κομίζωσι Ϛάκκως τε, κὴ ὀρύτλωσιν, ἀσέληνον νύκλα ἐπιληρῶνλες. Ἐὰν μὲν ἓν λάθωσι τὸς γρῦπας, ὤνηνλο διπλῆν τὴν ὄνησιν· κὴ γὰρ Ϛώζονλαι, κὴ μένλοι κὴ οἴκαδε τὸν φόρλον κομίζωσι· κὴ ἐκκαθάρανλες οἱ μαθόνλες χρυσωρυχεῖν Ϛοφίᾳ τινὶ Ϛφελέρᾳ, ωάμπολυν ωλῆτον ὑπὲρ τῶν κινδύνων ἔχωσι τῶν ωροειρημένων· ἐὰν δὲ καλάφωροι γένωνλαι, ἀπολώλασιν. Ἐπανέρχονλαι δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα, ὡς ωυνθάνομαι, δι' ἔτως τρίτω κὴ τελάρτω.

ΚΕΦ. κή.

Περὶ Χελώνης Θαλατλίας.

ΧΕλώνης θαλατλίας ἀπολμηθεῖσα ἡ κεφαλὴ ὅπολε θνήσκει ἀλλὰ κὴ βλέπει· κὴ καταμύει, τὴν χεῖρα ωροσάγοντος· ἤδη γὰρ κὴ δάκοι, εἰ ωεραιτέρω ωροσαγάγοις τὴν χεῖρα. Καὶ ἐπὶ μακρὸν ἐκλάμποντας ἔχει τὸς ὀφθαλμὸς· αἱ γάρ τοι κόραι λευκόταται κὴ ωεριφανέσαταί εἰσι, κὴ ἐξαιρεθεῖσαι χρυσίῳ κὴ

dantur, vel monilibus imponantur: quamobrem mulierum admiratione plurimi aeſtimantur. Naſcuntur autem hae teſtudines, ut audio, in mari rubro.

CAP. XXIX.

De Gallinaceis.

GALLINACEVM exoriente luna quaſi divino quodam ſpiritu afflatum bacchari, atque exultare ferunt. Oriens autem ſol ipſum nunquam fallit, tum vehementiſſime vocem contendens ſemet magis magiſque cantando vincere conatur. Latonae in amore eſſe aiunt, et quod ei adfuerit gemellos felici partu enitenti, et quod etiam nunc parientibus adſit, et faciles partus efficiat. Matrice gallina extincta, is ipſe incubat, et pullos ex ovis excludit; ac tum (res admiratione digna) ſilentio utitur, quod ſane ſibi conſcius ſit ſe muliebre munus obire, et parum viriliter facere. Quod ſi cum altero pugnans vincatur, idcirco non canit, quod ex illa mala pugna ſpiritus fracti illi vocem ſupprimant; cujus offenſionis verecundia confuſus ſeſe occultat. At ſi ex certamine victoriam reportarit, ſuperbus eſt, et cervice erecta ſimul et cantus contentione inſolenter effertur, et triumphanti ſimilis eſt. Illud item in eo mirificum, cum limen intrat, tametſi ſuperum altiſſimum exiſtit, is tamen ſeſe inclinat; quod quidem ipſum ſuperbia inductus facere videtur, ne videlicet criſta uſpiam offendatur.

CAP. XXX.

De amore Monedularum, ſeu Graculorum, in ſuos gregales, et eorum captura.

SVAE nationis aves vehementer monedulae amant; quod quidem eas ſaepe in perniciem inducit; idque accidit hoc modo: Cum enim quis monedulas venaturus eſt, talia machinatur, ut, eas ubi noverit cibaria inquirere, et in quem locum gregatim con-

ὅρμοις ἐντίθενται· ἔνθεν τοι καὶ δοκοῦσι ταῖς γυναιξὶ θαυμασαί. Γίνονται δὲ, ὡς πυνθάνομαι, αἱ χελῶναι αἵδε ἐν τῇ θαλάττῃ, ἣν ἄδουσιν ἐρυθράν.

ΚΕΦ. κθ'.

Περὶ Ἀλεκτρυόνων.

Ὁ Ἀλεκτρυὼν τῆς ζελήνης ἀνισχούσης ἐνθουσιᾷ, φασὶ, καὶ ζιρλᾷ. Ἥλιος δὲ ἀνίσχων οὐκ ἄν πολε αὐτὸν διαλάθοι, ὠδικώταλος δὲ ἑαυτοῦ μᾶλλόν ἐσι τηνικάδε. Πυνθάνομαι δὲ, ὅτι ἄρα καὶ τῇ Λητοῖ φίλον ἐσὶν ὁ ἀλεκτρυὼν τὸ ὄρνεον· τὸ δὲ αἴτιον, παρέση, φασὶν, αὐτῇ τὴν διπλῆν τε καὶ μακαρίαν ὠδῖνα ὠδινούσῃ· ταῦτά τοι καὶ νῦν ταῖς τικτούσαις ἀλεκτρυὼν πάρεσι, καὶ δοκεῖ πως εὐώδινας ἀποφαίνειν. Τῆς δὲ ὄρνιθος ἀπολωλύας, ἐπωάζει αὐτὸς, καὶ ἐκλέπει τὰ ἐξ ἑαυτοῦ νεόττια ζιωπῶν· ἐὰ γὰρ ᾄδει τότε θαυμασῇ τινι καὶ ἀποῤῥήτῳ τῇ αἰτίᾳ, ναὶ μὰ τόν· δοκεῖ γάρ μοι ζυγινώσκειν ἑαυτῷ θηλείας ἔργα, καὶ οὐκ ἄῤῥενος, δρῶνλι τηνικάδε. Ἐν μάχῃ ἀλεκτρυὼν καὶ τῇ πρὸς ἄλλον ἀγωνίᾳ ἡττηθεὶς οὐκ ἂν ᾄσαι· τὸ γάρ τοι φρόνημα αὐτῷ καλέσαλλαι, καὶ μεμείωλαι, καὶ καλαδύελαί γε ὑπὸ τῆς αἰδοῦς. Κραλήσας δὲ γαῦρός ἐσι, καὶ ὑψαυχενεῖ, καὶ κυδρυμένῳ ἔοικεν. Θαυμάσαι δὲ τοῦ ζώου ὑπεράξιον καὶ ἐκεῖνο δήπου· θύραν γὰρ ὑπιὼν, καὶ τὴν ἄγαν ὑψηλὴν, ὅδε ἐπικύπλει, ἀλαζονέσαλα δρῶν ἐκεῖνος τοῦτο· φειδοῖ γὰρ τοῦ λόφου πράτλειν ἔοικε τὸ εἰρημένον.

ΚΕΦ. λ'.

Περὶ τῆς τῶν Κολοιῶν εἰς ἀλλήλους φιλίας, καὶ ἄτρας.

Οἱ κολοιοὶ δεινῶς φιλοῦσι τὸ ὁμόφυλον, τοῦτό τοι καὶ διαφθείρει αὐτοὺς πολλάκις, καὶ τό γε δρώμενον τοιοῦτόν ἐσιν. Ὅτῳ μέλει θηρᾶσαι κολιοὺς, τοιαῦτα πλαμᾶται· ἔνθα οἶδεν αὐτῶν τροφὰς καὶ νομὰς, καὶ ἀθροιζομένους ὁρᾷ καλ' ἀγέλας

congregentur perſpexerit, ibi pelves olei pellucidi plenas diſponat: curioſa belle avicula eo profecta in vaſis labro conſidet, et ſimul ſeſe inclinans ſuam ipſius umbram deſpicit; et quod exiſtimet aliam ſe monedulam videre, ad eam ipſam feſtinat deſcendere; eoque ut eſt delapſa, olei tenacitate circumfuſa, ſine laqueis, ſine retibus conſtricta tenetur.

CAP. XXXI.

De Elephantis.

ELEPHANTO duos dicunt prominere exſertos, quos alii dentes, alii cornua vocant; ſingulis pedibus numero quinque digitos indiviſos, leviterque diſcretos, ex quo fit ut animal ſit minime ad natandum habile; et anteriora crura poſterioribus longiora habet; huic ſub armis papillae exiſtunt; at promuſcide, tanquam manu, vel etiam commodius utitur; lingua etiam ei bene exigua eſt; fel autem non ad jecur, ſed ad pectus ſitum habere dicitur. Biennium gerere uterum audio; alii non tam diu, ſed ſeſquiannum tantum ventrem ferre aiunt. Anniculo quidem vitulo aequalem pullum edit, qui ſtatim, ut natus eſt, ore ſugit. Cum libidinis furore ardet, incurſu parietes evertit, et palmas proſternit, ſimiliter atque aries, frontis vi atque impreſſione. Aquam nitidam non bibit, ſed poſtquam conturbarit, turbida potione delectatur. Idcirco ſomnum erecto corpore capit, quia ei eſſet operoſum decumbere, ſimul et deinde a cubitu exſurgere grave. Ejus aetatis flos eſt ſexageſimus annus. Hyemis et frigoris impatiens eſt. Ad ducenteſimum annum vitam producit.

εἶναι, ἐνταῦθα λεκανίδας ἐλαίᾳ μεσὰς διαλίθησιν· ᾗκῶν διειδὲς μὲν τὸ ἔλαιον, περίεργον δὲ τὸ ὀρνίθιον, καὶ ἀφικνεῖται, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖλος τῆ Σκεύει κάθηται, καὶ κύπτει κάτω, καὶ ὁρᾷ τὴν ἑαυτῆ Σκιὰν, καὶ οἴεται κολοιὸν ἄλλον βλέπειν, καὶ καταλθεῖν πρὸς αὐτὸν Σπεύδει· κάτεισί τε ἔν, καὶ περιπλύσσεταί τε, καὶ περιβάλλει τὸ ἔλαιον αὐτὸ ὂν γλίσχρον, καὶ Συνδεῖται· τὸ δὲ αἴτιον, ἀναπερυγίσαι ἥκιστός ἐστι· καὶ χωρὶς δικτύων καὶ πάγης καὶ ἀρπεδόνων τὸ ζῶον μένει, ὡς ἂν εἴποις, πεπεδημένον.

ΚΕΦ. λά.

Περὶ Ἐλεφάντων.

Ὁ Ἐλέφας, οἱ μὲν αὐτῆ προκύπτειν χαυλιόδοντάς φασιν, οἱ δὲ κέρατα. Ἔχει δὲ καθ' ἕκαστον πόδα δακτύλους πέντε, ὑποφαίνοντας μὲν τὰς ἐκφύσεις, ἃ μὴν διεσῶτας, ταῦτά τοι καὶ νηκτικός ἐστιν ἥκιστα· Σκέλη δὲ τὰ πρόσθια τῶν κατόπιν βραχύτερά ἐστι· μαζοὶ δὲ αὐτῷ πρὸς ταῖς μασχάλαις εἰσί· μυκτῆρα δὲ κέκτηται χειρὸς παγχρηστότερον, καὶ γλῶτταν βραχεῖαν· χολὴν δὲ αὐτὸν ἔχειν ἃ καλὰ τὸ ἧπαρ, ἀλλὰ πρὸς τῷ σέρνῳ φασί. Κύειν δὲ πυνθάνομαι δύο ἐτῶν τὸν ἐλέφαντα· οἱ δὲ, ἃ τοσοῦτον χρόνον, ἀλλὰ ὀκτωκαίδεκα μηνῶν ὁμολογοῦσιν. Ἀπολίκτει δὲ ἰσήλικα τὸ μέγεθος μόσχῳ ἐνιαυσιαίῳ, Σπᾷ δὲ τῆς θηλῆς τῷ στόματι. Ἐνθυσιῶν δὲ εἰς μίξιν, οἴστρῳ τε φλεγόμενος, ἐμπίπτει τοίχῳ, καὶ ἀναιρέπει, καὶ φοίνικας κλίνει, τὸ μέτωπον προσαράττων καὶ τὰς κριάς. Πίνει δὲ ὕδωρ ἃ διειδὲς ἃδὲ καθαρὸν, ἀλλ' ὅταν ὑποθολώσῃ τε καὶ ὑποταράξῃ. Καθεύδει γε μὴν ὀρθοστάδην, καλαικλῖναι γὰρ καὶ ἐξαναστῆναι ἐργῶδες αὐτῷ. Ἀκμὴ δὲ ἐλέφαντος ἑξηκονταετῆ γεγονέναι. Κρύμῳ δὲ ὁμιλεῖν ἥκιστός ἐστιν. Διαιτᾶται δὲ τὸν βίον καὶ εἰς διπλῆν ἑκατονταέτιδα.

ΚΕΦ.

CAP. XXXII.

De Pecuaria apud Indos.

PECVARIAE Indorum quales ſint, operae pretium eſt intelligere. Oves Indiae et capras ad maximorum magnitudinem aſinorum audio accedere: quatuor foetus cum plerumque pariunt, tres vero cum minimum; nunquam enim ibi neque ovillum pecus, neque caprinum tribus minus edit. Caudae ovillae longitudo ad pedes uſque pertinet; caprinae vero in eam procedit longitudinem, ut terram prope contingat. Idcirco eas paſtores ovibus, quae ad pariendum idoneae ſunt, abſcindunt, quod tum ſic facilius ineantur, tum ex earum adipe oleum exprimatur. Arietum quoque diſſecant caudas, atque adipem extrahunt, et iterum conſuunt; eatenuſque deinde ſectio conjunctiſſime committitur, cicatricis ut ne tenue quidem veſtigium appareat.

CAP. XXXIII.

De Serpente et Chamaeleonte.

ALEXANDER Myndius dolore et moleſtia, cibique inopia, a chamaeleonte ad hunc modum ſerpentem affici ait: Mordicus ſcilicet illum bene latam feſtucam et validam tenentem, ſub eaque perinde ſe, ut ſub clypeo, verſantem contra hoſtem ſerpentem venire; ſerpentem vero, quia feſtucae latitudinem circumplecti hiando non poſſit, chamaeleontem dentibus configere non poſſe, itaque hunc ab ipſa confici exedique nequire; membra enim ut illius reliqua ſerpens mordeat, nihil tamen proficit, quod tanta nimirum pellis firmitate et robore exſiſtit, ut ſerpentis morſus prorſus non ſentiat.

CAP.

ΚΕΦ. λβ'.

Περὶ τῆς παρ' Ἰνδοῖς Προβαλείας.

Προβαλεῖαι δὲ Ἰνδῶν ὁποῖαι, μαθεῖν ἄξιον. Τὰς αἴγας δὲ καὶ τὰς ὄϊς ὄνων τῶν μεγίστων μείζονας ἀκούω, καὶ ἀποκύειν τέτταρα ἑκάστην· ὑ μείω γε μὴν τῶν τριῶν, ὑτ' αἴξ Ἰνδική, ὕτ' ἂν ὄϊς πολὺ τέκοι. Καὶ τοῖς μὲν προβάτοις αἱ ὑραὶ πρὸς τὸν πόδα τέτανται· αἱ δὲ αἶγες μηκίστας ἔχουσιν, ὥστε ἐπιψαύειν γῆς ὀλίγου. Τῶν μὲν ὖν οἰῶν τῶν τίκτειν ἀγαθῶν ἀποκόπτουσι τὰς ὑρὰς οἱ νομεῖς, ἵνα ἀναβαίνωνται, ἐκ δὲ τῆς πιμελῆς τῆς τούτων καὶ ἔλαιον ἀποβλίβουσι. Τῶν δὲ ἀρρένων διαλέμνουσι τὰς ὑρὰς, καὶ ἐξαίρουσι τὸ σπαρ καὶ ἐπιῤῥάπτουσι, καὶ ἐνοῦται πάλιν ἡ τομὴ, καὶ ἀφανίζεται τὰ ἴχνη αὐτῆς.

ΚΕΦ. λγ'.

Περὶ Ὄφεως καὶ Χαμαιλέοντος.

Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος τὸν χαμαιλέοντα λυπεῖν τὰς ὄφεις, καὶ ἀσιτίᾳ περιβάλλειν τὸν τρόπον τοῦτόν φησι. Κάρφος πταλοῦ καὶ σπαρεὸν ἐνδακὼν ἑαυτὸν ἐπισπέφει, καὶ ἀνθιπρόσωπος ὁμόσε χωρεῖ τῷ πολεμίῳ· ὁ δὲ αὐτοῦ λαβέσθαι ἀδυνατεῖ, τὰ πλάτος τοῦ κάρφους οὐκ ἔχων περιχανεῖν, οὐκοῦν ἄδειπνος τό γε ἐπ' ἐκείνῳ μένει ὁ ὄφις· δάκνων γάρ τοι τὰ λοιπὰ τῶν μελῶν αὐτοῦ οὐδὲν ἀνύτει· σπαρεὰν γὰρ τὴν φορίνην ἔχει, καὶ ἐπαΐει τῶν ἐκείνου ὀδόντων ὁ χαμαιλέων οὐδὲ ἕν.

CAP. XXXIV.

De Leonum natura.

LEONIS cervix non multis vertebris, ſed unius duntaxat rigida oſſis perpetuitate conſtat. Si quis leonis oſſa concutiat, ignis ex his elicitur; medullis autem carent, neque enim fiſtularum modo cava ſunt. Nullo anni tempore a coitu abſtinet. Foetus ei intra duos menſes perficitur. Quinquies parit, primo catulos quinque edit, ſecundo partu quatuor, deinde tres, tum binos, poſtremo unum. Catuli a partu recentes exigui ſunt, et caeci, ſimiliter ut canum catuli; duobus vero poſt partum menſibus ingredi incipiunt. Iam quod in ſermonem hominum venit, fabula eſt, eos vulvam dilacerare. Cum fame tenetur, ſummo cum periculo ei occurritur; poſtea vero quam cibo impletus eſt, manſueſcit, et ſimul ludicris delectari fertur. Nunquam terga vertit in fugiendo, ſed ſenſim pedetentimque ſe recipit, cum fremitu contra intuens. Vt vero aetate proceſſit, ad ſtabula, tuguria, et paſtorum ſubterraneas caſas proficiſcitur, et quidem merito, nam ad montanas praedas perſequendas jam infirmus eſt. Ignem exhorreſcit. Ex his quicunque corpore contractior, et hiſpidiore juba eſt, ignavior et imbecillior eſt; qui vero procerior, piloque recto et ſimplici, generoſior, et majori robore animi praeditus. Porro leonum genus adeo avide cibos helluatur, ut ſolida membra deglutire feratur. Expletus vel triduo, vel quoad primi cibi ſenſim concocti ſint, nihil ſaepe edit; modica autem potione utitur.

CAP.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ Λεόντων φύσεως.

Ο Αὐχὴν ὁ τῦ λέοντος ἐξ ὀσέων ϛυνέσηκεν, ἃ μὴν ἐκ ϛφονδύλων πολλῶν. Εἰ δέ τις τὰ ὀσᾶ τῦ λέοντος διακόπτοι, πῦρ αὐτῶν ἐξάλλεται· μυελὸς δὲ οὐκ ἔχει, οὐδὲ γάρ ἐστι κοῖλα αὐλῶν δίκην. Μίξεως δὲ αὐτὸν οὐδεμία ἔτυς ἀνασέλλει ὥρα. Κύει δὲ ἀνὰ μηνῶν δύο. Τίκτει δὲ καὶ πενταάκις, καὶ τῇ μὲν ὠδῖνι τῇ πρώτῃ πέντε, δευτέρᾳ δὲ τέτταρα, τρία τε ἐπὶ ταύτῃ, καὶ δύο ἐπ' ἐκείνῃ, καὶ ἓν ἐπὶ πάσαις. Οἱ δὲ ϛκύμνοι ἀρτιγενεῖς μικροί τέ εἰσι καὶ τυφλοὶ, καλὰ τὰ ϛκυλάκια· βαδίσεως δὲ ὑπάρχουσι, ὅταν δύο μῆνας ἀπὸ γενεᾶς διαβιώσῃ, τὰ τῦ λέοντος βρέφη. Ὁ λόγος δὲ, ὅσις λέγει διαξαίνειν αὐτὰς τὰς μήτρας, μῦθός ἐστι. Λιμώττων μὲν ὢν ὁ λέων ἐνθυχεῖν χαλεπός ἐστι· κορεσθεὶς δὲ πραότατος, φασὶ δὲ καὶ φιλοπαίστην εἶναι τηνικάδε αὐτόν. Καὶ φύγοι δὲ ἂν οὐκ ἄν ποτε τὰ νῶτα τρέψας λέων, ἡσυχῇ δὲ ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ, βλέπων ἀντίος καὶ ὑπόβραχυ. Τῦ γήρως δὲ ὑπαρχόμενος, καὶ ἐπὶ τὰ αὔλια ἔρχεται, καὶ ἐπὶ τὰς καλύβας, καὶ ἐπὶ τὰς οἰκήσεις τὰς τῶν νομέων τὰς ὑπάνδρυς· καὶ εἰκότως· ταῖς γὰρ ὀρείοις ἔτι θήραις ἐπιθαῤῥεῖν ἀδύνατός ἐστι. Πῦρ δὲ ὀῤῥωδεῖ. Ὅσις μὲν οὖν ἐστιν αὐτῶν γυρότερος, καὶ ϛυνεστραμμένος, καὶ τὴν χαίτην λασιώτερος, ἀθυμότερός τε καὶ ἀτολμότερος δοκεῖ μᾶλλον· ὃ δὲ ἐς μῆκος εὖ ἥκων, καὶ εὐθυτενὴς τὴν τρίχα, ἀνδρειότερος πεπίστευται, καὶ θυμοειδέστερος. Ἀδηφάγος δὲ ὢν, καὶ ὅλα, φασὶ, μέλη βρύκων ἂν καταπίοι. Τύτων δ' ἓν πεπληρωμένος, καὶ τριῶν ἡμερῶν οὐκ ἐσθίει πολλάκις, ἕς τ' ἂν ὑπαναλωθῇ τὰ πρῶτά οἱ καὶ πεφθῇ· πίνει δὲ ὀλίγα.

CAP. XXXV.

De Bubus.

BOVEM licet manſuetum, non facile tamen illius, qui ſibi ſtimulos admovet, oblivio capit; at injuriam animo ac memoria vel longiſſimo intervallo continens vindictam ſumit. Nam cum eſt ſub jugum miſſus, loriſque conſtrictus, quodammodo ſimilis eſt homini in vincula conjecto, et ſe quietum tenet; ut vero ſolutus eſt, alias ad bubulcum verſus pede ſuo feriens, aliquod illius membrum contrivit: alias ſaepe in cornua incitatus, impetens illum interfecit: cum tamen in ceteros ſubito manſuetus exſiſtat, ac quietus in ſtabulum ingrediatur; neque enim ferus in eos exſiſtit, qui iram ſibi non movent.

CAP. XXXVI.

De Porphyro, ſerpente Indica.

INDORVM regionem hiſtorici permulta proferre venena, et plantas perhibent; e quibus partim ſalutaria ſunt contra morſus ſerpentum, partim mortifera. Cujuſmodi eſt porphyrus ſerpens dodrantis magnitudine; colore accedente ad purpurae ſaturatae ſimilitudinem; capite vero pluſquam niveo, et lacte multo candidiore. Locis Indiae callidiſſimis reperitur: ei mordendi idcirco poteſtas eſt nulla, quod dentium expers ſit; ergo hac ex parte eum quaſi manſuetum dicere poſſumus, non item ex omnibus partibus; nam ejus vomitio ſi quod vel hominis, vel alterius animalis attigerit membrum, totum computreſcat neceſſe eſt. Idcirco eum captum a cauda ex arbore ſuſpendunt, ut illi caput ad terram verſus

ΚΕΦ. λέ.

Περὶ Βοῶν.

Ο Βῦς ὁ ωρᾷος τῦ ωλήτ]ονος ϗ κολάζον]ος ἐϗ ἄν ωο]ε λήθην λάβοι, ἀλλ᾽ ὑπομνησθεὶς τιμωρεῖται ϗ διασήμα]ος ἐγγενομένυ. Ὧν μὲν γὰρ ὑπὸ ζεύγλην, ϗ τρόπον τινὰ καθειργμένος, ἔοικε δεσμώτῃ, ϗ ἡσυχάζει· ὅταν δὲ ἀφεθῇ, ωολλάκις τῷ Ϛκέλει ωαίσας Ϛυνέτριψε μέρος τι τῦ βυκόλυ· ωολλάκις δὲ ϗ θυμωθεὶς εἰς κέρας, εἶτα ἐμπεσὼν, ἀπέκτεινεν αὐτόν· ἐν]εῦθεν ωρὸς τὺς ἄλλυς ωρᾷός ἐσι, ϗ ωάρεισιν εἰς τὸ αὔλιον ἡσυχῇ· ὐ γάρ ἐσιν ἀνήμερος, ωρὸς ὃς ἐϗ ἔχει τῦ θυμῦ τὴν ὑπόθεσιν.

ΚΕΦ. λϛ.

Περὶ τῦ Πορφύρυ ὄφεως τῦ Ἰνδικῦ.

Η Τῶν Ἰνδῶν γῆ, φασὶν αὐτὴν οἱ Ϛυγγραφεῖς ωολυφάρμακόν τε, ϗ τῶν βλασημάτων τῶνδε δεινῶς ωολύγονον εἶναι· ϗ τὰ μὲν Ϛώζειν αὐτῶν, ϗ ἐϗ τῶν κινδύνων ῥύεσθαι τὺς ὑπὸ τῶν δακε]ῶν ὁμῦ τῷ θανάτῳ ἰόν]ας, ωολλὰ δὲ ἐκεῖθι τοιαῦτα· τὰ δὲ ἀπολλύναι, ϗ διαφθείρειν ὀξύτα]α, ὧν ἔνπερ ϗ τὸ ἐϗ τῦ ὄφεως γινόμενον εἴη ἄν. Ἔσι δὲ ἄρα ἔτος ὁ ὄφις καλὰ Ϛπιθαμὴν τὸ μῆκος, ὅσα ἰδεῖν· χρόαν δὲ ἔοικε ωορφύρᾳ τῇ βαθυ]άτῃ· λευκὴν δὲ κεφαλὴν, ϗ ὐϗ ἔτι ωορφυρᾶν, ωεριηγῦν]αι αὐτῦ, λευκὴν δὲ, ὐχ ὡς εἰπεῖν ἔπος, ἀλλὰ ϗ χιόνος ἐπέκεινα ϗ γάλακ]ος ωλέον λευκήν. Ὀδόν]ων δὲ ἄγονός ἐσιν ὁ ὄφις ἔτος (εὑρίσκε]αι δὲ ἐν τοῖς ωυρωδεσάτοις τῆς Ἰνδικῆς χωρίοις) ϗ δάκνειν μὲν ἥκισός ἐσι, ϗ καλά γε τῦτο φαίης ἂν τιθασσὸν αὐτὸν εἶναι ϗ ωρᾷον· ὃ δὲ ἂν κα]εμέσῃ, ὡς ἀκύω, ἢ ἀνθρώπυ τινὸς, ἢ θηρίυ, τῦδε τὸ μέλος διασαπῆναι ἀνάγκη ωᾶν. Οὐκῦν θηραθέν]α αὐτὸν ἐϗ τῦ ὐραίυ μέρυς ἐξαρ]ῶσιν, ϗ οἷα εἰκὸς κάτω τὴν κεφαλὴν ἔχει, ϗ εἰς

ſus propendeat; tum ſub ejus os vas ſubjiciunt aeneum, in quod ex ejus ore guttae redduntur, quae primum ut deciderunt, continuo concreſcunt, et condenſantur adſpicienti ut amygdalinae lachrymae ſpeciem praebeant. Ab eo extincto vas removetur, in cujus locum alterum etiam vas aeneum ſupponitur, in quod ſanioſus liquor, aquae ſimilitudinem ſpeciemque gerens, ex jam mortui ore ſerpentis defluit, ſimiliterque hic intra triduum concreſcit; horum tamen uterque colore differt ab altero, hic nigerrimus eſt, illae primae guttae electri ſimiles ſunt. Ex iis igitur ſi cui magnitudine ſeſami in cibo potioneve detur, acerrima primum convulſione percellitur, deinde ei oculi pervertuntur, cerebrum per nares expreſſum delabitur, ſicque ille miſerabiliter quidem moritur, ſed tamen celeriter; ſin quis ſeſamo minus ex illis ſumpſerit, non continuo is quidem moritur, ex malo autem non evadit, ſed cum mora extinguitur. Quod ſi ex eo ipſo nigro, qui ex mortuo jam ſerpente defluit, ſeſami quoque magnitudine quis comederit, ſuppuratus extabeſcit, annique intervallo conſumitur; plerique eorum in biennium proceſſerunt, paulatim morientes.

CAP. XXXVII.

De Struthione magna.

STRVTHIO magna etſi permulta ova parit, non tamen omnia ad frugem perducit, ſed foecunda ab infoecundis ſecernit, tantumque frugiferis incubat; ſimul et ex iis pullos excludit, et ſterilitate affecta eis ipſis editis pullis alimenta praebet. Quod ſi quis eam inſectetur, volando effugere nequit, ſed duntaxat, explicatis alis, greſſu ipſo effugere aggreditur: propior facta ut capiatur, obvios lapides ſic pedibus retro verſus tanquam funda jaculatur.

CAP.

γῆν ὁρᾷ· ὑπ' αὐτῷ δὲ τῷ στόματι τοῦ θηρὸς ἀγγεῖόν τι τιθέασι πεποιημένον χαλκοῦ, καὶ αἱ διὰ τοῦ στόματος σταγόνες ἐκεῖναι λείβονται εἰς τοῦτο, καὶ τὸ καταῤῥεῦσαν ξυνίστασθαί τε καὶ πήγνυσθαι καὶ ἐρεῖς ἰδὼν ἀμυγδαλῆς δάκρυον εἶναι. Καὶ ὁ μὲν ἀποθνήσκει ὁ ὄφις· ὑφαιροῦσι δὲ τὸ σκεῦος, καὶ τιθέασιν ἄλλο, χαλκοῦν ἐστι καὶ ἐκεῖνο, νεκρῷ δὲ ἐκρεῖ πάλιν ὑγρὸς ἰχὼρ ὅτος, καὶ ἔοικεν ὕδατι, τριῶν δὲ ἡμερῶν ἐῶσι, καὶ ξυνίστασθαι μέντοι καὶ ὅτος· εἴη δ' ἂπ' ἀμφοῖν διαφορὰ καὶ τὴν χρόαν, ἡ μὲν γὰρ δεινῶς ἐστι μέλαινα, ἡ δὲ ἠλέκτρῳ ἴκασαι. Οὐκοῦν τοῦτο μὲν εἰ δοίης τινὶ ὅσον σησάμου μέγεθος, ἀφελὼν καὶ ἐμβαλὼν εἰς οἶνον ἢ εἰς σίλφιον, πρῶτον μὲν αὐτὸ σπασμὸς περιλήψεται καὶ μάλα ἰσχυρὸς, εἶτα διαστρέφονται οἱ τῷ ὀφθαλμῷ, ὁ δὲ ἐγκέφαλος διὰ τῶν ῥινῶν καταολισθαίνει θλιβόμενος, καὶ ἀποθνήσκει, καὶ οἴκτιστα μὲν ἄλλα ὤκιστα· ἐὰν δὲ ἔλαττον λάβῃ τοῦ φαρμάκου, ἀφύλακτα μὲν αὐτῷ καὶ ἐνταῦθέν ἐστι, χρόνῳ δὲ ἀπόλυται. Ἐὰν δὲ τοῦ μέλανος ὀρέξῃς, ὅπερ ἦν καταῤῥεύσαντος, ὡς εἶναι σησάμου καὶ τοῦτο μέγεθος, ὑπόπους γίνεται, καὶ φθόη καταλαμβάνει τὸν λαβόντα, καὶ ἐνιαυτοῦ ἀναλίσκεται τηκεδόνι· πολλοὶ δὲ εἰς ἔτη δύο προῆλθον, καὶ μικρὰ ἀποθνήσκοντες.

ΚΕΦ. λζ'.

Περὶ τῆς Στρουθοῦ τῆς μεγάλης.

Ἡ Στρουθὸς ἡ μεγάλη ὠὰ μὲν ἀπολίκτει πολλὰ, ὀλίγα δὲ τρέφει, ἀλλ' ἀποκρίνει τὰ ἄγονα, τοῖς δὲ ἐγκάρποις ἐπῳάζει· καὶ ἐκ μὲν τούτων τοὺς νεοττοὺς ἐξέλεψεν, ἐκεῖνα δὲ τὰ ἐκφαυλισθέντα τούτοις τροφὴν παραλίθησιν. Εἰ δὲ αὐτὴν διώκοι τις, ἥδε ἐκ ἐπιλομᾷ τῇ πλήσει, θεῖ δὲ τὰς πλέυρας ἁπλώσασα· εἰ δὲ ἁλίσκεσθαι μέλλοι, τοὺς παραπίπτοντας λίθους εἰς τὸπίσω σφενδονᾷ τοῖς ποσίν.

ΚΕΦ.

CAP. XXXVIII.
De Paſſeribus.

CONSCIENTIA vel ſuae infirmitatis, vel ſui corpuſculi exiguitatis, paſſeres in ramorum cacuminibus, modo ab iis ſuſtineri queant, nidos contexunt, ſaepeque numero ea machinatione ſibi factas a venatoribus inſidias declinant; cum eo propter rami tenuitatem adſcendere non queunt.

CAP. XXXIX.
De Vulpe, et Veſparum domo.

VULPES in exſuperantiam infinitae tum malitiae, tum fraudis progreditur. Cum veſparum domum veſpis refertam viderit, ipſa quidem a caverna ſeſe avertit, et aculeorum vulnera vitat; in eam vero immittit caudam valde hirſutam et prolixam, eaque veſpas concutit, quae ad pilorum denſitatem accedunt: cum iis autem referta ſit cauda, eam vel ad arborem, vel ad parietem, ad maceriemve allidit; itaque multa caudae attritione his extinctis, in reliquas invadit, perindeque eas ut priores interimit: quando autem animadvertit ſibi omnia tuta fore, ſeque ab aculeis liberam eſſe; nullo jam murmure turbanda, nullos jam metuens aculeos, os in veſparum domum immittens, vorat.

CAP. XL.
De Cane.

CANIS calva nulla oſſea commiſſura conſtat [ſed oſſis perpetuitate continetur.] Cum ſe plurimum currendo exercuit, multo effuſiorem ad res venereas exſiſtere ferunt. Cumque multum aetate proceſſit, ei dentes hebeſcunt, nigrique redduntur. Tanta narium exſiſtit ſagacitate, ut nunquam toſtam caninam carnem, nedum etiam varietate condimentorum fallaciſſima temperatam

ΚΕΦ. λή.

Περὶ Στρυθῶν τῶν μικρῶν.

Οἱ στρυθοὶ οἱ μικροὶ συνειδότες ἑαυτοῖς ἀσθένειαν διὰ σμικρότητα τοῦ σώματος, ἐπὶ τοῖς ἀκρεμόσι τῶν κλάδων, τοῖς φέρειν αὐτοὺς δυναμένοις, τὰς νεοττιὰς συμπλάσαντες, εἶτα μέντοι τὴν ἐκ τῶν θηρατῶν ἐπιβουλὴν ὡς τὰ πολλὰ διαφεύγουσιν, ἐπιβῆναι τῇ κλαδὶ μὴ δυναμένων· ὑ γὰρ αὐτοὺς φέρει διὰ λεπτότητα.

ΚΕΦ. λθ΄.

Περὶ Ἀλώπεκος καὶ Σφηκίας.

Αἱ δὲ ἀλώπεκες εἰς ὑπερβολὴν προήκουσι κακουργίας, καὶ τρόπου δολεροῦ. Ὅταν θεάσωνται σφηκίαν εὐθηνουμένην, αὗται μὲν ἀποστρέφονται τὸν χειμῶνα ἐκνεύσαι, καὶ τὰς ἐκ τῶν κέντρων τρώσεις φυλαττόμεναι· καθιᾶσαι δὲ τὴν ὥραν δασυλάτην τε οὖσαν, καὶ μηκίστην τὴν αὐτὴν, καὶ διασείσαι τοὺς σφῆκας, οἱ δὲ προσέρχονται τῷ τῶν τριχῶν δάσει. Ὅταν δὲ ἀναπλησθῶσιν αὐτῶν, προσαράττουσι τὴν ὥραν δένδρῳ, ἢ τοίχῳ, ἢ αἱμασιᾷ, παιόμενοι δὲ οἱ σφῆκες ἀποθνήσκουσιν· εἶτα ἦλθον ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον, καὶ τοὺς λοιποὺς προσαναλέξασαι, καὶ ἀποκτείνασαι καθὰ τοὺς πρώτους, ὅταν ἐννοήσωσι λοιπὸν εἰρήνην εἶναι, καὶ ἀπὸ τῶν κέντρων ἐλευθερίαν, καθῆκαν τὸ σῶμα, καὶ τὰ σφηκία ἐσθίουσι, μήτε θορυβούμεναι, μήτε μὴν τὰ κέντρα ὑφορώμεναι.

ΚΕΦ. μ΄.

Περὶ Κυνός.

Κυνὸς κράνιον ῥαφὴν οὐκ ἔχει. Δραμὼν δὲ ἐπὶ πολέσον λάγνος γίνεται, φασὶ, μᾶλλον. Κυνὸς δὲ γηρῶντος ἀμβλεῖς οἱ ὀδόντες, καὶ μελαίνονται. Εὔρινος δέ ἐστι ἅτως, ὡς μήποτ' ἂν ὀπτοῦ κυνείου κρέως, μήτ' ἂν καρυκείᾳ τῇ ποικιλοτά-

τῃ

ratam guſtet. Tribus, nec pluribus, morbis laborare ſolet, angina, rabie, podagra; cum homo interea ſexcentis morbis ſit opportunus. Quodcunque autem a rabioſo cane morſum fuerit, perimitur. Poſtquam podagra tenetur, perraro ex ea convaleſcit. Ad decimum quartum annum vita ei producitur. Nam quae de Argo Vlyſſis traduntur, Homeri figmentum videntur.

CAP. XLI.

De Aviculis Indicis ſandaracinum colorem referentibus.

PARVVLARVM quarundam avium Indicarum natio in excelſis et praeruptis montibus nidificat, quarum magnitudo accedit ad ovum perdicum, ſandaracae colore eſt. Indi ſua lingua dicaerum ſolent nominare: Graeci, ſicut audio, dicaeum. Ejus ſtercus ſi quis milii magnitudine ſumpſerit in potionem diſſolutum, ad veſperam morietur. Mors ſomno ſuavi ſimilis eſt, et doloris expers, quem poetae λυσιμελῆ [artus diſſolventem] et ἄβληχρον [mollem] nominare ſolent; talis enim a dolore libera, atque iis qui mori ſtudent, ideo ſuaviſſima eſt. Quamobrem ſummopere Indi id adſequi ſtudent, ipſum enim malorum oblivionem exiſtimant inducere. Quod quidem ab Indorum rege muneri miſſum rex Perſarum omnibus rebus antefert, et adſervat, inſanabilium malorum remedium, ſi quae neceſſitas obveniat; neque apud Perſas quiſquam alius quam rex id habet, et regis mater. Conferamus igitur cum hoc Indico Aegyptium illud pharmacum, utrum utri ſit praeferendum: Aegyptium utique uno tantum eodemque die lachrymas arcere et compeſcere poterat; Indicum vero aeterna oblivione delet mala:

illud

τη ϗ δολερωτάτῃ καταϛοητευθέντος γεύσασθαι. Τρεῖς δὲ ἄρα νόσοι κυνὶ ἀποκεκλήρωνται, ϗ ὑ πλείω, κυνάϛχη, λύτα, ποδάϛρα· ἀνθρώποις γε μὴν μύριαι. Πᾶν δὲ ὅτι ἂν ὑπὸ κυνὸς λυτῶντος δηχθῇ, τοῦτο ἀποθνήσκει. Κύων δὲ ποδαϛρήσας, ϛανίως ἀναῤῥωσθέντα ὄψει αὐτόν. Κυνὶ δὲ βίος, φασὶ, μήκιϛος τέτταρα ϗ δέκα τὰ ἔτη. Ἄρϛος δὲ ὁ Ὀδυσσέως, ϗ ἡ περὶ αὐτὸν ἱϛορία, ἔοικεν παιδιὰ Ὁμήρου εἶναι.

ΚΕΦ. μά.

Περὶ τῶν Ἰνδικῶν Ὀρνέων τῶν τῇ Ϛανδαράκῃ παραπλησίων τὴν χρόαν.

Ἔθνος ὀρνίθων Ἰνδικῶν βραχυτάτων ϗ τοῦτο εἴη ἄν· ἐν δὲ τοῖς πάγοις τοῖς ὑψηλοῖς νεοττεύει, ϗ παῖς πέτραις ταῖς καλυμέναις λιτταῖς· ϗ ἔϛι τὸ μέγεθος τὰ ὀρνίφια, ὅσονπερ ὠὸν πέρδικος· Ϛανδαράκην δέ μοι νόει τὴν χρόαν αὐτῶν. Καὶ Ἰνδοὶ μὲν αὐτὸ φωνῇ τῇ Ϛφετέρᾳ δίκαιον φιλοῦσιν ὀνομάζειν· Ἕλληνες δὲ, ὡς ἀκέω, δίκαιον. Τούτου τὸ ἀποπάτημα εἴ τις λάβοι ὅσον κέγχρου μέγεθος, λυθὲν ἐν τῷ πόμαλι, εἶτα εἰς ἑσπέραν ἀπέθανεν. Ἔοικε δὴ ὁ θάνατος ὕπνῳ, ϗ μάλα γε ἡδεῖ ϗ ἀνωδύνῳ, ϗ οἷον οἱ ποιηταὶ τὸν λυσιμελῆ φιλοῦσιν ὀνομάζειν, ἢ τὸν ἀβληχρόν· εἴη γὰρ ἂν ϗ ὕτος ὀδύνης ἐλεύθερος, ϗ τοῖς δεομένοις διὰ ταῦτα ἥδιϛος· Σπουδὴν δὲ ἄρα τὴν ἀνωτάτω τίθενται Ἰνδοὶ εἰς τὴν κῆσιν αὐτοῦ, κακῶν γὰρ αὐτὸ ἐπίληθον ἡγοῦνται τῷ ὄντι. Καὶ ὃν ϗ ἐν τοῖς δώροις τοῖς μέγα τιμίοις τῷ Περσῶν βασιλεῖ ὁ Ἰνδῶν πέμπει ϗ τοῦτο· ὁ δὲ ϗ τῶν ἄλλων ἁπάντων προλιμᾷ λαβὼν, ϗ ἀποθησαυρίζει, κακῶν ἀνιάτων ἀνλίπαλόν τε ϗ ἀμυνῆριον, εἰ ἀνάγκη καλαλάβοι· ὄνον δὲ ἔχει τις ἐν Πέρσαις αὐτὸ ἄλλος, ὅτι μὴ βασιλεύς τε αὐτὸς, ϗ μήτηρ ἡ βασιλέως. Καὶ διὰ ταῦτα ἀνικρίνονται βασανίσωμεν τῶν φαρμάκων, τοῦ τε Ἰνδικοῦ ϗ τοῦ Αἰγυπτίου, ὁπότερον ἦν προλιμότερον· ἐπεὶ τὸ μὲν ἐφ' ἡμέραν τὴν αὐτὴν τὰ δάκρυα ἀνεῖχέ τε ϗ ἀνέσελλε τὸ Αἰγύπτιον, τὸ δὲ λήθην κακῶν παρεῖχεν αἰώνιον τὸ Ἰνδικόν· ϗ

illud mulier donabat; hoc largitur avis, vel potius per hanc miniſtram natura, ut graviſſimis vinculis hominem occulte abſolvat. Quare feliciores tantum Indos id poſſidere aiunt, ut, quandocunque eis libuerit, hujus corporis veluti carcere liberari queant.

CAP. XLII.

De Attagenis et Meleagridibus.

ATTAGENAE avis meminit etiam Ariſtophanes comicus in ſuis Avibus. Loquitur haec nomen ſuum, qua poteſt voce et decantat. Idem meleagrides, quas vocant, facere aiunt; ſeque Meleagro Oenei filio genere conjunctas expreſſe teſtari. Fert enim fabula, quaecunque Meleagro juveni ſanguine junctae erant, cum propter illius caſum lachrymis et intolerabili luctu ſeipſas conficerent, nec ullam admitterent conſolationem; eas, diis miſertis, in haſce aves mutatas eſſe: atque in his avibus ſimulacra quaedam et reliquias veteris caſus ſupereſſe, unde etiamnum cantent Meleagrum, et pariter illi ſe cognatas teſtentur. Quamobrem quicunque deos, praecipue vero Dianam venerantur, his avibus in cibo religioſe abſtinent; cujus rei cauſa cum aliunde, tum a Leri inſulae habitatoribus petenda eſt.

CAP. XLIII.

De Formicis.

HAEC etiam de formicis audivi. Tanta ſedulitate ad opus ſe conferunt, idque abſque ulla excuſatione, et praetextu, quo uti ſolent ignavi, ut ne noctes quidem in ſuo opere ceſſent, modo ſit plena luna, nec vero, quemadmodum homines, inertiae fugaeque laborandi excuſationes praetendunt. Quid enim inertium dierum

τὸ μὲν ἓν γυναικὸς δῶρον ἦν· τὸ δὲ ὄρνιθος, ἢ φύσεως ἀποῤῥήτως δεσμῶν τῶν ὄντων βαρυτάτων ἀπολυόσης δι' ὑπηρέτου τοῦ ωροειρημένου. Καὶ Ἰνδοὺς, κλήσασθαί φασιν εὐτυχήσαντας αὐτὸ, ὡς τῆς φορβᾶς ἐνταυθοῖ ἀπολυθῆναι ὅταν ἐθέλωσιν.

ΚΕΦ. μβ'.

Περὶ Ἀτταγῶν καὶ Μελεαγρίδων.

Ορνις ὁ ἀτταγᾶς, μέμνηται δὲ καὶ Ἀριστοφάνης αὐτοῦ ἐν Ὄρνισι τῷ δράματι. Οὗτός τοι τὸ ἴδιον ὄνομα, ἢ ζθένει φωνῇ, φθέγγεται, καὶ ἀναμέλπει αὐτό. Λέγουσι δὲ καὶ τὰς καλουμένας μελεαγρίδας τὸ αὐτὸ δήπου δρᾶν τοῦτο· καὶ ὅτι Μελεάγρῳ τῷ Οἰνέως ωροσήκουσι καλὰ γένος μαρτυρεῖσθαι, καὶ μάλα εὐσόμως. Λέγει δὲ ὁ μῦθος, ὅσαι ἦσαν οἰκεῖαι τῷ Οἰνείδῃ νεανίᾳ, ταύτας εἰς δάκρυά τε ἄσχετα καὶ ωένθος ἄτλητον ἐκπεσεῖν, καὶ θρηνεῖν, ὐδέν τι τῆς λύπης ωροσιεμένας ἄκος· οἴκτῳ δὲ ἄρα τῶν θεῶν εἰς ταῦτα τὰ ζῶα ἀμεῖψαι τὸ εἶδος· ταῖς δὲ ἰνδάλμασι καὶ ζπέρμασι τοῦ τότε ωένθους ἐνταθῆναι, καὶ εἰς νῦν ἔτι Μελέαγρόν τε ἀναμέλπειν, καὶ ὡς αὐτῷ ωροσήκουσιν ᾄδειν καὶ τοῦτο μέντοι. Ὅσοι δὲ ἄρα αἰδοῦνται τὸ θεῖον, καὶ μᾶλλον εἰ τὴν Ἄρτεμιν, οὐκ ἂν ωοτε. τῶνδε τῶν ὀρνίθων ἐπὶ τροφὴν ωροσάψαιντο· καὶ ἥτις ἡ αἰτία, ἴσασί τε οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες τὴν Λέρον, καὶ ἔνεσι μαθεῖν ἀλλαχόθεν.

ΚΕΦ. μγ'.

Περὶ Μυρμήκων.

Πεπυσμαι δὲ ὑπὲρ τῶν μυρμήκων καὶ ταῦτα. Οὕτως ἄρα αὐτοῖς τὸ ἐθελουργὸν, καὶ τὸ ἐθελόπονον ωάρεσι ἀπροφασίστως, καὶ ἄνευ τινὸς ὑποτιμήσεως ἐθελοκακούσης, καὶ ζκήψεως, εἰς ἣν ὑποχωρεῖ τὸ ῥᾴθυμον, ὡς καὶ ταῖς ωανσελήνοις μηδὲ νύκτωρ βλακεύειν, μηδὲ ἐλιννύειν, ἀλλ' ἔχεσθαι τῆς ζπουδῆς· ὦ ἄνθρωποι μυρίας ωροφάσεις τε καὶ ζκήψεις ἐς τὸ ῥᾳσωνεύειν

dierum multitudinem commemorem, neceſſe eſt? Indicta ſunt Dionyſia, Lenaea, Chytri, Gephyriſmi; alia Spartam ſunt tranſlata; alia Thebas recepta; quin ſingulis etiam urbibus, mille dierum inertiſſimae ſegnitiae non apud barbaros ſolum, ſed etiam apud Graecos indictae ſunt.

CAP. XLIV.

Animantes etiam Feras beneficiorum meminiſſe.

ANIMANTIVM naturam non omnino intractabilem eſſe, ſed vel maxime feras beneficiorum, quibus afficiuntur, meminiſſe teſtantur in Aegypto feles, ichneumones, crocodili, accipitres. Capiuntur enim illae blanditiis eiborum, et ita cicuratae deinceps manſuetiſſimae permanent; nec unquam mali aliquid in illos, quorum beneficia ſenſerint, moliuntur, poſtquam ſemel naturae ipſarum feritas remollita fuerit. At homo ratione et prudentia praeditum animal, et verecundiae ruboriſque compos, non dubitat veteris amicitiae jus violare, quem amabat odiſſe, et credita ſibi arcana in perniciem ejus, qui crediderat, utcunque levem ob cauſam effutire.

CAP. XLV.

De Leone ulto Canem contubernalem ſuum.

QVOD de leone Eudemus dicit admiratione dignum eſt: hoc ipſum ejuſmodi eſt. Iuveni venationi dedito, quique cum animalibus maxime feris una vivere poterat, cicuratos ab aetate tenera contubernales convictoreſque fuiſſe, canem nimirum, urſam, et leonem: eoſque primum et pacem inter ſe ſervaſſe, et amicitiam recte coluiſſe, refert Eudemus. Deinde cum canis aliquando et urſa inter ſe colluderent, et ludicris morſiunculis conflictarentur,

ἐπινοῆλες. Καὶ τί δεῖ καλαλέγειν τε ϗ ἐπανλλεῖν τὸν τοιῦτον ὄχλον; κεκήρυχλαι γὰρ Διονύσια, ϗ Λήναια, ϗ Χύτροι, ϗ Γεφυρισμοί· ϗ μελελθόνλων ἐς τὴν Σπάρλην ἄλλα, ϗ ἐς Θήβας ἄλλα· ϗ καλὰ πόλιν μυρία ἑκάσην, τὰ μὲν βάρβαρον, τὰ δὲ Ἑλλάδα.

ΚΕΦ. μδ'.

Ὅτι μέμνηλαι τῆς εὐεργεσίας ϗ τὰ Ἄγρια.

Μαρλύριον δὲ τῆς τῶν ζώων φύσεως, ὅτι ὐ πάνλῃ δυσμεταχείρισός ἐσιν, ἀλλ' ἐς παθόνλα ἀπομνησθῆναι τῆς εὐεργεσίας ἐσὶν ἀγαθὰ ζώων ἀγριόταλα ἐν τῇ Αἰγύπλῳ, οἵ τε αἴλυροι, ϗ οἱ ἰχνεύμονες, ϗ οἱ κροκόδειλοι, ϗ τὸ τῶν ἱεράκων ἔτι φῦλον. Ἁλίσκελαι δὲ κολακείᾳ τῇ καλὰ γασέρα, ϗ ἐνλεῦθεν ἡμερωθένλα λοιπὸν πραόταλα μένει· ϗ ὐκ ἄν πολε ἐπιθεῖτο τοῖς εὐεργέταις τοῖς ἑαυλῶν, τῷ θυμῷ τῷ Ϛυμφυῶς τέως ϗ Ϛυγγενῶς ἅπαξ παραλυθένλα. Ἄνθρωπος δὲ ϗ λόγῳ μελειληχὸς ζῶον, ϗ φρονήσεως ἀξιωθὲν, ϗ αἰδεῖσθαι λαχὸν, ϗ ἐρύθημα ἐπίσασθαι, φίλῳ γίνελαι βαρὺς πολέμιος, ϗ ὅσα ἀπόῤῥήλα ἐπισεύθη, ταῦτα δι' αἰτίαν βραχυλάτην ϗ τὴν παραλυχθῆσαν εἰς ἐπιβυλὴν ἐξέπυσε τὴν τῷ πεπισευκότος.

ΚΕΦ. με.

Περὶ Λέονλος τῷ τιμωρήσανλος τῷ Κυνὶ τῷ Συλλόφῳ.

Θαυμάσαι λόγον ἄξιόν φησιν Εὔδημος· ϗ τῷ γε ἀνδρὶ τῷδε ὁ λόγος ἔτός ἐσι. Νεανίας θηραλικὸς, Ϛυμβιῶν τοῖς τῶν ζώων ἀγριωλάτοις οἷός τε, ἐκ νέων μέντοι ϗ βρεφῶν πεπωλευμένος εἶχε, Ϛυλλόφος τε ϗ Ϛυσσίτος ἑαυλοῖς γεγενημένος, κύνα, ϗ ἄρκλον, ϗ λέονλα· ϗ ταῦτα μὲν χρόνῳ πρὸς ἄλληλα εἰρήνην ἄγειν, ϗ φίλα νοεῖν Ϛφισι, λέγει Εὔδημος. Μιᾶς δὲ τυχεῖν ἡμέρας τὸν κύνα προσπαίζονλα τὴν ἄρκλον, ϗ ὑπαικάλλονλα ϗ ἐρεσχελοῦνλα, τὴν δὲ ὐκ εἰωθότως ἐκθηρι-

ctarentur, urſam repente ad feros mores revertiſſe, et canem ſimul invaſiſſe, et ventrem miſero unguibus indigniſſime diſtraxiſſe, eumque dilaceraſſe; cujus atrocitatem facti leonem indignatum, et canis tanquam ſocii deſiderio motum, et perfidiae urſinae odio (quod foedus illa fregiſſet, et amicitiam inſtitutam violaſſet) inflammatum, juſta et merita iracundia contra urſam et exarſiſſe, et ab ea pares poenas, quibus illa prius canem affeciſſet, repetiiſſe. Ita non ſolum, ut Homerus canit,

Profuit interdum prolem ſupereſſe parentis
Vindictae;

ſed quemvis amicum ultorem relinqui, lucrum videtur: quod vel in beſtiis jam dictis natura monſtravit; et tale quid etiam de Zenone et Cleanthe fertur.

CAP. XLVI.

De Indicis Animalibus colore rubris, et forma Cantharis ſimilibus; et de Cynocephalis.

NASCVNTVR in India animalia magnitudine qua canthari, colore rubro, cinnabari proximo, pedibus longiſſimis, tactu mollia. Ea in arboribus, quae ſuccino manant, gignuntur, et earundem fructibus aluntur. Indi his captis expreſſiſque puniceas veſtes exteriores interioreſque tingunt, et quicquid aliud eodem colore inficere libuerit. Hujuſmodi veſtis etiam Perſarum regi mittitur. Mirantur enim eam Perſae, et ſuis vernaculis pulchritudine pretioque anteponunt, auctore Cteſia: nam vel celebribus illis Sardianis floridior ac ſplendidior eſt. In eodem Indiae tractu, ubi canthari jam dicti, cynocephali etiam naſcuntur, quibus a facie et corporis ſpecie nomen inditum; [nam caput caninum] cetera fere humana habent, et veſtiti pellibus ferarum ingrediuntur. Iuſti ſunt, hominum

ἐκθηριωθῆναι, καὶ ἐμπεσεῖν τῷ κυνὶ, καὶ λαφύξαι τοῖς ὄνυξι τὸ δειλαίου τὴν γαστέρα, καὶ διασπάσασθαι αὐτόν· ἀγαναχτῆσαι δὲ τῷ Συμβάντι, ὁ αὐτός φησι, τὸν λέοντα, καὶ οἱονεὶ μισῆσαι τὸ ἄσπονδον τῆς ἄρκτου καὶ ἄφιλον, καὶ τὸν κύνα οἷα ἑταῖρον σωθῆσαι, καὶ εἰς δικαίαν προελθεῖν ὀργὴν, καὶ ἐπιθεῖναι τῇ ἄρκτῳ τὴν δίκην, καὶ τὰ αὐτὰ δρᾶσαι αὐτὴν, ἅπερ εἰργάσατο τὸν κύνα ἐκείνη. Ὅμηρος μέν φησιν·

Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι·

ἔοικε δὲ ἡ φύσις δεικνύναι, ὅτι καὶ φίλον ἑαυτῷ τιμωρὸν καταλιπεῖν, ὦ φίλε Ὅμηρε, κέρδος ἐσίν· οἷόν τι καὶ περὶ Ζήνωνος καὶ Κλεάνθους νοοῦμεν, εἴτι ἀκούομεν.

ΚΕΦ. μς΄.

Περὶ τῶν ἐν Ἰνδοῖς Ζώων τῶν ἐρυθρῶν τοῖς Κανθάροις ἐοικότων Σχῆμα· καὶ τῶν Κυνοκεφάλων.

Ἐν Ἰνδοῖς γίνεται θηρία, τὸ μέγεθος ὅσον ἂν γένοιντο οἱ κάνθαροι· καὶ ἔσιν ἐρυθρὰ, κινναβάρει δὲ εἰκάσαις ἄν, εἰ πρῶτον θεάσαιο αὐτά· πόδας ἔχει ταῦτα μηκίστους, καὶ προσάψασθαι μαλακά ἐσι. Φύεται δὲ ἄρα ἐπὶ τῶν δένδρων τῶν φερόντων τὸ ἤλεκτρον, καὶ σιτεῖται τὸν τῶν φυτῶν καρπὸν τῶνδε. Θηρῶσι δὲ αὐτὰ οἱ Ἰνδοὶ, καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ ἐξ αὐτῶν βάπτουσι τάς τε φοινικίδας, καὶ τὰς ὑπ' αὐταῖς χιτῶνας, καὶ πᾶν ὅ,τι ἂν ἐθέλωσι ἄλλο ἐς τήνδε τὴν χρόαν ἐκτρέψαι τε καὶ χρῶσαι. Κομίζεται δὲ ἄρα ἡ τοιάδε ἐσθὴς καὶ τῷ Περσῶν βασιλεῖ. Καὶ τό γε εὐειδὲς τῆς ἐσθῆτος δοκεῖ τοῖς Πέρσαις θαυμαστὸν, καὶ ἀνταιρινομένη γε τοῖς Περσῶν ἐπιχωρίοις κρατεῖ καλὰ πολὺ καὶ ἐκπλήττει, ὥς φησι Κτησίας· ἐπεὶ καὶ τῶν ᾀδομένων τῶν Σαρδιανικῶν ὀξυτέρα τέ ἐσι καὶ τηλαυγεστέρα. Γίνονται δὲ ἐνταῦθα τῆς Ἰνδικῆς, ἔνθα οἱ Κάνθαροι, καὶ οἱ καλούμενοι κυνοκέφαλοι, οἷς ἔδωκε τὸ ὄνομα ἡ τοῦ Σώματος ὄψις τε καὶ φύσις· τὰ δὲ ἄλλα ἀνθρώπων ἔχουσι, καὶ ἠμφιεσμένοι βαδίζουσι δορὰς θηρίων.

Καὶ

minum nemini moleſti aut injurii; non ſermone, ſed ululatu ſonant, Indorum tamen linguam intelligunt. Venatione animalium ferorum vivunt, quae, ut ſunt celerrimi, facile conſecuti interimunt, et fruſtatim diviſa non ad ignem, ſed ad ſolem aſſant. Capras etiam, et oves alunt; ut ex lacte potu fruantur, ſicuti ex feris cibo. Horum inter animantes rationis expertes non temere mentionem feci; articulato enim, diſcretoque, et humano ſermone non utuntur.

CAP. XLVII.

De Chloride et Chlorione, ſeu Lutea et Vireone.

LVTEA nulla alia re quam herba, ſymphyto nuncupata (quae radix magna difficultate et reperitur et effoditur) nidos conſtruit, eoſque villo et lana ſubſternit. Et femina quidem ita vocatur; mas autem vireo, vitae munerum ſciens eſt, ſimul et aptus ad quidvis diſcendum, ideoque et laboris in diſcendo, cum captus fuerit, patiens. Hieme libere volans non conſpicitur; aeſtivo autem ſolſtitio apparet; et oriente Arcturo ſidere eo, unde huc venerat, revertitur.

CAP. XLVIII.

Quemadmodum Tauri ira placatur.

TAVRVS animo incitatus eo impetu cornibus appetit, ea impotentis animi effrenatione fertur, nihil ut eum, neque bubulcus, neque metus ullus reprimere queat; atqui eum quidem ipſum homo ſiſtit, atque ab impetu continet, ſi dextro genu ſuo faſcia deligato ad eum acceſſerit.

CAP.

Καὶ εἰσὶ δίκαιοι, κ᾽ ἀνθρώπων λυπῶσι ὐδένα, κ᾽ φθέγγονται μὲν ὐδὲν, ὠρύονται δὲ, τῆς γε μὴν Ἰνδῶν φωνῆς ἐπαίουσι. Τροφὴ δὲ αὐτοῖς τῶν ζώων τὰ ἄγρια, αἱροῦσι δὲ αὐτὰ ῥᾴσα, κ᾽ γάρ εἰσιν ὤκιποι, κ᾽ ἀποκλείνουσι καλαλαβόντες, κ᾽ ὀπλῶσιν ὐ ωυρὶ, ἀλλὰ ωρὸς τὴν εἵλην τὴν τῦ ἡλίυ, εἰς μοίρας διαξήναντες. Τρέφουσι δὲ κ᾽ αἶγας, κ᾽ ὄϊς· κ᾽ ζῖτον μὲν ωοιῦνται τὰ ἄγρια, ωίνουσι δὲ τὸ ἐκ τῶν θρεμμάτων γάλα ὧν τρέφουσι. Μνήμην δὲ αὐτῶν ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐποιησάμην, κ᾽ εἰκότως· ἔναρθρον γὰρ, κ᾽ εὔσημον, κ᾽ ἀνθρωπίνην φωνὴν ὐκ ἔχουσιν.

ΚΕΦ. μζ᾽.

Περὶ Χλωρίδος κ᾽ Χλωρίωνος.

Χλωρὶς ὄνομα ὄρνιθος, ἡπερῦν ὐκ ἂν ἀλλαχόθεν ωοιήσαιτο τὴν καλιὰν, ἢ ἐκ τῦ λεγομένυ Ζυμφύτυ (ἔσι δὲ ῥίζα τὸ Ζύμφυτον εὑρεθῆναί τε κ᾽ ὀρύξαι χαλεπὴ) σρωμνὴν δὲ ὑποβάλλεται τρίχας κ᾽ ἔρια. Καὶ ὁ μὲν θῆλυς ὄρνις ὕτω κέκληται· ὁ δὲ ἄῤῥην, χλωρίωνα καλῦσιν αὐτὸν, κ᾽ ἔσι τὸν βίον μηχανικὸς, μαθεῖν τε ωᾶν ὁτιῦν ἀγαθὸς, κ᾽ τλήμων ὑπομεῖναι τὴν ἐν τῷ μανθάνειν βάσανον, ὅταν ἁλῷ. Καὶ διὰ μὲν τῦ χειμῶνος ἄφελον κ᾽ ἐλεύθερον ὐκ ἂν ἴδοι τις αὐτόν· ἠριναὶ δὲ ὅταν ὑπάρχωνται τροπαὶ τῦ ἔτυς, τηνικαῦτα ἐπιφαίνεται· Ἀρκτύρυ τε ἐπιτολαὶ, ὅδ᾽ ἀναχωρεῖ ἐς τὰ οἰκεῖα, ὁπόθεν κ᾽ δεῦρο ἐσάλη.

ΚΕΦ. μή.

Πῶς ωραΰνεται Ταύρυ θυμὸς.

Ταῦρον θυμῷ τεθηγμένον ταῦρον κ᾽ ὑβρίζοντα εἰς κέρας, κ᾽ ζὺν ὁρμῇ κ᾽ ἀκατασχέτως φερόμενον, ὐχ ὁ βυκόλος ἐπέχει, ὐ φόβος ἀνασέλλει, ὐκ ἄλλο τοιῦτον· ἄνθρωπος δὲ ἵσησιν αὐτὸν, κ᾽ ωαραλύει τῆς ὁρμῆς, τὸ δεξιὸν αὐτῦ γόνυ διασφίγξας ταινίᾳ, κ᾽ ἐνυχὼν αὐτῷ.

CAP. XLIX.

De Panthera.

PANTHERAE digiti in anterioribus pedibus quini, in posterioribus quaterni. Femina viribus mari praestat. Quod si imprudens herbam venenatam, quam pardalianchum [aconitum] vocant, deguſtarit, remedium hominis excrementum ſibi aliunde comparat, atque incolumis evadit.

CAP. L.

De Equis.

PILIS equi in gena inferiore carent; propterea Apelli Ephesio hoc in equi pictura neglectum reprehenſionem attuliſſe ferunt. Alii non Apelli hoc accidiſſe, ſed Niconi aiunt, cum ſcientiſſime ceteras equi partes pinxiſſet, hoc unum objectum fuiſſe.

CAP. LI.

De Oeſtro, ſive Aſilo animali.

ASILVM maximae muſcae ſimilem eſſe ferunt, robuſtum et bene compactum, habere quoque aculeum validum ex ore appenſum, ſonumque bombi inſtar edere. Tabanum autem ſimilem videri muſcae caninae, bombumque aſilo majorem edere, aculeum vero minorem poſſidere.

CAP.

ΚΕΦ. μθ'.

Περὶ Παρδάλεως.

Ἡ πάρδαλις τέτλε ἔχει δακτύλους ἐν τοῖς τοσὶ τοῖς προσθίοις, ἐν δὲ τοῖς καλόπιν τέτταρας. Ἡ δὲ θήλεια εὐρωστοτέρα τὸ ἄρρενος. Ἐὰν δὲ γεύσηται ἀγνοοῦσα τὸ καλυμένυ παρδαλιάγχυ, τόα δέ ἐστιν, ἀποπάτημα ἀνθρώπυ τοθὲν ἀνιχνεύσασα, διασώζεται.

ΚΕΦ. ν'.

Περὶ Ἵππων.

Οἱ ἵπποι τὰς κάτω βλεφαρίδας ὃ φασιν αὐτὺς ἔχειν· Ἀπελλῆν ἓν τὸν Ἐφέσιον αἰτίαν λέγυσιν ἔχειν, ἐπεί τινα ἵππον γράφων ὃ παρεφύλαξε τὸ ἴδιον τὸ ζῴυ. Οἱ δὲ ὃκ Ἀπελλῆν φασι τὴν αἰτίαν ταύτην ἐνέγκασθαι, ἀλλὰ Νίκωνα, ἀγαθὸν μὲν ἄνδρα γράψαι τὸ ζῷον τὸτο, σφαλέντα δ' ἓν ἐς μόνον τὸ εἰρημένον.

ΚΕΦ. να'.

Περὶ τὸ Οἴστρυ τὸ ζῴυ.

Τὸν οἶστρόν φασιν ὅμοιον εἶναι μύιᾳ μεγίστῃ, ϗ εἶναι στερεὸν ϗ εὐπαγῆ, ϗ ἔχειν κέντρον ἰσχυρὸν, ϗ ῥῆγμένον τὸ σώματος, ϗ ποιεῖσθαι δὲ ϗ ἦχον βομβώδη. Τὸν μὲν ὃν μύωπα ὅμοιον φῦναι τῇ καλυμένῃ κυνομύιᾳ, βομβεῖν δὲ τὸ οἴστρυ μᾶλλον, ἔχειν δὲ ἔλαττον τὸ κέντρον.

CAP. LII.

De Indicis Aſinis.

SYLVESTRES aſinos equis magnitudine non inferiores apud Indos naſci accepi; eoſque reliquo corpore albos, capite vero purpureo, oculiſque cyaneis eſſe; cornuque in fronte gerere ſeſquicubiti longitudine, cujus inferius album, ſuperius autem puniceum, medium vero plane nigrum ſit. Ex hiſce variegatis cornibus Indos bibere audio, nec tamen omnes, ſed potentiores, cum per interſtitia auro ea circumfuderint, et veluti armillis quibuſdam pulcrum ſimulacri brachium exornaverint. Ex hoc cornu bibentem ab inſanabilibus morbis tutum fieri, neque eum ipſum convulſionibus corripi, neque ſacro morbo tentari, neque venenis ullis necari ferunt; quinetiam ſi quid prius peſtilens biberit, tum id evomere, tumque ad ſanitatem redire. Cum autem ceteri aſini, quibuſcunque in terris ſint, tam domeſtici, quam ſylveſtres, tum cetera ſolipeda animalia, talos non habeant, neque fel in jecore, ut fertur: aſinos Indicos cornigeros Cteſias inquit talis primum, iiſque nigris, praeditos eſſe, eoſdemque ſi quis confregerit, interiora quoque nigra deprehenſurum eſſe; neque felle eos carere; neque modo corporis velocitate longe multumque ceteros aſinos ſuperare, ſed et velocitate eadem multo equis et elephantis praeſtare. Cum autem in viam ſe dederunt, tardius primo ingrediuntur; deinde paulatim tantum confirmantur ad contendendum iter, eos quidem, juxta poetae dictum, ut adſequi nemo poſſit. Poſtea autem quam feminae pepererunt, patres circum pullos a partu recentes ſumma cuſtodia verſantur; eorumque commorationes locis Indiae deſertiſſimis ſunt. Cum a venatoribus Indis invaduntur, pullos ſuos adhuc teneros et aetate infirmos a tergo ſuo paſcentes habent,

ipſi

ΚΕΦ. νϐ'.

Περὶ τῶν Ἰνδικῶν Ὄνων.

Ὄνους ἀγρίους ἐκ ἐλάττονας ἵππων τὰ μεγέθη ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι πέπυσμαι· καὶ λευκοὺς μὲν τὸ ἄλλο εἶναι σῶμα, τήν γε μὴν κεφαλὴν ἔχειν πορφύρᾳ παραπλησίαν, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἀποσέλλειν κυανῆ χρόαν· κέρας δὲ ἔχειν ἐπὶ τοῦ μετώπου, ὅσον πήχεως τὸ μέγεθος καὶ ἡμίσεως προσέτι, καὶ τὸ μὲν κάτω μέρος τοῦ κέρατος εἶναι λευκὸν, τὸ δὲ ἀνωτέρω φοινικοῦν, τό γε μὴν μέσον μέλαν δεινῶς. Ἐκ δὴ τῶνδε τῶν ποικίλων κεράτων πίνειν Ἰνδοὺς ἀκούω, καὶ ταῦτα ὑπὸ πάνατος, ἀλλὰ τοὺς τῶν Ἰνδῶν κρατίστους, ἐκ διασημάτων αὐτοῖς χρυσοῦν περιχέοντας, οἱονεὶ ψελλίοις τισὶ κοσμήσαντας βραχίονα ὡραῖον ἀγάλματος. Καί φασι νόσων ἀφύκτων ἀμαθῆ καὶ ἄπειρον γενέσθαι τὸν ἀπογευσάμενον ἐκ τοῦδε τοῦ κέρατος· μήτε γὰρ σπασμῷ ληφθῆναι ἂν αὐτὸν, μήτε τῇ καλουμένῃ ἱερᾷ νόσῳ, μήτε μὴν διαφθαρῆναι φαρμάκοις· ἐὰν δέ τι καὶ πρότερον ἢ πεπωκὼς κακὸν, ἀνεμεῖν τοῦτο, καὶ ὑγιᾶ γενέσθαι αὐτόν. Πεπίστευται δὲ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ὄνους καὶ ἡμέρους καὶ ἀγρίους, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μώνυχα θηρία ἀστραγάλους ἐκ ἔχειν, οὐδὲ μὴν ἐπὶ τῷ ἤπατι χολήν· ὄνους δὲ τοὺς Ἰνδοὺς λέγει Κτησίας τοὺς ἔχοντας τὸ κέρας ἀστραγάλους φορεῖν, καὶ ἀχόλους μὴ εἶναι· λέγονται δὲ μέλανες εἶναι οἱ ἀστράγαλοι, καὶ εἴ τις αὐτοὺς συντρίψαι, εἶναι τοιοῦτοι καὶ τὰ ἔνδον. Εἰσὶ δὲ καὶ ὠκισοι οἵδε ὑ μόνον τῶν ὄνων, ἀλλὰ καὶ ἵππων, καὶ ἐλεφάντων· καὶ ὑπάρχονται μὲν ἡσυχῇ τοῦ δρόμου, καὶ μικρὰ δὲ ἐπιῤῥώννυνται καὶ διώκειν ἐκεῖνον, τοῦτο δὴ τὸ ποιητικὸν, μεταθεῖν τὰ ἀκίχητά ἐστιν. Ὅταν γε μὴν ὁ θῆλυς τέκῃ, καὶ περιάγηται τὰ ἀρτιγενῆ, σύννομοι αὐτοῖς οἱ πατέρες αὐτῶν γίνονται, φυλάττοντες τὰ βρέφη· διατριβαὶ δὲ τοῖς ὄνοις τῶν Ἰνδικῶν πεδίων τὰ ἐρημόταται. Ἐπιόντων δὲ τῶν Ἰνδῶν ἐπὶ τὴν ἄγραν αὐτῶν, τὰ μὲν ἀπαλὰ καὶ ἔτι νεαρὰ ἑαυτῶν νέμεσθαι καλόπιν ἐῶσιν· αὐτοὶ δὲ ὑπερμα-

χοῦσι,

ipſi vero pro eis propugnant, et contra equites audent venire, eoſque cornibus ferire. Tanto ſane hi robore exſiſtunt, nihil eis ut obſiſtere queat, quin ſtatim vel concedat, vel, ſi non ceſſerit, frangatur, aut aliter atteratur, et evadat inutile, et perdatur. Equorum etiam incurſu latera diſcerpunt ac lacerant, ut viſcera effundantur; ex quo fit, ut ad eos equites appropinquare valde metuant: appropinquatio enim capitalem ipſis pariter et equis mulctam miſerabiliter infert. Pergraviter calcibus pugnant. Eorum morſus eatenus acerbiores exſiſtunt, ut quicquid comprehenderint, funditus diripiant. Ex his qui ſunt confirmata aetate, vivos non ceperis, at jaculis et ſagittis perimuntur; atque hoc pacto depraedati eorum cornua Indi, ut dixi, exornant. Carnes eorum, quod amariſſimae ſint, haudquaquam eſculentae.

CAP. LIII.

De Libycis animalibus numerorum rationem tenentibus.

RATIONIS expertia animalia naturae dono numerorum rationem tenere, etſi eam non edocta, Eudemus affirmat; quod quidem ipſum Libycorum animalium teſtimonio, quorum nomen non explicavit, comprobat. Quae autem dicit, haec ſunt: Quod ceperint in undecim partes dividere, et decem quidem edere, undecimam autem cuicunque tandem relinquere: cur vero eam tanquam decumam relinquant, conſideratione dignum eſt. Mirum igitur videri debet bruta animalia ſua ſponte nullo docente numerandi ſcientiam percipere, et unitatem, binarium, ac reliquos deinceps numeros ſuo ingenio ſcire; hominem autem rationis participem, non niſi vehementi cura, aſſiduo ſtudio, ac nonnunquam ne multa quidem verberatione numerorum vim, cognitionemque comprehendere poſſe.

χῦσι, ϗ ἐπίασι τοῖς ἱππεῦσιν ὁμόσε, ϗ τοῖς κέρασι ϖαίυσι. Τοσαύτη δὲ ἄρα ἡ ἰσχὺς ἡ τῶνδέ ἐσιν, ὐδὲν ἀνλέχει αὐτοῖς ϖαιόμενον, ἀλλ᾽ εἴκει, ϗ διακόπλαι, ϗ ἐὰν τύχῃ καλέθλασαι, ϗ ἀχρεῖόν ἐσιν. Ἤδη δὲ ϗ ἵππων ϖλευραῖς ἐμπεσόνλες διέσχισαν, ϗ τὰ Ϛπλάγχνα ἐξέχεαν· ἔνθεν τοι καὶ ὀῤῥωδῦσιν αὐτοῖς ϖλησιάζειν οἱ ἱππεῖς· τὸ γάρ τοι τίμημα τῦ γενέσθαι ϖλησίον θάναλός ἐσιν οἴκλισος αὐτοῖς, ϗ ἀπόλλυλαι ϗ αὐτοὶ ϗ ἵπποι. Δεινοὶ δέ εἰσι ϗ λακλίσαι. Δήγμαλα δὲ ἄρα ἐς τοσῦτον καθικνεῖται αὐτῶν, ὡς ἀποσπᾶν τὸ ϖεριληφθὲν ϖᾶν. Ζῶνλα μὲν ἓν τέλειον ὐκ ἂν λάβοις, βάλλονλαι δὲ ἀκονλίοις ϗ ὀϊσοῖς· ϗ τὰ κέραλα ὕτως τὰ ἐξ αὐτῶν Ἰνδοὶ νεκρῶν σκυλεύσανλες, ὡς εἶπον, ϖεριέπυσιν. Ὄνων δὲ Ἰνδῶν ἄβρωτόν ἐσι κρέας· τὸ δὲ αἴτιον, ϖέφυκεν εἶναι ϖικρόταλον.

ΚΕΦ. νγ΄.

Περὶ Ζώων ἀριθμηλικῶν Λιβυκῶν.

Εἶναι δὲ ἄλογα μὲν ζῶα, φυσικὴν δὲ ἔχειν ἀριθμηλικὴν μὴ διδαχθένλα, Εὔδημός φησι, ϗ ἐπάγει μαρλύριον ἐκεῖνο τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ ζώων· τὸ δὲ ὄνομα ὐ λέγει, ἃ δὲ λέγει, ταῦτά ἐσιν. Ὅ,τι ἂν θηράσῃ, ϖοιεῖν μοίρας ἕνδεκα, ϗ τὰς μὲν δέκα Ϛιλεῖσθαι, τὴν δὲ ἑνδεκάτην ἀπολιπεῖν (ὅτῳ δὴ, ϗ ἀντὶ τῦ, ϗ ἐννοίᾳ τίνι σκοπεῖν ἄξιον) ἀπαρχήν γε τινὰ ἢ δεκάτην, ὡς ἂν εἴποις. Οὐκῦν ἐκπλαγῆναι δίκαιον τὴν αὐτοδίδακτον Ϛοφίαν, τὴν δέ γε μονάδα, ϗ δυάδα, ϗ τὰς ἑξῆς ἀριθμὰς ζῶον οἶδεν ἄλογον· ἀνθρώπῳ δὲ δεῖ ϖόσων μὲν τῶν μαθημάτων, ϖόσων δὲ τῶν ϖληγῶν, ἵνα ἢ μάθῃ ταῦτα εῦ ϗ καλῶς, ἢ ϖολλάκις μὴ μάθῃ.

CAP. LIV.

De Aſpidis amore.

QVOD Aegyptii de aſpide dicunt, id libenter ſapientiae ſtudioſi audiunt: in quadam Aegyptiorum praefectura, ab Hercule, Iovis filio, denominata, formoſum puerum (ut Aegyptii formoſi eſſe poſſunt) anſerum cuſtodem, ab aſpide mirifice adamatum fuiſſe: quod puerum dormientem aliquando praemonuerit de inſidiis ſtructis ab altera fera, quae ei juncta erat, rivalitate, ut ita dicam, aliqua contra puerum propter conjugem aſpidem; illaſque dum maritus ejus moliebatur, puerum exporrectum aſpidi fidem adhibuiſſe, et inſidias declinaſſe. Equo ſermonem Homerus tribuit: aſpidi natura, quam nullae morantur leges, ut ait Euripides.

CAP. LV.

De Camelis.

CVM camelos quinquaginta annos vivere percepi, tum Bactrianos ad centeſimum annum: tum mares, ut pugnaciores ſint, a Bactris populis caſtrari; ita, petulantia exciſa, majori robore eſſe: camelis etiam feminis vulvas ferro aduri; ut partibus illis, quae ad furorem libidinis incitant, aduſtis, ad bellum aptiores exſiſtant.

CAP. LVI.

De Vituli marini amore.

VITVLVM marinum Eudemus ait in hominem ſpongias piſcari ſolitum amore flagraſſe; eoque, ubi ſubterranea petra erat, extra mare progreſſum cum ſpongiatore rem habuiſſe. Hoc autem, cum is ſpongiatorum maxime deformis eſſet, vitulo formoſiſſimus videretur, nihil forſitan mirum videri debet; cum ſaepenumero homines in mulieres turpiſſimas, pulchrioribus neglectis, amore inflammentur.

ΚΕΦ. νδ'.

Περὶ τῦ τῆς Ἀσπίδος ἔρωτος.

Λέγυσιν Αἰγύπτιοι, ϗ ῥᾳθύμως αὐτῶν ἐκ ἀκέυσιν ἄνδρες φιλόσοφοι, ἔν τινι νομῷ τῶν Αἰγυπτίων, ὑπερῦ ἐξ Ἡρακλέυς τὸ Διὸς ὀνομάζυσι, παῖδα ὡραῖον, ὡς ἂν Αἰγύπτιον, χηνῶν ποιμένα, ἐράστριαν ἀσπίδα λαχεῖν, ϗ μέντοι παρ' αὐτὴν εἶναι θαυμαστόν· εἶτα φοιτῶσαν τῷ ἐρωμένῳ προλέγειν ὅναρ τὰς ἐπιβυλὰς τὰς εἰς αὐτὸν πανυργυμένας ἐκ θατέρυ θηρίυ, ὅπερ ἦν αὐτῇ Σύννομον, ὡς ἂν εἴποις, ζηλοτυπίᾳ τινὶ τῇ πρὸς τὸν παῖδα ὑπὲρ τῆς νυμφῆς τῆς ἀσπίδος· ϗ ταῦτα πειρωμένυ δρᾶν τῦ ἄῤῥενος, τόνδε ἐπακύσανται πείθεσθαι ϗ φυλάττεσθαι. Ὅμηρος μὲν ἓν ἔδωκεν ἵππῳ φωνήν· ἀσπίδι δὲ ἡ φύσις, ἢ νόμων ὐδὲν μέλει, φησὶν Εὐριπίδης.

ΚΕΦ. νέ.

Περὶ Καμήλων.

Κάμηλυς ἔτη βιῦν ϗ πενταήκοντα ἀκήκοα, τὰς δ' ἐκ Βάκτρων πέπυσμαι προϊέναι ϗ εἰς δὶς τοσαῦτα. Καὶ οἵ γε ἄῤῥενες ϗ πολεμικοὶ, ϗ ἐκτέμνυσιν αὐτὺς οἱ Βάκτριοι, τὴν ὕβριν ϗ τὸ ἀκολασταίνειν ἀφαιρῦντες, τὴν δὲ ῥώμην αὐτοῖς φυλάττοντες· καίονται δὲ ϗ αἱ θήλειαι τὰ ἐξάπτονται εἰς οἶστρον μέρη αὐτάς.

ΚΕΦ. νς'.

Περὶ τῦ τῆς Φώκης ἔρωτος.

Φώκην Εὔδημος λέγει ἐρασθῆναι ἀνδρὸς Σπογγιὰς θηρεύειν συνειθισμένυ, ϗ προϊῦσαν τῆς θαλάττης, ἔνθα ἦν ὕπαντρος πέτρα, ὁμιλεῖν αὐτῷ. Τῶν δὲ ὁμοτέχνων ἦν ἄρα τις αἴσχιστος, ἀλλ' ἐδόκει τῇ φώκῃ ὡραιότατος εἶναι· ϗ θαῦμα ἴσως ὐδὲν, ἐπεὶ ϗ ἄνθρωποι πολλάκις τῶν ἥττον καλῶν ἠράσθησαν, ἐς τὺς ὡραιοτέρυς ὐ πατόντες ὐδὲν, ἀλλ' ἀμελήσαντες αὐτῶν.

CAP. LVII.

De Hydro.

AB hydro percuſſum ſtatim odorem teterrimum reddere narrat Ariſtoteles; ex eoque quod tam male oleat, neminem ei appropinquare poſſe. Idem quoque ait eundem percuſſum cum oblivione circumfundi, ejuſque oculis multam caliginem offundi; tum rabiem et ſummum tremorem eidem exoriri, tertioque die perire.

CAP. LVIII.

De Oenade ave.

OENAS avem ſignificat, non, ut quidam putant, vitem. Hanc Ariſtoteles palumbo majorem, columba minorem facit. Hinc in Sparta etiam, ut audio, oenadotherae quidam vocantur. Porro circe avis nomen fuerit, a circo tum genere, tum natura differentis.

CAP. LIX.

De ave, quae Cyanus vocatur.

AVIS, cui cyanus nomen eſt, natura ſua ab hominum conſuetudine abhorret, urbanas commorationes et domos odio perſequitur, locorum etiam agreſtium ubi homines verſari ſoleant inſolens eſt; eis vero locis, in quibus eſt ab hominibus ſolitudo, et montium jugis, et praecipitiis delectatur. Non continentem, non inſulas hominum frequentia habitabiles, in amore habet; Scyro, et ſi qua eſt ejuſmodi alia ſterilis, et ab hominibus inops, delectatur.

CAP.

ΚΕΦ. νζ'.

Περὶ Ὕδρυ.

Ἀριστέλης λέγει τὸν ὑφ' ὕδρυ πληγέντα παραχρῆμα ὀσμὴν βαρυτάτην ἀπεργάζεσθαι, ὡς μὴ οἷόν τε εἶναι προσπελάσαι αὐτῷ τινα. Λήθην τε καταχεῖσθαι τῷ πληγέντι ὁ αὐτὸς λέγει, καὶ μέντοι καὶ ἀχλὺν καταὶ τῶν ὀμμάτων πολλὴν καὶ λύτταν ἐπιγίνεσθαι, καὶ τρόμον εὐθὺ μάλα ἰσχυρὸν, καὶ ἀπόλλυσθαι διὰ τρίτης αὐτόν.

ΚΕΦ. νή.

Περὶ τοῦ ὄρνιθος τῆς Οἰνάδος.

Τὴν οἰνάδα ὄρνεον εἰδέναι χρὴ ὅσαν, ἃ μὲν, ὥς τινες, ἄμπελον. Λέγει δὲ Ἀριστέλης μεῖζον μὲν αὐτὸ εἶναι φάσσης, περιστερᾶς γε μὴν ἧττον. Καλεῖσθαι δὲ, ὡς ἀκέω, καὶ ἐν τῇ Σπάρτῃ οἰναδοθῆραι τινές. Λέγοιτο δὲ ἄν τι καὶ κίρκη, διαλλάττον τοῦ κίρκου ὄρνεον ἃ μόνον τῷ γένει, φασὶ, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν.

ΚΕΦ. νθ'.

Περὶ ὄρνιθος τοῦ καλουμένου Κυανοῦ.

Κύανος ὄνομα ὄρνις, τὴν φύσιν ἀπάνθρωπος, τὸν τρόπον μισῶν μὲν τὰς ἀσυκὰς διαιρεσὰς, καὶ τὰς καθ' οἰκίαν αὐλίσεις, φεύγων δὲ καὶ τὰς ἐν ἀγροῖς διαιρεσὰς, καὶ ὅπου καλύβαι τε καὶ ἀνθρώπων αὔλια· χαίρων δὲ ἐρημίαις, καὶ ἡδόμενος ὀρείοις κορυφαῖς, καὶ πάγοις ἀποτόμοις. Ἀλλ' ὅτε ἠπείροις φιλησεῖ, ὅτε νήσοις ἀγαθαῖς. Σκύρῳ δὲ, καὶ εἴ τις τοιαύτη ἑτέρα ἄγαν λυπρὰ καὶ ἄγονος, καὶ ἀνθρώπων χηρεύουσα ὡς τὰ πολλά.

CAP. LX.

De Spinis avibus.

SPINI aves in posterum longissime providentes hominibus ad rerum futurarum conjecturam sapientiores sunt. Etenim hyemem futuram praesentiunt, et nivem praenoscunt, et multa cautione observant, ne iis opprimantur; itaque earum acerbitates metuentes, tanquam ad asyla, sic ad loca nemoribus frequentia confugiunt.

ΚΕΦ. ξ.

Περὶ Σπίνυ.

Σπῖνοι δὲ ἄρα ζοφώτεροι ϗ ἀνθρώπων τὸ μέλλον προεγνωκέναι. Ἴσασι γῶν ϗ χειμῶνα μέλλονῖα, ϗ χιόνα ἐσομένην προμηθέσαῖα ἐφυλάξανῖο· ϗ τῦ καῖαληφθῆναι δέει ἀποδιδράσκυσιν εἰς τὰ ἀλσώδη χωρία ϗ τὰ δασέα, ϗ αὐτοῖς τὰ δάση κρησφύγεῖα, ὡς ἂν εἴποις, ἐσί.

AELIANI
DE
NATVRA ANIMALIVM
LIBER V.

CAPVT I.

De avibus, quae Memnonides appellantur.

TERRAM Parianorum et vicinam Cyzicum aves adſpectu nigras incolere ferunt, quae figura corporis et forma accipitribus ſimiles eſſe videntur: eae uſu carnium cum ſe abſtinent, tum in omni victus ratione ſe continent; eis enim ad cibum ſemina ſatis ſunt. Cum autumnus eſſe coepit, Ilium gregatim advolant. Eas autem idcirco Memnonidas vocant, quod recta ad Memnonis ſepulchrum proficiſcantur. Id enim vel etiam nunc a Troadis incolis in honorem Memnonis Aurorae filii conditum ibi fuiſſe dicitur; atque Memnonis quidem cadaver ex caede a matre in ſublime raptum, et in Suſa illa Memnonia tantopere decantata exportatum fuiſſe, ut humatione afficeretur, eque dignitate illius exſequiarum juſta ei perſolverentur: illud vero cenotaphium eſſe. Aves igitur Memnonis gentiles quotannis eo proficiſci, ibique primum in contrarias partes diſtrahi, deinde pugnam committere, eamque ſumma contentione tamdiu pugnare, dum ex his media pars pereat, altera vero victrix redeat, unde diſceſſerat. Quomodo autem, et unde haec accidant, philoſophari, nec mihi libet, neque etiam vacuus ſum ad ſcrutanda naturae abſtruſa atque abdita. Hoc quidem funebre certamen

ab

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Ε΄.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Περὶ τῶν ὀρνίθων τῶν καλυμένων Μεμνόνων.

ΓΗΝ τὴν Παριανῶν ϗ τὴν γείτονα Κύζικον ὄρνιθας οἰκεῖν μέλανας ἰδεῖν φασι, τὸ δὲ ϛχῆμα εἴποις ἱέρακας αὐτὰς ἄν· ἄγευστοι δέ εἰσι ϛαρκῶν, ϗ ϛωφρονοῦσι πεϱὶ γαστέρα, ϗ αὐτοῖς τὰ ϛπέρματα εἶναι δεῖπνον ἀπόχρη. Ὅταν δὲ ὑπάρξηται τὸ μελόπωρον, εἰς τὴν Ἰλιάδα γῆν ἀγέλη τῶνδε τῶν ὀρνίθων (καλοῦσι δὲ αὐτὰς Μέμνονας) εὐθὺ τοῦ Μεμνονείου τάφου φοιτῶσι. Λέγουσι δὲ οἱ τὴν Τρωάδα ἔτι οἰκοῦντες ἠρίον εἶναί τι τῷ τῆς Ἠοῦς Μέμνονι εἰς τιμὴν ἄνεμον· ϗ αὐτὸν μὲν τὸν νεκρὸν ἐς τὰ Σοῦσα, τὰ ὕστω Μεμνόνεια ὑμνούμενα, ὑπὸ τῆς μητρὸς κομισθέντα μετέωρον ἐκ τῶν φόνων, τυχεῖν κηδεύσεως τῆς προσηκούσης αὐτῷ· ὀνομάζεσθαι δέ οἱ τὴν σήλην τὴν ἐνταῦθα ἄλλως. Οὐκοῦν τοὺς ὄρνιθας, τοὺς ἐπωνύμους τοῦ ἥρωος τοῦ προειρημένου, ἀφικνεῖσθαι κατὰ πᾶν ἔτος, ϗ διαιρεῖσθαί τε ϗ διασχίζεσθαι εἰς ἔχθραν ϗ διαφοράν, ϗ μάχεσθαι μάχην καρτεράν, ϗ ἐς τοσοῦτον ἔς τ' ἂν οἱ μὲν αὐτῶν ἀποθάνωσιν οἱ ἡμίσεις, οἱ δὲ ἀπέλθωσιν οἱ κρατήσαντες, ἔνθεν ϗ ἀφίκοντο. Ὅπως ἂν ταῦτα δρᾶται, ϗ ὁπόθεν, ἔ μοι ϛχολὴ φιλοσοφεῖν νῦν, ὁδὲ μὴν τὰ τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα ἀνιχνεύειν. Εἰρήσεται δὲ ἐκεῖνο ἐπιτάφιον τῷ παιδὶ τῷ τῆς Ἠοῦς ϗ Τιθωνοῦ,

τοῦτον

ab hiſce avibus quotannis ad honorandum Memnonem, Aurorae et Tithoni filium, peragi dixerim; Graeci vero ſemel duntaxat tali honore Peliam, Amarynceum, Patroclum, et Achillem Memnonis hoſtem dignati ſunt.

CAP. II.

De Noctua, et quod ea in Creta non naſcatur; item quod in Creta nullum Animal maleficum ſit.

In Creta noctuam aiunt omnino non naſci, ac, ſi extrinſecus importetur, mori. Itaque videtur Euripides temere feciſſe hanc avem a Polyido viſam, atque ex ea conjeciſſe Glaucum defunctum Minois filium ſe reperturum. Audio praeterea Cretenſes jactare, Creticae terrae conceſſum hoc munus a Iove, nempe in ea et nutrito et occultato, ut ab omni malefica et noxia fera libera ſit, ita ut nec ipſa ullam producat, nec aliunde invectam alat, et hujus muneris vim re ipſa declarari, cum nullum in ea maleficum animal reperiatur; quod ſi quis, ut hanc Iovis gratiam experiatur, venenatum animal quodpiam foris adſumit, id primum ut hanc terram attigit, ſtatim perit. Itaque circulatores, qui venantur in Africa Cretae proxima ſerpentes, talia machinantur: Ad movendam hominum admirationem ſerpentes varias manſuefactas circumgeſtant, et ſimul ipſis terrae Africae quantum ſatis ſit ad earum uſum comportant; quod ipſum provident, ne ſerpentes pereant; ob eamque cauſam cum ad hanc inſulam pervenerunt, non prius feras beſtias exponunt, quam terram peregrinam, quam ſecum portant, ſubſtraverint: ex quo fit, ut multitudinem imperitam congregent, atque ſtupidam detineant; et tametſi eae quidam ſeſe incitant, non loco tamen ſe movent, neque ex domeſtico et vernaculo pulvere

τῦτον ὅσα ἔτη τὸν ἀγῶνα ἀθλῦσιν οἱ ωροειρημένοι ὄρνιθες· Πελίαν δὲ ἅπαξ ἐτίμησαν Ἕλληνες ἀγῶνι, ϗ Ἀμαρυϛκέα, ϗ μένϑοι ϗ Πάτροκλον, ϗ τὸν ἀνϑίπαλον Μέμνονος τὸν Ἀχιλλέα.

ΚΕΦ. β΄.

Περὶ Γλαυκὸς, ϗ ὅτι ἐν Κρήτῃ ἠδεμία· ϗ ὅτι ἡ αὐτὴ ἐλευθέρα ωανϑὸς ϑηρίῳ ωονηρῷ.

ΕΝ τῇ Κρήτῃ γλαῦκα μὴ γίνεσθαί φασι τὸ ωαράπαν, ἀλλὰ ϗ εἰσκομισθεῖσαν ἔξωθεν ἀποθνήσκειν. Ἔοικε δὲ ὁ Εὐριπίδης ἀβασανίϛως ωεποιηκέναι τὸν Πολύειδον ὀρῶνϑα τήνδε τὴν ὄρνιν, ϗ ἐξ αὐτῆς τεκμηράμενον ὅτι εὑρήσει ϗ τὸν Γλαῦκον τὸν τεθνεῶτα τῷ Μίνῳ τὸν υἱόν. Πυνθάνομαι δὲ ἔγωγε λόγῳς Κρῆτας ἄδειν, ϗ διδάσκειν ἐκεῖνα, ϗ ωρὸς τοῖς ἤδη διηνυσμένοις, δῶρον λαβεῖν τὴν γῆν τὴν Κρηϊκὴν ἐκ Διὸς, οἷα δήπῳ τροφὸν, ϗ τὴν κρύψιν τὴν υμνῳμένην ἀποκρύψασαν αὐτὸν, ἐλευθέραν εἶναι ϑηρίῳ ωονηρῷ, ϗ ἐπὶ λύμῃ γεννωμένῳ ωανϑὸς, ϗ μήτε αὐτὴν τίκϑειν, μήτε ἔξωθεν κομισθὲν τρέφειν· ϗ τὴν μὲν ἀποδείκνυσθαι τῷ δώρῳ τὴν ἰσχὺν, τῶν γάρ τοι ωροειρημένων ἄγονον εἶναι· εἰ δὲ ἐπὶ ωείρᾳ τις ἢ ἠλέγχῳ τῆς ἐκ Διὸς χάριϑος εἰσαγάγοι τι τῶν ὀθνείων, τόδε ἐπιψαῦσαν μόνον τῆς γῆς ἀπόλλυσθαι. Οὐκῦν τὲς ϑηρῶνϑας τὲς ὄφεις ἐν τῇ ωλησίον Λιβύῃ τοιαῦτα ωαλαμᾶσθαι· ἡμερώσανϑες ἄγῳσι εἰς ϑαῦμα οἵδε οἱ γόηϑες τῶν δακέτων ϑηρία ωολλὰ, ϗ ϛὺν αὐτοῖς ἐπάγονϑαι φόρϑον γῆς τῆς Λιβύσσης, ϛφίσι τὸ ἀρκῶν εἰς τὴν χρείαν· ωρομηθείᾳ δὲ τῶν ὄφεων τῦτο δρῶσιν, ἵνα μὴ ἀπόλωνται· ϗ διὰ ταῦτα εἰς τὴν νῆσον τὴν ωροειρημένην ὅταν ἀφίκωνται, ὐ ωρότερον καϑαϑίθενται τὰ ζῶα, ωρὶν ἢ ὑποσπεῖραι τὴν ξένην γῆν, ἣν ἐπήγοντο· ϗ ἐπὶ τύτοις ἀθροίζῳσι τὰ ωλήθη, ϗ μέντοι ϗ τὲς ἀνοήτῳς τε ϗ ωολλὲς ἐκπλήϛῳσιν· ἕως μὲν ἓν ἕκασον αὐτῶν καϑὰ χώραν μένει, ϛυνεσπειράμενόν τε ϗ ἱδρυμένον, ϗ ἐπανίσαϑαι μὲν, ὐ μὴν

excedunt, itaque incolumes manent; ſin in externum et hoſticum ſolum egrediantur, e vita quoque exeunt, nec immerito. Nam ſi Iovis nutus neque in Thetidem, nec in alium quenquam, fuit aut futurus eſt irritus unquam; multo minime in terram ei nutriciam vanus aut irritus fuerit.

CAP. III.

De Verme qui in Indo fluvio naſcitur.

INDVS fluvius beſtiarum ferarum expers eſt: ſolum in eo naſci vermem aiunt, ſpeciemque eorum, qui ex ligno gignuntur et aluntur, gerere: ad ſeptem cubitorum longitudinem et eo amplius procedere; ejus craſſitudinem decem annos natus puer utroque brachio vix complecti queat. Ei in ſuperiori oris ſede unus dens ineſt, in inferiori alter, ambo quadranguli, cubiti fere longitudinem habent; tam validi, ut lapidem, vel quodcunque animal iis corripuerit, ſive cicur ſive ferum, facillime conterat. Interdiu ima in ſede fluminis verſatur, coeno gaudens et latitans; noctu vero ad terram procedit, et in quodcunque inciderit, vel equum, vel bovem, vel aſinum, conficit, atque in ſuas ſedes trahit, et in flumen abſtruſus membra omnia, excepto ventre, exedit. De die etiam ſi fame premitur, ſive camelus ſive bos in ripa bibit, clam ſubrepens violentiſſimo impetu ſumma labra mordicus comprehendit, et robuſto tractu in aquam abreptum edit. Ejus pellis duorum digitorum craſſitudine eſt. Ejuſmodi autem machinatione capitur: Hamum robuſtum ad ferream catenam alligant, adjuncto etiam fune ex albo latoque lino;

ὑπερβάλλει τὴν οἰκείαν κόνιν κ᾽ ζύηροφον, ἐς τοσοῦτον ζῇ· ἐὰν δὲ ἐκφοιβήσῃ εἰς τὴν ὀθνείαν, κ᾽ ἑαυτῷ ξένην γῆν τὴν ἐχθραίνουσαν αὐτῷ, ἀποθνήσκει, κ᾽ εἰκότως. Εἰ γὰρ τὸ ἐκ τοῦ Διὸς νεῦμα ἀτελὲς ἔτε πρὸς τὴν Θέτιν ἐγένετο, ἔτε πρὸς ἄλλον τινὰ γένοιτο ἂν, ζχολῇ δήπου πρὸς τὴν αὐτοῦ τροφὸν ἐκεῖνο φανεῖται ἄκυρον.

ΚΕΦ. γ΄.

Περὶ τοῦ ἐν τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ Σκώληκος.

Ο Ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς ἄθηρός ἐστι· μόνος δὲ ἐν αὐτῷ τίκτεται ζκώληξ, φασὶ, κ᾽ τὸ μὲν εἶδος αὐτῷ, ὁποῖον δήπου κ᾽ τοῖς ἐκ τῶν ξύλων γεννωμένοις τε κ᾽ τρεφομένοις· ἑπτὰ δὲ πηχῶν τὸ μῆκος προήκουσιν οἱ ἐκεῖθι, εὑρεθείη δ᾽ ἂν κ᾽ μείζους ἔτι κ᾽ ἐλάττους· τὸ πάχος δὲ αὐτῶν δεκαέτης παῖς γεγονὼς μόλις ταῖς χερσὶ περιβάλλειν ἀρκέσειε. Τέτοις δὴ ἄνω μὲν εἷς ὀδοὺς προσπέφυκε, κάτω δὲ ἄλλος, τετράγωνοι δὲ ἄμφω, πυγόνος τὸ μῆκος· τοσοῦτον δὴ ἄρα τῶν ὀδόντων αὐτοῖς τὸ κράτος ἐστὶ, ὥστε πᾶν ὅ,τι ἂν ὑπ᾽ αὐτοῖς λάβωσι, ζυντρίβουσι ῥᾳδίως, ἐάν τε λίθος ᾖ, ἐάν τε ἥμερον ζῶον ἢ ἄγριον. Καὶ μεθ᾽ ἡμέραν μὲν κάτω κ᾽ ἐν βυθῷ τοῦ ποταμοῦ διατρίβουσι, τῷ πηλῷ κ᾽ τῇ ἰλύϊ φιλησοῦντες, κ᾽ ἐντεῦθεν ὠκ εἰσὶν ἔκδηλοι· νύκτωρ δὲ προΐασιν ἐς τὴν γῆν, κ᾽ ὅτῳ ἂν περιτύχωσιν, ἢ ἵππῳ, ἢ βοΐ, ἢ ὄνῳ, ζυντρίβουσιν αὐτὸν, εἶτα ζύρουσιν εἰς τὰ ἑαυτῶν ἤθη, κ᾽ ἐσθίουσιν ἐν τῷ ποταμῷ, κ᾽ πάντα βρυκῶσι τὰ μέλη, πλὴν τῆς τοῦ ζώου κοιλίας. Εἰ δὲ αὐτοὺς κ᾽ ἐν ἡμέρᾳ πιέζοι λιμὸς, εἴτε κάμηλος πίνοι ἐπὶ τῆς ὄχθης, εἴτε βοῦς, ὑπανερπύσαντες, κ᾽ λαβόμενοι ἄκρων τῶν χειλέων μάλα εὐλαβῶς, ὁρμῇ βιαιοτάτῃ κ᾽ ἕλξει ἑαυτοὺς ἐς τὸ ὕδωρ ἄγουσι, κ᾽ δεῖπνον ἴσχουσι. Δορὰ δὲ ἕκαστον περιαμπέχει τὸ πάχος κ᾽ δύο δακτύλων. Ἄγρα δὲ ἡ καθ᾽ αὐτῶν κ᾽ θήρα τρόπον τόνδε τετέχνασαι. Ἄγκιστρον παχὺ κ᾽ ἰσχυρὸν ἁλύσει σιδηρᾷ προσηρτημένον καθιᾶσι, προσδήσαντες αὐτῷ λευκολίνου πλατέος

lino; lanis autem et hamum et funem involvunt, ne a verme praemordeatur; tum agnum aut hoedum ad illecebram hamo affigunt, deinde in fluvium demittunt. Triginta viri, finguli cum jaculo amentato, et enſe accincti, ad funem adſtant; adſunt et e corno ſudes bene robuſtae, ſi percutere ſit neceſſe; deinde cum illecebras devoravit, hamo captum trahunt, et abſtractum interficiunt, et triginta dies appenſum ad ſolem ſinunt, atque ex eo in fictilia vaſa craſſum oleum ſtillat. Singuli vermes quinque olei ſextarios reddunt, quod quidem ipſum regi Indorum apportant, vaſis obſignatis; neque enim alii cuiquam vel guttam illius poſſidere licet. Corpus reliquum inutile. Hujus ea eſt vis olei, ut ſine ullo igne ejus infuſa hemina quemcunque lignorum acervum comburat; ac ſi vel hominem velis vel aliud animal exurere, primum ut hoc infuderis, funditus ſtatim deflagraverit. Eodem ipſo Indorum regem aiunt capere hoſtium urbeis, neque arietes, teſtudines, aliaque bellica tormenta ad eas capiendas opus eſſe; nam cum fictilia vaſa unius heminae capacia eo impleta, et obſtructa, in portas jaculatur, vaſa quidem ad portas alliſa rumpuntur; at oleum delapſum ignem circumfundit, ut reſtingui non poſſit, et flamma inſaturabilis comburit homines pugnantes pariter cum armis. Reſtinguitur autem multa inutili congerie, qualis per terram et vicos converritur, in eum injecta. Haec Cteſias Cnidius narrat.

CAP.

ὅπλον, ἐρίῳ καλειλήσανλες ϗ τὸ ἄγκιςον ϗ τὸ ὅπλον, ἵνα μὴ διαλράγῃ ὁ Cκώληξ αὐτὰ, ἀναπήξανλες δὲ ἐς τὸ ἄγκιςρον ἄρνα ἢ ἔριφον, εἶτα μένλοι εἰς τὸ τᾶ πολαμᾶ ὕδωρ μεθιᾶσιν. Ἔχονλαι δὲ ἄνθρωποι τᾶ ὅπλα ϗ τριάκονλα, ϗ ἕκασος ἀκόντιόν τε ἐνηγκύληλαι, ϗ μάχαιραν ϖαρήρληλαι· ϗ ϖαράκειλαι ξύλα εὐτρεπῆ, ϖαίειν εἰ δέοι, κρανείας δέ ἐσι ταῦτα, ἰσχυρὰ ἄγαν· εἶτα ϖερισχεθέντα τῷ ἀγκίςρῳ, ϗ τὸ δέλεαρ καλαπιόντα, τὸν Cκώληκα ἕλκυσι· θηραθέντα δὲ ἀποκλείνυσι, ϗ ϖρὸς τὴν εἵλην κρεμῶσι τριάκονλα ἡμερῶν, λείβεται δὲ ἐξ αὐτᾶ ἔλαιον ϖαχὺ εἰς ἀγγεῖα κεράμα. Ἀφίησι δὲ ἕκασον ζῶον εἰς κοτύλας δέκα· τᾶτο δὴ τὸ ἔλαιον βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν κομίζυσι, Cημεῖα ἐπιβάλλονλες· ἔχειν γὰρ αὐτᾶ ἄλλον ὐδ' ὅσον ῥανίδα ἐφεῖται. Ἀχρεῖον δέ ἐσι τὸ λοιπὸν τᾶ ζώα Cκῆνος. Ἔχει δὲ ἄρα τὸ ἔλαιον ἰσχὺν ἐκείνην, ὅντινα ἂν ξύλων Cωρὸν καλαπρῆσαί τε ϗ εἰς ἀνθρακιὰν cορέσαι θελήσεις, κολύλην ἐπιχέας τᾶδε, ἐξάψεις, μὴ ϖρότερον ἐπιχέας ϖυρὸς Cπέρμα· εἰ δὲ καλαπρῆσαι ἄνθρωπον ἢ ζῶον, Cὺ μὲν ἐπιχεῖς, τὸ δὲ ϖαραχρῆμα ἐνεπρήσθη. Τάτῳ τοί φασι τὸν Ἰνδῶν βασιλέα ϗ τὰς πόλεις αἱρεῖν, τὰς εἰς ἔχθραν προσελθάσας οἱ, ϗ μήτε κριὰς, μήτε χελώνας, μήτε τὰς ἄλλας ἑλεπόλεις ἀναμένειν, ἐπεὶ καλαπιμπρὰς ἤρηκεν· ἀγγεῖα γὰρ κεραμᾶ, ὅσον κολύλην ἕκασον χωρᾶνλα, ἐμπλήσας αὐτᾶ, ϗ ἀποφράξας, ἄνωθεν εἰς τὰς πύλας Cφενδονᾷ· ὅταν τε τύχῃ θυρίδων, τὰ μὲν ἀγγεῖα προσαράλεται ϗ ἀπερράγη, ϗ τὸ ἔλαιον καλώλισθε, ϗ τῶν θυρῶν πῦρ καλεχέθη, ϗ ἄσβεςόν ἐσι, ϗ ὅπλα δὲ καίει ϗ ἀνθρώπυς μαχομένυς, ϗ ἄπληςόν ἐσι τὴν ἰσχύν. Κοιμίζεται δὲ ϗ ἀφανίζεται πολλῷ φορυλῷ καλαχυθέντι. Λέγει ὁ Κνίδιος Κτησίας ταῦτα.

ΚΕΦ.

CAP. IV.

De Balaena.

BALAENA, quemadmodum delphinus, lac habet; colore quanquam nigro non eſt, maxime tamen cyaneo conſpicitur; non branchiis, ſed fiſtula (ſic enim hujus reſpirandi viam appellant) ſpiritum ducit; ſedes et commoratio huic eſt Pontus, et circa eum mare, nec extra haec loca evagari ſolet.

CAP. V.

De pugna Gallorum.

SI ejus belli, quod cum mare committit, gallina victoriam reportet, ejus collum voluptate inflatur, et paleas demittit, minus tamen quam gallinacei; tum majore ſpiritu impletur, et longo tibiarum tractu graditur.

CAP. VI.

De Delphinis.

VRBS Thraciae, cui nomen eſt Aenos, praeclarum dat teſtimonium delphini amoris, quem erga ſuam nationem habet. Cum forte eveniſſet, delphinus ut vulnere accepto, non mortifero quidem, ſed tali, ut adhuc vivere poſſet, caperetur; reliqui non comprehenſi, id ipſum ut ſenſerunt, maximis ſaltibus ad portum gregatim profecti mali quidquam piſcatoribus inferre ſtudebant. Solent autem, ut par eſt, cum catulis ſuis una natare. Piſcatores igitur pertimeſcentes captivum deſeruerunt. Itaque delphini natu majores, tanquam quendam ex ſociis affinitate vel genere ſibi proximis, pergebant illum comitari, et magno ſtudio ſublevare; cum vel homines ipſi cum intimis et neceſſariis infelicibus ſuis ſtudium et curam perraro communicare ſoliti ſint.

CAP.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ Φαλαίνης.

Ἡ Φάλαινα ὅμοιον δελφῖνι ζῶόν ἐσιν, ἔχει δὲ γάλα ϗ αὐτή· χρόαν δὲ ὐκ ἔσι μέλαινα, κυανῷ δὲ εἴκασαι τῷ βαθυλάτῳ· ἀναπνεῖ δὲ ὐ βραγχίοις, ἀλλὰ φυσηλῆρι, τῦτο γὰρ ϗ καλῦσίν οἱ τῦ πνεύμαλος τὴν ὁδόν· διαλριβὴ δὲ ὁ Πόνλος αὐτῇ, ϗ ἡ ἐκεῖ θάλατλα, πλανᾶται δὲ ἠθῶν ἐκείνων ἐξωλέρω ἡ φάλαινα ἥκισα.

ΚΕΦ. έ.

Περὶ Ὀρνίθων μάχης.

Τον ἄῤῥενα ἡ θήλεια νικήσασα ὄρνιν ἐν τῇ μάχῃ, ἀβρύνελαί τε ὑφ' ἡδονῆς ὁ τράχηλος αὐτῆς, ϗ καθίησι κάλλη, ὐκ ἐς τοσῦτον μὲν ἐς ὅσον ϗ οἱ ἀλεκλρυόνες· καθίησι δ' ἓν, ϗ φρονήμαλος ὑποπίμπλαλαι, ϗ βαίνει μακρότερα.

ΚΕΦ. ς'.

Περὶ Δελφίνων.

Φιλοίκειον ὁ δελφὶς ζῶον πεπίσευλαι, ϗ τύτῳ τὸ μαρλύριον Αἶνος πόλις ἐσὶ Θρῇσσα. Ἔτυχεν ἓν ἁλῶναι δελφῖνα ϗ τρωθῆναι μὲν, ὐ μὴν εἰς θάναλον, ἀλλ' ἔτι βιώσιμα εἶναι τῷ ἑαλωκότι· ὐκῦν ἐῤῥύη μὲν αἷμα· ἤσθονλο δὲ οἱ ἀθήραλοι, ϗ ἀφίκονλο ἐς τὸν λιμένα ἀγέλη, ϗ καλεσκίρλων, ϗ ἦσάν τι δρασείονλες ὐκ ἀγαθόν· ἐν ἔθει δὲ ἦν, ὡς τὸ εἰκὸς, ϗ αὐτὺς νήχεσθαι, ϗ πᾶδας αὐτῶν. Οἱ τοίνυν Αἴνιοι ἔδεισαν, ϗ ἀφῆκαν τὸν ἑαλωκότα. Καὶ ἐκεῖνοι κομισάμενοι, ὡς ἑταίρων ἕνα τῶν κηδεσῶν ἢ γένει προσηκόνλων, ᾤχονλο ἀπιόνλες. Σπάνιον δὲ ἄνθρωπος ἢ οἰκείῳ δυσυχήσανλι, ἢ οἰκείᾳ, κοινωνὸς Ϛπυδῆς ϗ φρονλίδος.

ΚΕΦ.

CAP. VII.

De Simia et Fele.

CVM feles ſimiam in Aegypto, ut refert Eudemus, inſequerentur, haec autem omni nervorum contentione in fugam ſe impellens recta conſcendiſſet in arborem, atque illae ad eandem arborem adſcendiſſent (ad corticem enim adhaereſcentes ſurſum reptare ſciunt) haec ſane, ut ſola a pluribus circumventa, ex arboris trunco ad ramorum cacumina ſe vertens diu multumque ab iis extremis pependit; illae vero, quod eo accedere non quirent, ad aliam ſe converterunt venationem. Haec autem ipſa ſtudioſe et diligenter ſe ex periculo ſervavit; nec cuipiam alii, quam ſibimet ipſi, ſalutis praemium debuit.

CAP. VIII.

De naturalibus Animalium antipathiis.

ARISTOTELES auctor eſt terram circa Aſtypalaeam ſerpentibus adverſariam eſſe, et ſimiliter Rheneam muſtelis. Cornix in arcem Athenienſium nunquam conſcenderit. Muli in Eleo agro non gignuntur, niſi mentiatur Herodotus.

CAP. IX.

De Cicadis Rheginenſibus et Locrenſibus.

RHEGINIS et Locris ad alterorum agros accedere, et agricolationem exercere liberum eſt. Cicadae tamen cum iis unum idemque non ſentiunt; nam Locrenſes in Rhegino agro ſilent, Rheginaeque Locris mutae ſunt. Hujuſce ſilentii viciſſitudinis nec ipſe cauſam, neque quiſquam alius, niſi ad differendum ſit temere audax,

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ Πιθήκων καὶ Αἰλούρων.

ΕΝ Αἰγύπτῳ πίθηκος, ὥς φησιν Εὔδημος, ἐδιώκετο, αἴλουροι δὲ ἦσαν οἱ διώκοντες· ἀναχράτος ἓν ἀποδιδράσκων ὥρμησεν εὐθὺ δένδρου τινὸς, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ συνέθορον ὤκεσα, ἔχονται γὰρ τῶν φλοιῶν (καὶ ἔστι καὶ τούτοις εἰς δένδρα ἐπιβαλόν) ὁ δὲ ὡς ἠλίσκετο εἷς ὢν, καὶ ταῦτα ὑπὸ πολλῶν, ἐκπηδᾷ ἐκ τοῦ πρέμνου, καὶ κλάδου τινὸς ὑπερημένου καὶ μετεώρου λαμβάνεται ἄκρου ταῖς χερσὶ, καὶ ἐγκρατῶς εἶχετο ὀκ ἐπ' ὀλίγον· οἱ δὲ αἴλουροι, ὡς ἐφικτὸν ὀκ ἦν αὐτοῖς ἔτι, ἐπ' ἄλλην θήραν καλέδραμον. Ὁ δὲ καλὰ πολλὴν τὴν σπουδὴν διεσώζετο, ἑαυτῷ ὀφείλων, ὡς τὸ εἰκὸς, ζωάγρια.

ΚΕΦ. ή.

Περὶ Ζώων φυσικῶν ἀνιπαθειῶν.

ΑΡιστοτέλης ὄφεσιν ἐχθρὰν εἶναι τὴν Ἀσυπαλαιέων γῆν λέγει, καθάπερ καὶ τὴν Ῥήνειαν ταῖς γαλαῖς ὁ αὐτὸς ὁμολογεῖ ἡμῖν. Κορώνη δὲ ἐς τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν ὀκ ἐπιβαλόν. Ἡμιόνων δὲ Ἥλιν μητέρα ὀκ ἐρεῖς, ἢ τὸ λεχθὲν ψεῦδός ἐστιν.

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ Τετηγότων Ῥηγίνων καὶ Λοκρῶν.

ΡΗγίνοις καὶ Λοκροῖς ἐς τὴν γῆν τὴν ἀλλήλων παριέναι, καὶ γεωργεῖν ἔνσπονδόν ἐστιν. Οὐ μὴν ὁμολογοῦσι τούτοις, ὐδὲ εἰς μίαν νοοῦσι καὶ τὴν αὐτὴν οἱ τέτηγες οἱ τῶνδε καὶ τῶνδε· ἐπεὶ τὸν μὲν Λοκρὸν ἐν Ῥηγίῳ συγηλόταγον ἔξεις, τὸν δὲ Ῥηγῖνον ἐν τοῖς Λοκροῖς ἀφωνόταγον. Καὶ τίς ἡ αἰτία τῆς τοιαύτης ἀμοιβαδὸν εἰς τὴν σιωπὴν ἀνηδόσεως ἐγὼ μὲν ὃν ὀκ

audax, intelligit: ſola, Rhegini et Locris, natura novit. Fluvii igitur etſi inter Rheginos et Locros medii ripae non dimidio jugeris ſpatio diſtant, tamen neutrae tranſvolant cicadae. In Cephalenia fluvius eſt, qui inter cicadarum ſterilitatem et copiam medius interfluit.

CAP. X.

De ſtudio Apum erga regem ſuum.

APES regem ſuum, mitem et manſuetum, nulloque ſpiculo armatum, cum is defugiendo ipſas reliquit, arceſſunt, et regno profugum inſequuntur. Ipſum autem ſagaciſſime odorantur: ac nimirum ex ejus odore deprehenſum de fuga in regnum reducunt, ſua ſponte amantes et venerantes ipſius naturam. Athenienſes autem de civitate Piſiſtratum expulerunt, Dionyſium Syracuſani regno ejecerunt, aliique alios, qui tyranni erant, et leges violabant, nec regnandi artem, quae humanitas et civium patrocinium eſt, exercere poterant.

CAP. XI.

Rurſus de earundem Rege.

APVM regi curae eſt, ut alveare hoc modo expoliatur. Alias aquari, alias intus favos fingere, alias vero ad paſtiones proficiſci jubet. Mutationem operarum, et viciſſitudinem munerum faciunt; provecta vero aetate probe ad id dilectae ſunt, ut domo ſe teneant. Rex ipſe ſatis habet illa curare, quae ante dixi, et leges ſancire, perinde ut ſummi principes, quos philoſophi vel politicos, vel regios, nominare ſolent; ceterum quietem agit, et ab opere immunis eſt. Quod ſi migratio magis conducat, tum rex pergit

οἶδα, οὐδὲ ἄλλος, εἰμὴ μάτην θρασύνοιτο· οἶδε δὲ, ὦ Ῥηγῖνοι καὶ Λοκροὶ, μόνη ἡ φύσις. Πόλεμος ἦν τῆς τε Ῥηγίνων καὶ τῆς Λοκρίδος ἐσὶ μέσος, καὶ εἴργονται γε οὐδὲ πλεθριαίῳ διασήματι μέσῳ αἱ ὄχθαι, καὶ ὅμως ἀθέτεροι διαπέτονται αὐτόν. Καὶ ἐν Κεφαληνίᾳ πόλαμός ἐσιν, ὁσπερῶν τῆς τε εὐγονίας τῶν τεττίγων καὶ τῆς ἀγονίας αἴτιος.

ΚΕΦ. ί.

Περὶ πόθυ τῶν Μελιττῶν τῦ εἰς τὸν βασιλέα.

ΤΟΝ βασιλέα αὐτῶν αἱ μέλιτται, πρᾶον ὄντα καὶ ἥμερον καὶ ὁμῦ τι καὶ ἄκεντρον, ὅταν αὐτὰς ἀπολίπῃ, μεταθέυσί τε καὶ διώκυσι φυγάδα τῆς ἀρχῆς ὄντα. Ῥιπταττῦσι δὲ αὐτὸν ἀποῤῥήτως, καὶ ἐκ τῆς ὀσμῆς τῆς περὶ αὐτὸν αἰρῦσι, καὶ ἐς τὴν βασιλείαν ἐπανάγυσιν, ἐκῦσαί τε καὶ βυλόμεναι τῦ τρόπυ ἀγάμεναι. Πεισίστρατον δὲ ἐξήλασαν Ἀθηναῖοι, καὶ Συῤῥακύσιοι Διονύσιον, καὶ ἄλλοι ἄλλυς, τυράννυς τε καὶ παρανόμυς ὄντας, καὶ τέχνην βασιλικὴν ἀποδείξασθαι μὴ δυναμένυς, ἥπερῶν φιλανθρωπία τε καὶ τῶν ὑπηκόων ἐσὶ προσασία.

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ τῦ Βασιλέως τῦ αὐτῦ.

ΜΕλει τῷ βασιλεῖ τῶν μελιττῶν κεκοσμῆσθαι τὸ Ϛμῆνος τὸν τρόπον τῦτον. Τὰς μὲν προσάττει ὑδροφορεῖν, τὰς δὲ ἔνδον κηρία διαπλάττειν, τήν γε μὴν τρίτην μοῖραν ἐπὶ τὴν νομὴν προϊέναι. Εἶτα μέντοι ἀμείβυσι τὰ ἔργα ἐκ περιόδυ· κάλλισα δέ πως ἀποκριθεῖσαι, φιλῦσιν οἰκυρεῖν αἱ πρεσβύταται. Αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπόχρη οἱ τέτων πεφρονῖκέναι, καὶ νομοθετεῖν, ὅσα προεῖπον, καλὰ τὺς μεγάλυς ἄρχοντας, ὓς οἱ φιλόσοφοι φιλῦσιν ὀνομάζειν πολιτικύς τε, καὶ βασιλικὺς τὺς αὐτύς· τὰ δὲ ἄλλα ἡσυχάζει, καὶ τῦ αὐτυργεῖν ἀφεῖται. Ἐὰν δὲ ἢ λῷον ταῖς μελίτταις μετασῆναι,

pergit emigrare ; ac ſi ab aetate firmus ſit, agmen ducit, reliquae ejus ductu ſequuntur ; ſin aetate affectus ſit, ceteris apibus ipſum portantibus vehitur. Signo dato, ſomnum capiunt. Cum tempus eſt ad quietem proficiſcendi, una quaepiam a rege jubetur ſomni ſignificationem dare ; quae dicto audiens ſimul ut illud denunciaverit, reliquae ſtatim cubitum ſe recipiunt, antea ſtrepentes. Quoad rex vivit, tamdiu alveare pace fruitur, omnique ordinum perturbatione caret ; et fuci quidem ſuis cellis libenter ſe continent ; ac ſeniores ſeorſum habitant, natu minores item ſeorſum, et rex ſeparatim a reliquis habitat, ſoboles quoque apum ſeparatim ; cibus etiam et excrementa in locum ſeparatum congeruntur. Rege extincto, omnia perturbantur, et funditus pervertuntur ; fuci in apum cellis pariunt, atque ita miſcentur omnia, ut examen omnino deterius habeat ; denique rege deſtitutae pereunt. Pure et munde vivunt apes, nullius animalis carnes edunt ; neque tamen ad hanc cautionem Pythagorae admonitio iis opus eſt ; ſatis habent floribus veſci. Et cum maxime frugales ac temperantes ſint, libidinem et delicias odio perſequuntur ; cujus rei teſtimonio eſt, quod unguento delibutum inſectantur, et tanquam hoſtem, qui nefarium quippiam admiſerit, exagitant ; a complexu venereo recentem cognoſcunt, atque illum ſicut hoſtem inſequuntur. Fortiſſimae quoque ſunt, neque ab animalium ullo refugiunt, neque timiditate cedunt, quo minus aggrediantur. Cum iis qui ſibi moleſti non interveniunt, quique nec malitioſe nec doloſe examen adeunt, pacem ſervant, foedereque devinciuntur ; contra vero inexpiabile bellum cum vexantibus gerunt, et quicunque mel ipſarum populatur, inter hoſtes ducunt. Veſpas acerrime verberant. Eas aliquando equum juxta alvearia Ariſtoteles affirmat

τηνικαῦτα καὶ ὁ ἄρχων ἀπαλλάττεται· καὶ ἐὰν μὲν ἔτι νέος ᾖ, ἡγεῖται, αἱ δὲ λοιπαὶ ἄγονται· ἐὰν δὲ πρεσβύτερος, φοράδην ἔρχεται, κομιζόντων αὐτὸν μελιττῶν ἄλλων. Αἱ μέλιτται δὲ ὑπὸ ζυνθήματι εἰς ὕπνον τρέπονται. Ὅταν δὲ δοκῇ καιρὸς εἶναι καθεύδειν, ὁ μὲν βασιλεὺς μιᾷ προσάττει ὑποσημῆναι καταδαρθάνειν· καὶ ἡ μὲν πεισθεῖσα τοῦτο ἐκήρυξεν, αἱ δὲ εἰς κοῖτον τρέπονται ἐνταῦθεν, τέως βομβοῦσαι. Ἕως ἂν περίεσιν ὁ βασιλεὺς, εἰρήνη εὐθηνεῖται τὸ ζμῆνος, καὶ ἀταξία πᾶσα ἠφανίσθη· καὶ οἱ μὲν κηφῆνες ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἀγαπητῶς κυττάροις ἡσυχάζουσιν· αἵτε πρεσβύτεραι διαιτῶνται ἰδίᾳ, καὶ αἱ νέαι ἰδίᾳ, καθ' ἑαυτὸν ὁ βασιλεὺς, καὶ αἱ ζχαδόνες ἐφ' ἑαυτῶν εἰσι· καὶ ἡ τροφὴ, καὶ αἱ ἄφοδοι χωρίς. Ἐπειδὰν δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπόληται, ἀταξίας τε καὶ ἀναρχίας μεσὰ πάντα· οἵ τε γὰρ κηφῆνες τοῖς τῶν μελιττῶν κυττάροις ἐντίκτουσι, τά τε λοιπὰ ἐν ἀλλήλοις φυρόμενα, εὐθηνεῖσθαι τῷ ζμήνει τὸ λοιπὸν οὐκ ἐπιτρέπει· διαφθείρονται δὲ τελευτῶσαι ἐρημίᾳ ἄρχοντος. Βίον δὲ καθαρὸν ζῇ μέλιττα, καὶ ζῷον οὐκ ἂν εὑρεθείη πάσαιτό ποτε· καὶ ὑ δεῖται Πυθαγόρου ζυμβόλου οὐδὲ ἓν, ἀπόχρη δὲ ἄρα ζῖτος αὐτῇ εἶναι τὰ ἄνθη. Ἔστι δὲ καὶ ζωφροσύνην ἀκριβάτην, χλιδὴν γοῦν καὶ θρύψιν μεμίσηκε· καὶ τὸ μαρτύριον, τὸν χρισάμενον μύρῳ διώκει τε καὶ ἐλαύνει, ὡς πολέμιον ἀνήκεστα δράσαντα· οἶδε δὲ καὶ τὸν προσελθόντα ἐξ ἀκολασίας τε καὶ ὁμιλίας τῆς πρός τινα, καὶ διώκει ἐκεῖνον οἷα δήπου ἔχθιστον. Καὶ ἀνδρείας δὲ εὖ ἤκουσι, καὶ ἄτρεπτοί εἰσι, οὐδὲ ἓν γοῦν ζῶον ἀποδιδράσκουσιν, οὐδὲ μὴν κάκη εἴκουσι, χωροῦσι δὲ ὁμόσε. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς μὴ ἐνοχλοῦντας μηδὲ ἄρχοντας ἀδίκων, μηδὲ τῷ ζμήνει προσιόντας κακούργως καὶ ζὺν ἐπιβουλῇ, εἰρηναῖα αὐτοῖς καὶ ἔνσπονδά ἐστι· πόλεμος δὲ ἀκήρυκτος, τὸ ᾀδόμενον τοῦτο, ἐπὶ τοὺς λυποῦντας ἐξάπτεται, καὶ ὅστις ἥκει κεραΐσων τὸ μέλι αὐταῖς, ἐς τοὺς ἐχθροὺς ἠρίθμηται ἔτος. Παίουσι δὲ καὶ τοὺς ζφῆκας κακῶς· λέγει δὲ Ἀριστοτέλης, ὅτι καὶ ἵππῳ ποτὲ ἐντυχοῦσαι πρὸς τῷ ζμήνει, ἀπέκτειναν αὐτὸν, ἐπιθέμεναι κατὰ τὸ καρτερὸν αἱ

μέλιτται

affirmat fortiſſime invaſiſſe, et interemiſſe. Atque inter ſe etiam nonnunquam contendunt, et potentiores vincunt debiliores. Eas capiunt rubetae, et ranae lutariae, meropes, hirundines, et ſaepe etiam veſpae. Ex his vero animalibus quodcunque apes vicerit, Cadmeam, ut ita dicam, reportat victoriam; percuſſus enim, et aculeis compunctus, miſere diſcedit victor; non enim animi robore minus, quam aculeis, armatae ſunt. Sed neque providentia ſunt expertes, quod vel ex hac Ariſtotelis narratione liquet: Apes (inquit) aliquando ad examen alienum profectas, mel inde populari coepiſſe; et quanquam quae id confecerant apes, ſuo privarentur labore, tamen immotas prorſus ſe continuiſſe, et futurum injuriae eventum patienter expectaſſe: poſtquam vero plurimas praedonum apiarius, qui ſupervenerat, interfecerat, eae, quae intus erant, cum jam ſe pugnae et hoſtibus pares fore confiderent, progreſſae ulciſci illas, et depopulationis poenas ab eis exigere non iniquas coeperunt.

CAP. XII.

De ſedulitate Apum.

Hoc quidem ipſum apum ſedulitatis teſtimonio eſt, quod ab occaſu Vergiliarum ad vernum aequinoctium in locis frigidiſſimis non ſe ab alveis commovent; ſed teporis deſiderio, et frigoris fuga, intus manent: reliquo anni tempore ſegnitiam, et otium, odio habentes, diligentiſſime operantur; nec quiſpiam eo anni tempore videat apem otiari, praeterquam ſi aegrotet.

μέλιτται αὐτῷ ἵππῳ. Ἤδη μέντοι καὶ πρὸς ἀλλήλας διαφέρονται, καὶ αἱ δυνατώτεραι κρατοῦσι τῶν ἠττόνων. Κρατοῦσι δὲ, ὡς ἀκούω, αὐτῶν οὔτε φρῦνοι, καὶ οἱ ἐκ τῶν τελμάτων βάτραχοι, οὔτε μέροπες, καὶ αἱ χελιδόνες, πολλάκις γε μὴν καὶ οἱ Σφῆκες. Ὅσις δὲ τούτων ἐκράτησε, Καδμείαν, ὥς γε εἰπεῖν, τὴν νίκην ἐνίκησε· παιόμενοι γὰρ, καὶ κεντούμενοι, κακῶς ἀπαλλάττουσιν· εἰσὶ γὰρ ὐ μεῖον τῷ θυμῷ, ἢ καὶ τοῖς κέντροις ὡπλισμέναι. Οὐκ ἀμοιροῦσι δὲ ὐδὲ τῆς εἰς τὸ προμηθὲς Σοφίας· καὶ Ἀριστέλης τεκμηριοῖ λέγων, ἔστι δὲ τοιοῦτον· Ἐλθοῦσαι αἱ μέλιτται ἐπί τι Σμῆνος ὐκ οἰκεῖον, ἀλλ' ἕτερον, εἶτα τὸ μηδὲν Σφίσι προσῆκον ἐκεράϊζον μέλι· αἱ δὲ, καί τοι Συλώμεναι τὸν Σφέτερον πόνον, ὅμως ἐνεκαρτέρουν ἡσυχῇ ἀτρεμοῦσαι, εἶτα μέντοι τὸ μέλλον ἐγκρατῶς ἐκαραδόκουν· ἐπεὶ δὲ ὁ μελιτουργὸς τὰς πολλὰς τῶν ἐχθρῶν ἀπέκτεινεν, αἱ ἔνδον καταγνοῦσαι ὅτι ἄρα δύνανται ἀξιόπιστοι εἶναι πρὸς τὴν μάχην τὴν ἰσοπαλῆ, προελθοῦσαι καταμύναντο, καὶ δίκας ἀπήτησαν ὑπὲρ ὧν ἐσυλήθησαν ὐδαμῶς μεμπτάς.

ΚΕΦ. ιϚ'.

Περὶ τῆς τῶν Μελιττῶν φιλεργίας.

ΚΑὶ τοῦτο δὲ τῆς φιλεργίας τῶν μελιττῶν τὸ μαρτύριον· ἐν γοῦν τοῖς χειμεριωτάτοις τῶν χωρίων μετὰ Πλειάδων δυσμὰς εἰς ἰσημερίαν ἠρινὴν διατελοῦσιν οἰκουροῦσαί τε καὶ ἔνδον ἀτρεμοῦσαι, ἀλέας πόθῳ καὶ φυγῇ ῥίγους αἱ μέλιτται· τὸν δὲ ἄλλον χρόνον τοῦ ἔτους πάντα ἀργίαν μὲν καὶ ἡσυχίαν μισοῦσι, καὶ καμεῖν εἰσιν ἀγαθαί· καὶ ὐκ ἄν ποτε ἴδοις βλακεύουσαν μέλιτταν τῆς ὥρας ἐκείνης, ἔξω ἐν ᾗ μαλακιεῖ τὰ μέλη.

ΚΕΦ.

CAP. XIII.

De Geometria Apum.

GEOMETRIAM, figurarum pulchritudinem, atque elegantes earum ſtructuras, ſine arte, ſine regulis, ſine circino, nempe venuſtiſſimas figuras ſexangulas, et ſex laterum et aequalium angulorum apes conficiunt. Cum autem ex ſobole alveus apibus redundat, tanquam maximae urbes hominum multitudine redundantes, ſic illae colonias deducunt. Ingruentis pluviae et ventorum adventum praeſentiunt. Quod ſi ventus eis praeter opinionem ingruerit, videbis ſingulas ſummis pedibus lapillum ferre, munimentum ne vento abripi aut everti poſſint. Id, quod divinus Plato de cicadis tradit, atque earum cantus et muſicae ſtudio, de choro apum etiam quis dixerit ; cum enim laſciviunt et oberrant, tum apiarii ſonum quendam canorum et harmonicum edunt : eaeque tanquam a Sirene retrahuntur, et ad ſedes ſuas revertuntur.

CAP. XIV.

Murium et Scorpiorum peculiares mores.

IN Paro inſula Ariſtoteles ait mures ferrum, ut e fodinis eruitur, exedere ; et Amyntas in Babylonica Teredone mures eodem cibo uti ait. In Cariae Latmo dicuntur eſſe ſcorpii, qui indigenas mortifera percuſſione interimant, externos vero leniter mordeant ; quod quidem beneficium ipſos Iovi Hoſpitali debere conjecerim.

CAP.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ τῆς τῶν Μελιτῶν γεωμετρίας.

ΓΕωμετρίαν δὲ, καὶ κάλλη σχημάτων, καὶ ὡραίας πλάσεις αὐτῶν, ἄνευ τέχνης τε καὶ κανόνων, καὶ τῷ καλυμένῳ ὑπὸ τῶν σοφῶν διαβήτῳ, τὸ κάλλιστον σχημάτων, ἐξάγωνόν τε καὶ ἑξάπλευρον καὶ ἰσογώνιον ἀποδείκνυνται αἱ μέλιτται. Ὅταν δὲ ἐπιγονὴ ᾖ, καὶ εὐθηνῇ ταῖς μελίτταις τὸ σμῆνος, καὶ εἰς ἀποικίαν ἐκπέμπουσιν, ὡσπερῶν αἱ μέγισαί τε καὶ πολυανδρύμεναι τῶν πόλεων. Οἵδε δὲ ἄρα ἡ μέλιττα καὶ ὑετῶ ἀπειλῶνος ἐπιδημίαν, καὶ σκληρὸν πνεῦμα ἐσόμενον. Εἰ δὲ αὐτῇ παρὰ δόξαν γένοιτο τὸ τῦ πνεύματος, ὄψει φέρουσαν λίθον ἑκάστην ἄκροις τοῖς ποσὶν, ἔρμα εἶναι καὶ μὴ ἀναιρέπεσθαι. Ὅπερ δὲ ὁ θεῖος Πλάτων περὶ τῶν τεττίγων λέγει, καὶ τῆς ἐκείνων φιλῳδίας τε καὶ φιλομουσίας, τῦτ' ἂν καὶ περὶ τῦ τῶν μελιττῶν χορῦ εἴποι τις· ὅταν γῦν σκιρτήσωσιν ἢ πλανηθῶσιν, ἐναῦθα οἱ σμηνουργοὶ κροῦσι κρότον τινὰ ἐμμελῆ τε καὶ συμμελῆ· αἱ δὲ, ὡς ὑπὸ Σειρῆνος ἕλκονται, καὶ μέλοι καὶ ὑποσρέφουσιν ἐς ἦθη τὰ οἰκεῖα αὖθις.

ΚΕΦ. ιδ'

Διάφορα ἔθη Μυῶν τε καὶ Σκορπίων.

ΕΝ τῇ Πάρῳ τῇ νήσῳ Ἀριστέλης λέγει μῦς εἶναι, καὶ μέντοι καὶ τὴν γῆν σκεῖσθαι τὴν σιδηρῖτιν· Ἀμύνας δὲ καὶ τὺς ἐν Τερηδόνι, γῆ δέ ἐσιν αὕτη τῆς Βαβυλωνίας, τὴν αὐτὴν τροφὴν προσφέρεσθαι λέγει. Ἐν Λάτμῳ δὲ τῆς Καρίας ἀκύω σκορπίυς εἶναι, οἵπερῶν τὺς μὲν πολίτας σφίσι παίυσιν εἰς θάναλον, τὺς δὲ ξένυς ἡσυχῇ, καὶ ὅσον παρασχεῖν ὀδαξησμόν· ἐμοὶ δοκεῖ τῷ Ξενίῳ Διὸς τοῖς ἀφικνυμένοις τὸ δῶρον τῦτο ἀποκρίναντος.

CAP. XV.

Quod Veſpae regno gubernantur, non tyrannide.

SVB regnum et poteſtatem veſpae etiam ſubjiciuntur, non tamen ſicut homines tyrannide tenentur: cujus rei teſtimonio eſt, quod ſine ſpiculo ſunt earum principes, et quanquam duplo majore corpore inter ceteras, manſueti tamen ſunt, et qui neque volentes, neque inviti moleſtiam exhibere poſſint; reliquae vero imperata eorum exſequuntur, et in opere verſantur. Quis igitur non oderit in Sicilia Dionyſios, in Heraclea Clearchum Apollodorum Caſandrinorum praedonem, et Nabin Lacedaemoniorum perniciem: ſiquidem hi gladiorum confidentia regnarunt; reges vero veſparum ſine aculeo manſuetudine nituntur?

CAP. XVI.

De Veſpis in cadavere viperae aculeum ſuum veneno imbuentibus.

ACVLEATAE veſpae hoc etiam facere dicuntur: In viperam, quam mortuam perſpexerint, involantes veneno aculeum imbuunt; unde mihi homines diſciplinam, non eam quidem bonam, veneno inficiendi ſagittas haufiſſe videntur. Cujus in Odyſſea Homerus meminit his verbis:

Pharmaca mortiferas quaerens ex aere ſagittas
Vt lineret.

Et profecto ut Hercules, ſi fides adhibenda ſit iis, quae de eo narrantur, Hydrae veneno jacula tinxit; ſic veſpae viperina acerbitate aculeos inficiunt.

CAP.

ΚΕΦ. ιέ.

Ὅτι βασιλεύονται οἱ Σφῆκες, καὶ ὐ τυραννεῦνται.

Βασιλεύονται δὲ ἄρα καὶ Σφῆκες, ἀλλ' ὐ τυραννεῦνται ὡς ἄνθρωποι· καὶ τὸ μαρτύριον, ἄκεντροι καὶ οἵδε εἰσί· καὶ οἱ μὲν ὑπήκοοι τὰ ἔργα πλάττειν αὐτὲς νόμον ἔχουσιν· οἱ δὲ ἄρχοντές εἰσι διπλοῖ μὲν τὸ μέγεθος, πραῢοι δὲ, καὶ οἷοι μήτε ἐκόντες λυπεῖν ἔχειν, μήτε ἄκοντες. Τὶς ἕν ὐκ ἂν μισήσῃ Διονυσίους τὲς ἐν Σικελίᾳ, καὶ Κλέαρχον τὸν ἐν Ἡρακλείᾳ, καὶ Ἀπολλόδωρον τὸν Κασανδρέων λευσῆρα, καὶ τὸν Λακεδαιμονίων λυμεῶνα τὸν Νάβιν· εἶγε οἱ μὲν ἐθάῤῥουν τῷ ξίφει, τῷ δὲ ἀκέντρῳ καὶ τῇ πραότητι οἱ τῶν Σφηκῶν βασιλεῖς;

ΚΕΦ. ιϛ.

Περὶ Σφηκῶν ἐν ἐχίδνῃ νεκρᾷ τὸ κέντρον φαρματτόντων.

Λέγονται δὲ τῶν Σφηκῶν οἱ κεκεντρωμένοι καὶ ἐκεῖνο δρᾶν· Ὅταν θεάσωνται νεκρὰν ἔχιδναν, οἵδ' ἐμπίπτουσι καὶ φαρμάττουσι τὸ κέντρον· ὅθεν μοι δοκοῦσι μαθεῖν καὶ οἱ ἄνθρωποι μάθημα, καὶ τοῦτο ὐκ ἀγαθόν. Καὶ μέντοι καὶ μαρτυρεῖ γε ἐν Ὀδυσσείᾳ Ὅμηρος λέγων·

Φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη
Ἰοὺς χρίεσθαι χαλκήρεας.

Καὶ νὴ Δία, εἴ τι δεῖ τῷ περὶ Ἡρακλέους λόγῳ προσέχειν, ἐκεῖνος ἔβαψε τῷ τῆς ὕδρας ἰῷ τὲς ὀϊστές· οὕτω τοι καὶ ἐκεῖνοι τῇ βαφῇ τὰ κέντρα ἐπιθήγουσιν.

CAP. XVII.

De Muſcis circa Piſam, quae Olympiorum tempore avolant.

MVSCA etiam a nobis celebranda nec ſilentio praetereunda eſt, et quidem merito; opus enim naturae etiam ipſa eſt. Muſcae Piſatides eo tempore, quo Olympia feſtum celebratur, veluti inducias cum incolis ſimul et peregrinis, ut ita dicam, paciſcuntur. Mirum inter tot ſacrificia et ſanguinis paſſim fluentis copiam, et carnes ſuſpenſas, illas abeſſe velle, ac ſponte ultra Alpheum flumen diſcedere. Eaeque a mulieribus inquilinis ne hilum differre videntur, niſi quod ipſae mulieribus continentiores ſe exhibeant: iſtas enim abigit certaminis, atque eo tempore pudicitiae lex; muſcae vero ſponte a ſacris abſtinent, et dum ſacrificia peraguntur, ac certamina celebrantur, ſponte diſcedunt. At ſoluto jam feſto revertuntur, tanquam decreto aliquo exſules revocatae: itaque cum mulieribus in Elidem et muſcae redeunt.

CAP. XVIII.

De Orpho piſce.

ORPHVM piſcem marinum ſi, poſtquam ceperis, diſſeces, ſtatim non moritur, ſed motum non parum diu retinet. Hiberno tempore in ſpeluncis latitare ſolet, et ad continentem libenter commoratur.

CAP.

ΚΕΦ. ιζ'.

Περὶ Πισαλίδων μυῶν.

Ἔστω δέ τι καὶ τῇ μύᾳ παρ' ἡμῶν γέρας, καὶ εἰκότως εἰ μὴ ἀμοιρήσει τῆς μνήμης τῆς ἐνταῦθα· φύσεως γάρ τοι καὶ ἐκείνη θαύσμα ἐσίν. Αἱ μῦαι αἱ Πισάτιδες, καταὶ τὴν τῶν Ὀλυμπίων ἑορτὴν, ὡς ἂν εἴποις, σπένδονται καὶ τοῖς ἀφικνυμένοις καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις. Ἱερείων γὰν καταθυομένων τοσούτων, καὶ αἵματος ἐκχεομένου, καὶ κρεαμένων κρεῶν, αἵδε ἀφανίζονται ἐκοῦσαι, καὶ τοῦ γε Ἀλφειοῦ περαιοῦνται ἐς τὴν ἀντιπέραν ὄχθην. Καὶ ἐοίκασι τῶν γυναικῶν τῶν ἐπιχωρίων διαλλάττειν οὐδὲ ὀλίγον, εἰ μὴ ἄρα τι ἐγκαλέσεραι αἱ μῦαι ἐκεῖναι τῶν γυναικῶν ὁμολογοῦνται τοῖς ἔργοις· τὰς μὲν γὰρ ὁ τῆς ἀγωνίας, καὶ τῆς καθ' αὐτὴν σωφροσύνης νόμος ἐλαύνει τὰς γυναῖκας· αἱ μῦαι δὲ ἐκοῦσαι τοῖς ἱεροῖς ἀφίσανται, καὶ ἐν μὲν ταῖς ἱερουργίαις, καὶ παρὰ τὸν τῶν ἄθλων χρόνον τὸν νενομισμένον ἐκοῦσαι ἀπαλλάττονται. Λύτο δ' ἀγών, αἱ δὲ ἐπιδημοῦσιν, ὥσπερ οὖν καθόδου τυχοῦσαι ψηφίσματι φυγάδες· εἶτα ἐπιῤῥέουσιν εἰς τὴν Ἦλιν αἱ μῦαι αὖθις, ὡς αἱ γυναῖκες.

ΚΕΦ. ιή.

Περὶ Ὀρφοῦ τοῦ ἰχθύος.

Ὁ Ὀρφὸς θαλάττιον ζῷόν ἐσι, καὶ εἰ ἕλοις, καὶ ἀναλέμοις, οὐκ ἂν ἴδοις τεθνεῶτα παραχρῆμα αὐτὸν, ἀλλ' ἐπιλαμβάνει τῆς κινήσεως οὐκ ἐπ' ὀλίγον. Διὰ χειμῶνος δὲ ἐν τοῖς φωλεοῖς οἰκεῖ ὧν χαίρει, διαῤῥιβαὶ δὲ ἄρα αἱ πρὸς τῇ γῇ μᾶλλον φίλαι αὐτῷ.

ΚΕΦ.

CAP. XIX.

De Lupo.

CONTRA taurum lupus ire, et ſimul eum a fronte ideo adoriri non audet; quod et cornua extimeſcat, et eorum robur mucronatum declinare ſtudeat. Quamobrem primum velut recta via contra taurum pugnaturus eſſet, prae ſe gerit minas, et tanquam eum invaſurus illius oculis ſeſe crebro inculcat; deinde cum taurus in ipſum irruit, ſe retorquens in dorſum inſilit, et vero acerrime ad ejus perniciem incumbit, atque naturae aſtutia ſuam infirmitatem compenſans ipſum expugnat.

CAP. XX.

De Aſello marino.

ASELLVM marinum cor in ventre habere his in rebus peritiſſimi tradunt.

CAP. XXI.

De Pavone.

NON modo pavo ſe non ignorat ex avibus formoſiſſimum eſſe, verum etiam ubi formae ipſius ſita ſit pulchritudo, praeclare tenet, atque ea elatus ſuperbus eſt, et cerviculam jactat, et ex pennis, quae ei non mediocre ornamentum adferunt, maximos ſpiritus ſumit, his et ſpectatoribus metum injicit, et aeſtivo tempore nativum et non arceſſitum habet tegmentum. Quod ſi quem velit exterrere, caudae pennas primum explicat; deinde ad injiciendum terrorem his, veluti armis ſuis miles quiſpiam, concrepat. Capite etiam elato ſuperbe nutat, velut triplici criſta ornatam, quatiens galeam. Cum refrigeratio ei neceſſaria eſt, tum paſſis pennis, et in anteriorem partem reflexis, ex ſeſe corpus ſuum opacans caloris

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ Λύκου.

Λύκος ὁμόσε ταύρῳ χωρεῖν, καὶ ἰέναι οἱ καλὰ πρόσωπον ἥκιστός ἐστι, καὶ εἰκότως· δέδοικε δὲ τὰ κέρατα, καὶ τὰς ἀκμὰς αὐτῶν ἐκνεύει. Καὶ ὡς ἐξ εὐθείας οἱ μαχόμενος ἀπειλεῖ, ἃ μὴν δρᾷ τοῦτο, ἀλλ' ὥσπερ ἐπιθησόμενος ὑποφαίνει· εἶτα μέντοι προσπεσόντος, ὅδε ἑαυτὸν ἐξελίξας ἐς τὰ νῶτα ἀνέθορε, καὶ ἐγκρατῶς ἔχεται τοῦ θηρὸς ὁ θὴρ ὁ ἀνδρόπαλος, καὶ καταισχύει αὐτοῦ Σοφίᾳ φυσικῇ τὸ ἐνδέον ἀνακόμενος ὁ λύκος.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Ὄνου Θαλαττίου.

Ὄνος ὁ Θαλάττιος ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἔλαχεν ἔχειν, ὡς οἱ δεινόταλοι αὐτὰ ὁμολογοῦσιν ἡμῖν, καὶ διδάσκουσιν.

ΚΕΦ. κά.

Περὶ Ταὼνος.

Ὁ Ταὼς οἶδεν ὀρνίθων ὡραιότατος ὤν, καὶ ἔνθά οἱ τὸ κάλλος κάθηται, καὶ τοῦτο οἶδε, καὶ ἐπ' αὐτῷ κομᾷ, καὶ Σοβαρός ἐστι, καὶ θαῤῥεῖ τοῖς πτεροῖς, ἀπερῶν αὐτῷ καὶ κόσμον περιτίθησι, καὶ πρὸς τὰς ἔξωθεν φόβον ἀποσέλλει· καὶ ἐν ὥρᾳ θερείῳ Σκέπην οἴκοθεν, καὶ ἀκ ἠτημένην, ἀδὲ ὀθνείαν παρέχεται. Ἐὰν γῦν φοβῆσαι θελήσει τινὰ, ἐγείρας τὰ ὠραῖα, εἶτα διεσείσατο καὶ ἀπέσειλεν ἦχον, καὶ ἔδεισαν οἱ παρεστῶτες, ὡς ὁπλίτου τὸν ἐκ τῶν ὅπλων πεφοβημένοι δοῦπον. Ἀνατείνει δὲ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐπινεύει Σοβαρώταλα, ὥσπερ ἐπισείων τριλοφίαν. Δεηθείς γε μὴν ψυχάσαι, τὰ πτερὰ ἐγείρει, καὶ ἐς τὔμπροσθεν ἐπικλίνας Συμφυῆ Σκιὰν ἀποδείκνυται τοῦ ἰδίου Σώματος τὴν αἴγλην

loris vim frangit, et propulſat. Si retro atque a tergo ventus flat, alas paulatim pandit; ſic ventus interſpirans auras et molles et ſuaves ei adflat, unde is refrigeratur. Quod ſi laudatur, tanquam formoſus puer, aut mulier pulchra, qua corporis parte excelluerit, illam oſtentat; ſic is ipſe pennas ornate et ordine erigit, ut vel florido prato, vel pulcherrimae picturae colorum varietate diſtinctae ſimilis eſſe videatur, atque admodum difficile ſit pictoribus proprietatem naturae imitari. Et quanto ſui oſtentandi ſtudio teneatur abunde demonſtrat; dum ſpectatorem conſpectu ſuo expleri facile patitur; et quaquaverſus obvertitur, pennarum ſpeciem multiformem ſtudioſe oſtendens, et Medorum veſtem, ornatuſque Perſarum ſuperantem ſuam ſtolam ambitioſe variatos, oſtentans. Ex barbaris ad Graecos exportatus eſſe dicitur. Primum autem longo temporis intervallo rarus, deinde ſtudioſis elegantiae et pulchritudinis pretio ſpectatus fuit Athenis, ubi ſingulis menſium calendis et viros et mulieres admittentes ad hujuſmodi ſpectaculum ex eo quaeſtum fecerunt; atque ut in oratione contra Eraſiſtratum Antiphon inquit, marem et feminam mille drachmis aeſtimarunt. Vt nutriantur, cella duplici opus eſt, et cuſtodibus et curatoribus. Hortenſius, homo Romanus, coenam primus Romae auguralem cum pavone dedit. Alexander Macedo ejuſmodi aves apud Indos videns, earum admiratione commotus, in eos qui has occiderent, gravem poenam conſtituit.

CAP. XXII.

De Muribus.

CVM mures in aquatile vas delapſi adſcendere non queunt, mutuas inter ſe caudas mordicus tenentes ſeſe attrahunt, ſecundum quidem primus, tertium ſecundus. Sic enim eos mutuam opem ſibi invicem ferre ſapientiſſima natura docuit.

CAP.

αἴγλην τὴν ἐκ τῆς ἀκτῖνος ἀποσέγων. Εἰ δὲ εἴη ϗ ἄνεμος καλόπιν, ἡσυχῇ διίσησι τὰ πτερά· ϗ τὸ πνεῦμα διαῤῥέον, αὔρας οἱ μαλακὰς ϗ ἡδίσας ἐπιπνέον, ἀναψύχειν τὸν ὄρνιν δίδωσιν. Ἐπαινεθεὶς δὲ αἰσθάνεται, ϗ ὥσπερ ἢ παῖς καλὸς, ἢ ὡραία γυνὴ, τὸ μάλισα πτεονεκτῶν τῷ ζώματος εἰς ὥραν ἐπιδείκνυσιν· ἕτω τοι ϗ ἐκεῖνος τὰ πτερὰ ἐν κόσμῳ, ϗ καλὰ σοίχον ὀρθοῖ, ϗ ἔοικεν ἀνθηρῷ λειμῶνι, ἢ γραφῇ πεποικιλμένῃ πολυχροΐᾳ τῇ τῶν φαρμάκων, ϗ ἱδρῶς πρόκειται ζωγράφοις εἰκάσαι τῆς φύσεως τὸ ἴδιον. Καὶ ὅπως ἔχει τῆς εἰς τὴν ἐπίδειξιν ἀφθονίας παρίσησιν· ἐᾷ γὰρ ἐμπλησθῆναι τῆς θέας τὸν παρεσῶτα, ϗ ἑαυτὸν περιάγει, δεικνὺς φιλοπόνως τὸ τῆς πτερώσεως πολύμορφον, ὑπὲρ τὴν τῶν Μήδων ἐσθῆτα, ϗ τὰ Περσῶν ποικίλματα, τὴν ἑαυτῷ στολὴν ἐπιδεικνύμενος ἐκεῖνός γε ζοβαρώταται. Λέγεται δὲ ἐκ βαρβάρων εἰς Ἕλληνας κομισθῆναι. Καὶ χρόνῳ πολλῷ ζπάνιος ὢν, εἶτα ἐδείκνυτο τῶν ἀνθρώπων τοῖς φιλοκάλοις μισθῷ, ϗ Ἀθήνῃσί γε ταῖς νεμηνίαις ἐδέχοντο ϗ ἄνδρας ϗ γυναῖκας ἐπὶ τὴν ἱστορίαν αὐτῶν, ϗ τὴν θέαν πρόσοδον εἶχον· ἐτιμῶντο δὲ τὸν ἄῤῥενα ϗ τὸν θῆλυν δραχμῶν χιλίων, ὡς Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Ἐρασίστρατον λόγῳ φησί. Δεῖ δὲ ϗ διπλῆς οἰκίας τῇ τροφῇ αὐτῶν, ϗ φρυγῶν τε ϗ μελεδωνῶν. Ὁρτήσιος δὲ ὁ Ῥωμαῖος καταθύσας ἐπὶ δείπνῳ ταὼν πρῶτος ἐκρίθη. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μακεδὼν ἐν Ἰνδοῖς ἰδὼν τόσδε τοὺς ὄρνιθας ἐξεπλάγη, ϗ τῷ κάλλους θαυμάσας ἠπείλησε τῷ καταθύσαντι ταὼν ἀπειλὰς βαρυτάτας.

ΚΕΦ. κβ΄.

Περὶ Μυῶν.

ΕΙΣ τοὺς ψυκτῆρας ὅταν οἱ μῦες ἐμπέσωσιν, ἀνανεῦσαι ϗ ἀνελθεῖν οὐ δυνάμενοι, τὰς ἀλλήλων οὐρὰς ἐνδακόντες, εἶτα ἐφέλκυσι τὸν δεύτερον ὁ πρῶτος, ϗ ὁ δεύτερος τὸν τρίτον. Οὕτω μὲν δὴ ϗ τούτους ἀλλήλοις ζυμμαχεῖν ϗ ἐπικουρεῖν ἡ ζοφωτάτη φύσις ἐξεπαίδευσεν.

CAP. XXIII.

De Crocodilis.

Ad hanc rationem de Nilo aquam haurientibus crocodili insidias instruunt. Per virgulta, quibus sunt tecti, et intuentur, et subter ea ipsa natant; et sic operti aquatores, qui cum urnis, aut aliis vasis, advenerint, confestim ex virgultorum latebris erumpentes, et ad ripam profilientes, aggrediuntur; eosque violento raptu interceptos devorant. De malitia atque innata astutia crocodilorum haec quidem nunc a me dicta sunt.

CAP. XXIV.

De Canibus et Otide.

Lepvs et vulpes canum metu exhorrescunt; canes etiam latratu leonem e fruticetis excitant, et in se convertunt; cervos item insequuntur: avis autem nulla canem timet, sed cum eo pacem colit. Vnam otidem excipio, quae propter corporis sui gravitatem et tarditatem, canem perhorrescit. Eam enim ponderosa corporis mole constrictam alae non facile allevant; idcircoque demisso atque humili volatu utitur, quia pondere deprimitur; ex quo fit, ut nonnunquam a canibus capiatur. Itaque, conscientia suae humilitatis perculsa, simulac canes latrantes audiverit, in dumeta aut paludes excursione se impellit, quibus et protegatur, et ab instanti periculo facillime servetur.

CAP.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ Κροκοδείλων.

Ἑλλοχῶσιν οἱ κροκόδειλοι τὸς ὑδρευομένους ἐκ τοῦ Νείλου τὸν τρόπον τοῦτον. Φρύγανα ἑαυτοῖς ἐπιβάλλοντες, καὶ δι' αὐτῶν ἐμβλέποντες, εἶτα ὑπονέουσι τοῖς φρυγάνοις· οἱ δὲ ἀφικνοῦνται κεράμια, ἢ κάλπεις, ἢ στρόχους νομίζοντες· εἶτα ἀρυομένους αὐτοὺς ὑπεκδύντες τῶν φρυγάνων, καὶ τῇ ὄχθῃ προσαναπηδήσαντες, ἁρπαγῇ βιαιοτάτῃ συλλαβόντες ἔχουσι δεῖπνον. Κακίας δὴ καὶ πονηρίας κροκοδείλων συμφοὺς εἴρηταί μοι ταυῦν ταῦτα.

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ Κυνῶν καὶ Ὠτίδος.

Λαγὼς δέδοικε κύνας, καὶ μέντοι καὶ ἀλώπηξ, καί τοι συνεγείρουσιν ἐκ τῆς λόχμης αἱ αὐταὶ τῇ ὑλακῇ, καὶ λέοντα ἐπισρέφουσι, καὶ ἔλαφον διώκουσιν· ὀρνίθων δὲ οὐδὲ εἷς ὥραν ποιεῖται κυνὸς, ἀλλ' αὐτοῖς παρ' αὐτῶν ἔνσπονδά ἐσιν. Μόνη δὲ ἡ ὠτὶς πέφρικε κύνας, τὸ αἴτιον, βαρεῖαί τέ εἰσι, καὶ σαρκῶν ὄγκον περιφέρουσιν. Οὔκουν αὐτὰς αἴρει τε καὶ ἐλαφρίζει τὰ πλερὰ ῥᾳδίως· καὶ διὰ τοῦτο ταπειναὶ πέτονται, καὶ κάτω περὶ γῆν, βρίθονος τοῦ ὄγκου αὐτάς· αἱροῦνται δὲ ὑπὸ τῶν κυνῶν πολλάκις. Ὅπερ ἑαυταῖς συνειδῦαι, ὅταν ἀκούσωσιν ὑλακῆς, ἐς τὸς θάμνους καὶ τὰ ἕλη καταθέουσι, προβαλλόμεναι ἑαυτῶν ταῦτα, καὶ ῥυόμεναι σφᾶς ἐκ τῶν παρόντων, καὶ μάλα εὐπόρως.

CAP. XXV.

De Agnis.

SERO admodum ſuos parentes homo cognoſcere incipit; cum tamen intueri in patrem, complecti matrem, arridere domeſticis doceatur. Agni vero circum matres ſtatim ſaltu concurſant, et domeſticum ab alieno internoſcunt; neque id a paſtoribus diſcere ipſis opus eſt.

CAP. XXVI.

De Simiis.

SIMIA actuoſum animal, et ad omnia imitanda habile, omne quod corpore agitur, ſi doceatur, praeclàre diſcit, et idipſum actione repraeſentat. Nam ſi ſaltare doceatur, ſaltationem adſequitur; ſi ad tibiam canere, canit. Ego aurigae munus obire vidi, habenas nimirum vel adducendi, vel remittendi, et flagello ſimul utendi. Brevi, ſi quis ad alia quaepiam inſtituat, non fallit docentem; adeo varium natura animal eſt, et multiplex, ut ad omnem actionem ſeſe verſet.

CAP. XXVII.

Animalium diverſae naturae.

HAE animalium naturae peculiares quoque ſunt, ac diverſae. In Biſaltia duplex jecur lepores Theopompus ait habere. Meleagrides in Lero nullam avium rapacium laedere Iſter prodit. Boves apud Neuros cornua in humeris habere Ariſtoteles auctor eſt. Sues in Aethiopia cornutas eſſe refert Agatharchides. Merulas in Cyllene omnes candidas eſſe narrat Soſtratus. Oves in Ponto amariſſimi abſinthii pabulo pingueſcere; et capras in Miman-

te

ΚΕΦ. κέ.

Περὶ Ἀρνῶν.

Ὁ Ψὲ τὺς γειναμένυς ἄνθρωπος γνωρίζειν ἄρχεται, διδασκόμενος, ϗ οἱονεὶ καταδόμενος εἰς ωαλέρα ὁρᾶν, ϗ μητέρα ἀσπάζεσθαι, ϗ οἰκείοις ωροσμειδιᾶν. Οἱ δὲ ἄρνες ωερὶ τὰς μητέρας ωηδῶσιν ἀπὸ γενεᾶς, ϗ ἴσασι τό,τε ὀθνεῖον ϗ τὸ οἰκεῖον, ϗ ωαρὰ τῶν νομέων μαθεῖν δέονται ὐδὲ ἕν.

ΚΕΦ. κς.

Περὶ Πιθήκων.

Μιμητόταλόν ἐστι ζῶον ὁ ωίθηκος, ϗ ωᾶν ὅ,τι ἂν ἐκδιδάξῃς τῶν διὰ τὺ ζώματος ωρατομένων, ὅδε εἴσεται ϗ ἀκριβῶς, ἵνα μαθὼν ϗ ἀποδείξηται αὐτό. Καὶ ὀρχεῖται γᾶν ἐὰν μάθῃ· ϗ αὐλεῖ, ἐὰν ἐκδιδάξῃς. Ἐγὼ δὲ ϗ ἡνίας κατέχονται εἶδον, ϗ ἐπιβάλλονται τὴν μάστιγα ϗ ἐλαύνονται. Καὶ ἄλλο δ' ἄν τι μαθὼν, ϗ ἄλλο, ὐ διαψεύσαιτο τὸν διδάξοντα· ὕτως ἄρα ἡ φύσις ωοικίλον τι ϗ εὐτράπελόν ἐστι.

ΚΕΦ. κζ.

Ζώων φύσεις διάφοροι.

Ἴδιαι δὲ ϗ διάφοροι τῶν ζώων ϗ αἵδε αἱ φύσεις. Τὺς ἐν τοῖς βισάλταις λαγὼς διπλᾶ τὰ ἥπατα ἔχειν Θεόπομπος λέγει. Τὰς δ' ἐν Λέρῳ Μελεαγρίδας ὑπὸ μηδενὸς ἀδικεῖσθαι τῶν ϗαμψωνύχων ὀρνέων, λέγει Ἴστρος. Τὺς δὲ ἐν Νεύροις βῦς Ἀριστοτέλης φησὶν ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχειν τὰ κέρατα. Ἀγαθαρχίδης δὲ τὰς ἐν Αἰθιοπίᾳ ὗς κέρατα ἔχειν. Σώστρατος δὲ τὺς ἐν τῇ Κυλλήνῃ κοσσύφυς ωάντας λέγει λευκύς. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος ἐν τῷ Πόντῳ ωρόβατα ωιαίνεσθαι ὑπὸ τῦ ωικροτάτυ φησὶν ἀψινθίυ· τὰς δὲ ἐν τῷ Μίμαντι γινομένας

te natas ſex menſibus potu abſtinere; et ad mare ſolum hianti ore reſpicere, atque inde ſpirantes auras excipere, Alexander Myndius tradit. Capras Illyricas ſolipedes eſſe, non biſulcas, audio. Piſces in Babylonia, fluvio relicto, in aridis locis frequenter paſci ait divinus Theophraſtus

CAP. XXVIII.

De amore Porphyrionis erga contubernales.

PORPHYRIO, praeterquam quod et rivalis maxime eſt, et obtrectator, ea ſane etiam naturae indole praeditus eſt, ut eorum quibuſcum uſu conjunctus eſt, amantiſſimus eſſe dicatur. Eum ipſum et gallum in eodem verſatos domicilio percepi, eaſdemque ambulationes et aequalia ſpatia conficere ſolitos, eiſdemque veſci cibis, communiter pulverulentis uti volutationibus, mirificumque ex his rebus amorem inter ſe mutuo contraxiſſe. At enim cum utriuſque dominus, feſto quodam die cum ſodalibus, ut epulare ſacrificium faceret, gallum occidiſſet; porphyrio convictore privatus, ſolitudinem non ferens, ſibi inedia mortem conſcivit.

CAP. XXIX.

De Anſere Aegienſi.

IN Aegio, Achaiae urbe, praeſtantem forma puerum, genere Olenium, nomine Amphilochum, ſicut Theophraſtus refert, anſer amavit. Nam cum in Aegienſi cuſtodia is puer cum perfugis Oleniorum teneretur, ei anſer dona adferebat. Porro nihil mirum in Chio Glaucen citharistriam homines, cum ea eſſet pulchritudine eximia, adamaſſe; ſiquidem ab ariete, et anſere etiam, eandem audio amatam fuiſſe. Anſeres, Taurum montem tranſmittentes, aquilarum metu, ſinguli mordicus lapidem tenent, ut ne clangorem fundant; tanquam enim ſilentii frenos ſibi injicientes montem tranſvolant, atque ſic, ſuppreſſa omni clangoris ſignificatione, perſaepe

αἶγας ἓξ μηνῶν μὴ πίνειν· ὁρᾶν δὲ ἐς τὴν θάλατταν μόνον καὶ κεχηνέναι, καὶ τὰς αὔρας τὰς ἐκεῖθεν δέχεσθαι, ὁ αὐτὸς λέγει. Αἶγας δὲ Ἰλλυρίδας ὁπλὴν ἀκέω ἔχειν, ἀλλ' ἀχηλήν. Θεόφραστος δὲ δαιμονιώτατος λέγει ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ γῇ τὰς ἰχθύας ἀνιόντας ἐκ τοῦ πολαμοῦ, εἶτα μέντοι ἐν τῷ ξηρῷ τὰς νομὰς ποιεῖσθαι πολλάκις.

ΚΕΦ. κή.

Περὶ τῆς εἰς τοὺς ὁμοτρόφους εὐνοίας τῆς τοῦ Πορφυρίωνος.

ΙΔιον δὲ ἄρα πορφυρίων πρὸς τὸ ζηλοτυπώτατος εἶναι ὄρνις, καὶ ἐκεῖνο δήπου κέκτηται· φιλοίκειον αὐτὸν εἶναί φασι, καὶ τὴν συντροφίαν τῶν συννόμων ἀγαπᾷν. Ἐν οἰκίᾳ γοῦν τρέφεσθαι πορφυρίωνα καὶ ἀλεκτρυόνα ἤκουσα, καὶ σιτεῖσθαι μὲν τὰ αὐτά, βαδίζειν δὲ τὰς ἴσας βαδίσεις, καὶ κοινῇ κοιμᾶσθαι, ἀκοῦσαι ἐκ τούτων φιλίαν τινὰ θαυμασὴν αὐτοῖς ἐγγενέσθαι. Καί ποτε ἑορτῆς ἐπισάσης, ὁ δεσπότης ἀμφοῖν τὸν ἀλεκτρυόνα καταθύσας εἰσιάθη σὺν τοῖς οἰκείοις· ὁ δὲ πορφυρίων τὸν σύννομον οὐκ ἔχων, καὶ τὴν ἐρημίαν μὴ φέρων, ἑαυτὸν ἀτροφίᾳ διέφθειρεν.

ΚΕΦ. κθ'.

Περὶ χηνὸς τοῦ ἐν Αἰγείῳ.

ΕΝ Αἰγείῳ τῆς Ἀχαΐας, ὡραίου παιδὸς, Ὠλενίου γένος, ὄνομα Ἀμφιλόχου, ἠράσθη χήν· Θεόφραστος λέγει τοῦτο. Σὺν τοῖς Ὠλενίων δὲ φυγάσιν ἐφρουρεῖτο ἐν Αἰγείῳ ὁ παῖς, οὗπερ αὐτῷ ὁ χὴν δῶρα ἔφερε. Καὶ ἐν Χίῳ Γλαύκης τῆς κιθαρῳδοῦ ὡραιοτάτης οὔσης, εἰ μὲν ἥρων ἄνθρωποι, τοῦτο μέγα οὐδέπω· ἠράσθησαν δὲ καὶ κριὸς, καὶ χὴν, ὡς ἀκέω, τῆς αὐτῆς. Οἱ δὲ χῆνες διαμείβοντες τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος δεδοίκασι τοὺς ἀετοὺς, καὶ ἕκαστός γε αὐτῶν λίθον ἐνδακόντες, ἵνα μὴ κλάζωσιν ὥσπερ οὖν ἐμβαλόντες στόμιον, διαπέτονται σιωπῶντες, καὶ τοὺς

perſaepe aquilas fallunt. Quod autem natura callidiſſimi ſunt, idcirco lavationum cupidiſſimi exſiſtunt, etenim natare gaudent: et quemadmodum cibariis ſumme humidis, herbis, et lactucis, aliiſque quibus interius refrigerentur, delectantur; ſic nec lauri foliis, ne ſi quidem fame pereant, veſcuntur; nec rhododaphnen ſua ſponte, nec adhibita vi, edunt; praeclare enim intelligunt, ſi quid tale comederint, ſe vita privatum iri. Contra homines, alii in cibo, alii in potu, veneni inſidiis patent. Nam innumeri partim venenata potione perierunt, ut Alexander; partim cibo, ut Claudius et Britannicus ejus filius; et alii complures, veneno vel ſponte vel per inſidias ſumpto, cum ſemel ejus vi decubuiſſent, non ſurrexerunt.

CAP. XXX.

De Vulpanſere.

RECTE vulpanſeri nomen inductum eſt, quod ex peculiaribus et ingenitis naturae ſuae rebus trahit. Cum enim anſeris ſpeciem habet, tum probe cum vulpe callida improbitate comparari poteſt; atque etiamſi corpore quam anſer inferior ſit, animi tamen robore ſuperior, et ad invadendum praeſtantior habetur. Tuetur igitur ſe et contra aquilam, et felem, aliaque, quae ei adverſantur animalia.

CAP. XXXI.

De Serpente.

HAEC etiam ſerpenti peculiaria ſunt; cor juxta guttur, fel ad inteſtina, teſticulos ad caudam habet; longa autem ova et mollia parit, et in dentibus venenum gerit.

τὺς ἀελὺς τὰ πολλὰ ταύτῃ διαλανθάνυσι. Θερμόταλος δὲ ὢν ἄρα καὶ διαπυρώταλος τὴν φύσιν ὁ χὴν, φιλόλυρός ἐσι, καὶ νήξεσι χαίρει, καὶ τροφαῖς μάλισα ταῖς ὑγροτάταις, καὶ πόαις, καὶ θριδακίναις, καὶ τοῖς λοιποῖς, ὅσα αὐτοῖς ἔνδοθεν ψῦχος ἐργάζεται· εἰ δὲ καὶ ἐξαυαίνοιτο ὑπὸ λιμοῦ, δάφνης φύλλον ἐκ ἂν φάγοι, ἐδ' ἂν πάσαιτο ῥοδοδάφνης, ὅτε ἐκὼν, ὅτε ἄκων· οἶδε γὰρ ὅτι τεθνήξεται τέτων τινὸς ἐμφαγών. Ἄνθρωποι δὲ ὑπὸ Σοφίας ἐπιβυλεύονται, καὶ εἰς τροφὴν, καὶ εἰς ὕπνον. Μυρίοι γοῦν καὶ πίνονλές τι κακὸν καλέπιον, ὡς Ἀλέξανδρος· καὶ ἐσθίοντες, ὡς Κλαύδιος ὁ Ῥωμαῖος, καὶ Βρεταννικὸς ὁ τέτυ παῖς· καὶ καλακοιμηθένλες ἐκ ἐξανέσησαν χρήσει φαρμάκυ, οἱ μὲν ἑκόνλες τοῦτο Σπάσανλες, οἱ δὲ ἐπιβυλευθένλες.

ΚΕΦ. λ'.

Περὶ Χηναλώπεκος.

Ὁ δὲ χηναλώπηξ πέπλεκται οἱ τὸ ὄνομα, καὶ εἰκότως ἐκ τῶν τοῦ ζώυ ἰδίων τε καὶ Συμφυῶν. Ἔχει μὲν γὰρ τὸ εἶδος τὸ τοῦ χηνὸς, πανυργία δὲ δικαιόταλα ἀνλικρίνοιτο ἂν τῇ ἀλώπεκι· καὶ ἔσι μὲν χηνὸς βραχύτερος, ἀνδρειότερος δὲ, καὶ χωρεῖν ὁμόσε δεινός. Ἀμύνεται γοῦν καὶ ἀελὸν, καὶ αἴλυρον, καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα αὐτοῦ ἀνλίπαλά ἐσι.

ΚΕΦ. λά.

Περὶ Ὄφεως.

Ἰδια δὲ ὄφεως καὶ ἐκεῖνά ἐσι· τὴν καρδίαν κεκλήρωται ἐπὶ τῇ φάρυγγι, τὴν δὲ χολὴν ἐν τοῖς ἐντέροις, πρὸς δὲ τῇ ὀρᾷ τοὺς ὄρχεις ἔχει, τὰ δὲ ὠὰ τίκτει μακρὰ καὶ μαλακὰ, τὸν δὲ ἰὸν ἐν τοῖς ὀδοῦσι φέρει.

CAP. XXXII.

De Pavonibus.

ID quoque pavonis, de quo ſupra diximus, proprium et notione dignum eſt: quod tres annos natus incipit ex ſeſe parere, et varios colores fundere; ovis autem non continenter, ſed duorum dierum intervallo incubat; idem interdum irrita et vana, quemadmodum ceterae aves, ova parit.

CAP. XXXIII.

De Anate.

PRIMVM ut anas peperit (parit autem in terra extra aquam, prope aut ſtagnum, aut paludem, aliumve aquoſum locum) ſtatim ejus foetus, recondita quadam natura et propria, norunt ſe volatu in ſublime ferri non poſſe, nec etiam in terra commorari; quocirca a partu ſtatim natatiles ad aquam adſiliunt, neque tamen natare diſcere neceſſe habent; ſed tanquam temporis longinquitate eruditae ſapienter, et merguntur, et emergunt. Nam cum aquila, quam anatariam appellant, in natantem anatem irruit, tanquam eam raptura, ſe intra aquam ſubmerſione abdit; atque infra aquam natando ex alio loco extra aquam eminet. Quod ſi aquila illuc quoque incumbat, et inſtet, ea iterum demergitur, atque tamdiu ſurſum deorſum commeat, dum aquila fuerit ſubmerſione ſuffocata, aut diſceſſerit in aliam praedam; tum enim anas metu liberata, ad ſummam aquam elata rurſus natat.

ΚΕΦ. λβ'.

Περὶ Ταῶν.

ΤΑῷ δὲ τῷ ὄρνιθι τῷ προειρημένῳ καὶ ἐκεῖνα ξυμφυῆ καὶ ἴδια, ἅπερ ἐστὶ μαθεῖν ἄξια· τρία ἔτη γενόμενος κυήσεως ἄρχεται, καὶ ὠδῖνα ἀπολύει, καὶ τῆς τῶν πλερῶν πολυχροΐας τε καὶ ὥρας τότε ἄρχεται· ἐπωάζει δὲ ὰ καλὰ τὸ ἑξῆς, ἀλλὰ παραλιπὼν δύο ἡμέρας· ἤδη δ' ἂν τέκοι καὶ ὑπηνέμια ὁ ταὼς, ὡς καὶ ὄρνιθες ἕτεροι.

ΚΕΦ. λγ'.

Περὶ Νήττης.

Η Νῆττα ὅταν τέκῃ (τίκτει μέντοι ἐν ξηρῷ, πλησίον δὲ ἢ τῆς λίμνης, ἢ τῦ τενάγυς, ἢ ἄλλυ τινὸς ὑδρηλῦ χωρίυ καὶ ἐνδρόσυ) τὸ νεόττιον φύσει τινὶ ἰδίᾳ καὶ ἀποῤῥήτῳ οἶδε, ὅτι μήτε τῆς ἐν ἀέρι μελεώρυ φορᾶς οἱ μέτεσι, μήτε μὴν τῆς ἐν τῇ χέρσῳ διαλριβῆς· καὶ ἐκ τύτων ἐς τὸ ὕδωρ πηδᾷ, καὶ ἐξ ὠδίνων ἐστὶ νηπιικὴ, καὶ μαθεῖν ὰ δεῖται, ἀλλὰ καταδύεται καὶ ἀναδύεται πάνυ ξοφῶς, καὶ ὡς ἤδη χρόνῳ πεπαιδευμένη τῦτο. Ἀετὸς δὲ, ὃν καλῦσι νηττοφόνον, ἐπιπηδᾷ τῇ νηχομένῃ, ὥσπερ ἁρπασόμενος· ἡ δὲ καταδῦσα ἑαυτὴν ἠφάνισεν, εἶτα ὑπονηξαμένη ἀλλοχόθι ἐκκύπλει. Ὁ δὲ καὶ ἐκεῖ πάρεσι, καὶ αὖθις κατέδυ ἐκείνη, καὶ πάλιν ταῦτα, καὶ πάλιν· καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ καταδὺς ἀπεπνίγη, ἢ ὁ μὲν ἀπέστη ἐπ' ἄλλην ἄγραν, ἡ δὲ ἔχυσα τὰ ἀδεὲς ἐπινήχεται αὖθις.

CAP. XXXIV.

De Cycno.

HOMINIBVS cycnus longe praeſtat; novit enim quando mortem ſit obiturus, et, ut eam adpropinquantem placate ferat, pulcherrimum a natura donum conſecutus eſt; in morte enim nullum acerbi doloris ſenſum ineſſe credit. Homines autem quod neſciunt, id et exhorrent, et ſummum malum exiſtimant. At olori tanta animi eſt tranquillitas in extremo vitae ſpiritu, ut ſibi tanquam naeniam canat. Talem etiam Bellerophontem heroico et excelſo animo mortem ſubire paratum Euripides celebrat, apud quem hiſce verbis ille ſeipſum alloquitur:

Pius fuiſti ſemper in deos, tuis
Non defuiſti amicis unquam, non opem
Negaſti externis:

et reliqua, ut ſequuntur. Canit igitur cycnus funebre ſibi carmen, quo ſive ſuas ipſe laudes, ſive Deorum hymnos decantat, ad mortem ſe praeparat. Quod autem prae laetitia potius quam triſtitia canat, Socrates quoque atteſtatur. Neque vero ad mortem modo, verum etiam ad pugnam fortis eſt; nec prior laceſſit, tanquam ſane moderatus et vir prudens, laceſſenti vero et inſidianti de animi robore nihil concedit. Ceterae quidem aves cum eo pacem habent, et quaſi foedere devinciuntur; ab aquila vero ſaepe hoſtiliter appetitur (ut Ariſtoteles refert) nunquam tamen vincitur, ſed eam provocantem animi non ſolum robore, ſed jure etiam optimo vincit.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ Κύκνου.

Πλέον ἔχει τῶν ἀνθρώπων ὁ κύκνος ἐν τοῖς μεγίσοις· οἶδέ τε γὰρ ὁπότε τῷ βίῳ τὸ τέρμα ἀφικνεῖται αὐτῷ, καὶ μέντοι καὶ εὐθύμως φέρειν αὐτὸ προσιὸν, ὑπὸ τῆς φύσεως λαβὼν ἔχει δῶρον τὸ κάλλισον· πεπίσευκε γὰρ, ὅτι μηδενὸς ἀλγεινοῦ μηδὲ λυπηροῦ μέτεσι θανάτῳ· Ἄνθρωποι δὲ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἴσασι, δεδοίκασι, καὶ ἡγοῦνται μέγισον εἶναι κακὸν αὐτό. Τοσοῦτον δὲ ἄρα τῷ κύκνῳ περίεσιν εὐθυμίας, ὡς καὶ ἐπὶ τῇ καλασροφῇ τοῦ βίου τοῦ Ϛφελέρου ᾄδειν καὶ ἀναγηρύεσθαι οἷον ἐπικήδιόν τι τοῦτο τὸ μέλος. Τοιοῦτόν τινα καὶ τὸν Βελλεφορόντην ἡρωϊκῶς καὶ μεγαλοψύχως εἰς θάναλον παρεσκευασμένον ὑμνεῖ ὁ Εὐριπίδης, πεποίηκε γοῦν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λέγονλα αὐτόν·

Ἦσθ' εἰς θεοὺς μὲν εὐσεβὴς, ὅτ' ἦσθ', ἀεί·
Ξένοις τ' ἐπήρκεις, οὐδ' ἔκαμνες εἰς φίλους·

Εἶτα ἀ χρὴ θαυμάσαι τὴν φύσιν τῇ τε ἄλλῃ, ϗ ἐνλαῦθα μένλοι; Τῶν ἀῤῥένων οἱ ϖαλέρες τὰς ϖλείσας νεβρὰς ἀναιρῶσιν, ἵνα μὴ ϖληθύωνλαι, εἶτα μένλοι ϗ τὰς μηλέρας ἀναβαίνωσιν· μίασμα γὰρ ϗ ἐν τοῖς ἀλόγοις, ϗ ἐναγὲς ἔργον δοκεῖ τᾶτο δήπε. Κύρῳ δὲ ϗ Παρυσάτιδι, ὦ Πέρσαι, ϗ καλὰ ταῦτα ϗ ἔνδικα ἐδόκει· ϗ ἐφίλει Κῦρος τὴν μηλέρα καχῶς, ϗ ἐφιλεῖτο ὑπὸ τῆς μηλρὸς φιλίαν ὁμοίαν. Καὶ ταῦτα μένλοι Ζωμένης· οἱ δὲ ἄνθρωποι ϖάνλων μὲν ἐπιθυμᾶνλες, μηδενὸς δὲ φειδόμενοι.

ΚΕΦ. μ΄.

Περὶ τῶν Μυῶν τῶν ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ νήσῳ.

Νησος ἐν τῷ Πόνλῳ, Ἡρακλεῖ μὲν ἐπώνυμος, ἐκλελίμνλαι. Οὐκᾶν ὅσον μυῶν ἐσιν ἐνλαῦθα ζέβει τὸν θεόν· ϗ ϖᾶν ὅσον ἀνεῖται αὐτῷ, τᾶτο ϖισεύει τῷ θεῷ κεχαρισμένον ἀφεῖσθαι, ϗ ἐκ ἂν ϖροσάψαιλο αὐτᾶ. Οὐκᾶν ϗ ἄμπελος τῷ θεῷ κομᾷ, ϗ τελίμνλαι ὡς ἀνάθημα αὐτῷ μόνῳ, ϗ φυλάτλσσιν οἱ θεραπευλῆρες τᾶ δαίμονος ἐς τὰς θυσίας τὰς βότρυς· ὅταν ἓν ἐς ἀκμὴν αἱ ῥάγες ἔρχωνλαι, οἵδε ἀπολείπσσι τὴν νῆσον οἱ μῦες, ἵνα μὴ μείναν]ες ἄκον]ες γᾶν ϖροσάψωνλαι, ὧν δίγειν ἐκ ἄμεινον· εἶτα τῆς ὥρας διαδραμέσης, οἵδε εἰς ἤθη τὰ οἰκεῖα ὑποσρέφσι. Καὶ μυῶν μὲν Πονλικῶν ἀγαθὰ ταῦτα. Ἵππων δὲ, ϗ Διαγόρας, ϗ Ἡρόσρα]ος, ϗ ὁ λοιπὸς τῶν θεοῖς ἐχθρῶν κα]άλογος, ϖῶς ἂν ἐφείσαν]ο τῶν βο]ρύων ἢ ἀναθημάτων ἄλλων, οἳ ϗ τὰ τῶν θεῶν ὀνόμα]α, ϗ ἔρ]α ἀμωσγέπως ζυλᾷν ϖροιρημένοι;

CAP. XLI.

De pluvia in Aegypto, et muribus, qui ex eadem naſcuntur; item quomodo mures foetus ſuos transferant.

PRIMVM ut in Aegypto pluit, perparvulis guttis mures naſci ſolent, qui longe lateque totis arvis vagantes maxima calamitate ex ſpicarum circumroſione et ſuccifione ſegetes afficiunt, et manipulorum acervos vaſtantes magnum Aegyptiis negotium exhibent; eoque fit, ut ii inſidias eis conentur muſcipulis tendere, et ſepimentis aut muris repellere et foſſis arcere. Sed mures ut minime ad muſcipulas accedunt, in quibus ignem accendunt, ſic cum ſint ad ſaliendum apti, et foſſas tranſiliunt, et muros etiam laeves et incruſtatos reptando ſuperant. Aegyptii autem de ſpe et conatu depulſi omni machinatione inſidiarum, tanquam parum efficaci relicta, ſe ad ſuppliciter deprecandam a diis calamitatem vertunt: mures vero divinae irae metu in montem quempiam, aciei inſtructione ordinem quadrangulum conſervantes, diſcedunt; horum omnium natu minimi primo in ordine conſiſtunt; maximi vero extremum agmen ducunt, et eos qui laſſitudine deficiunt, urgent ac ſeipſos ſequi cogunt; quod ſi ex itinere minimi natu laborantes ſubſiſtant, omnes quoque conſequentes, ut eſt in more belli inſtitutoque poſitum, inſiſtunt et interquieſcunt; ſimulque ſe ut primi movere coeperunt, ceteri continuo omnes ſubſequuntur. Hoc idem, qui Pontum incolunt, mures illic agere dicunt. Ex omni autem domo, cujus ruinae impendeant, qua primum datur, omnes celeriter demigrare creduntur. Quin etiam murium proprietas haec eſt: cum vocem felis, aut viperae ſibilum, exaudiverunt, e cavo ſuo muſculos alios alio transferunt.

CAP.

ΚΕΦ. μά.

Περὶ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ ὑέος, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ φυομένων Μυῶν· καὶ ἔτι περὶ Μυῶν, πῶς τὰ βρέφη μετοικίζουσι.

Ἔθος τοῦτο Αἰγύπτιον, ὅταν καλὰ τὴν Αἴγυπτον ὕσῃ, ῥανίσι δὲ δεύῃ λεπταῖς ὁ θεὸς, μῦες παραχρῆμα τίκτονται· ἐκ τῶν καλὰ τὰς ἀρούρας πλανώμενοι ἕτοι λυμαίνονται τοῖς λητοῖς, ὑπολέμνοντες τοὺς σάκχυς καὶ ὑποκείροντες, ἤδη μέντοι καὶ τοὺς ζωροὺς τῶν δραγμάτων κεραΐζοντες λυποῦσι τοὺς Αἰγυπτίους· καὶ διὰ ταῦτα πάγαις τε αὐτοῖς ἑλλοχῶντες ἰσᾶσι, καὶ θριγκοῖς ἀνασέλλοντες, καὶ τάφροις ἀνείργοντες, καὶ καίοντες ἐν ταύταις πῦρ. Οἱ τοίνυν μῦες ἅτε τὴν ἀρχὴν πρὸς πάγας προσφοιτῶσιν, ἐῶσι δὲ αὐτὰς ἐσάναι ἄλλως· τοῖς δὲ θριγκοῖς καὶ τοῖς λελειωμένοις ὑπὸ τῆς χρίσεως ἐπαναβαίνουσιν, ἀλτικώτατοί γε ὄντες, εἶτα μέντοι ὑπερπηδῶσι τὰς τάφρους. Ὅταν ἓν ἀπαγορεύσαντες οἱ Αἰγύπτιοι τὰς μηχανὰς καὶ τὰς ἐπιβολὰς ὡς ἀχρήστους ἀπολίπωσι, καὶ ἐκτραπέντες ἐπί τε δέησιν ἔλθωσι, καὶ ἱκετείας τὰς πρὸς τοὺς θεούς· ἐνταῦθα δήπου τὴν ἐκ τῶν θεῶν μῆνιν ὀῤῥωδοῦσιν οἱ μῦες, καὶ ἔς τι ὄρος ἀναχωροῦσι τάξιν πλαισίου φυλάττοντες· οἱ μὲν οὖν νεώτατοι πρῶτοι, ἀραγοῦσι δὲ οἱ μέγιστοι, καὶ τοὺς ὑπολειπομένους ἐπισραφέντες, εἶτα μέντοι ἕπεσθαί σφισιν ἐκβιάζονται· ἐὰν δὲ οἱ νεώτατοι κάμνοντες ὑποσῶσι, καὶ τὸ ἑπόμενον ἵσαται πᾶν, ὡς ἐν δυνάμει στρατιωτικῇ πέφυκε γίνεσθαι· ὅταν δὲ ὑπάρξηται ἡ ἐκ τῶν πρώτων κίνησις, ἐνταῦθα καὶ οἱ λοιποὶ ἕπονται. Λέγουσι δὲ καὶ οἱ τὸν Πόντον οἰκοῦντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἐκεῖθι τοὺς μῦς δρᾶν. Πεπίστευται δὲ καὶ ἐξ οἰκίας ἁπάσης, ἥτις μέλλει πεσεῖσθαι, ἢ πολῶν ἔχουσι, μετοικίζεσθαι πάντας. Ἰδιότης δὲ ἄρα μυῶν καὶ ἐκείνη· ἐπειδὰν ἀκούσωσι γαλῆς τρυζούσης, ἢ Συρίττοντος ἔχεως, ἐκ τῆς μυωπίας τῆς μιᾶς τὰ ἑαυτῶν βρέφη ἄλλο ἄλλῃ μετοικίζουσι.

ΚΕΦ.

CAP. XLII.

De Capra adamata a caprario Crathide.

HISTORIAM Italicam facti, quod una cum urbe Sybari inclaruit, quaeque ad aures meas pervenit, referre non ab re erit. Adoleſcens, nomine Crathis, cujus opera in tuendi caprini pecoris munere verſabatur, cum cupiditate libidinis flagraret, in eam amoris caprini conſuetudinem cecidit, ut ſi quando venereis rebus uti haberet neceſſe, cum omnium caprarum formoſiſſima venereo complexu jungeretur, eamque in amaſiae numero locoque ducebat; dona etiam non a caprae deſiderio abhorrentia adferebat, hederam nimirum et lentiſci pulcherrimas frondes, et ſmilacem, et juncum ſaepe edenda eidem objiciebat, os illi reddens ad oſculationem ſuaveolentius; ſed et molles, et teneras, ut tanquam ſponſa mollius dormiret, herbas ſubſternebat. Quod quidem ipſum ut hircus gregis dux perſpexit, rivalitate laborare, atque interea ſuum occultare animum coepit, quoad aliquando tandem eum ſomnum capere deprehendiſſet; tum enim omnibus revocatis viribus, facto in eum impetu, cerebrum diminuit. Cum autem ejuſmodi factum ad indigenas permanaſſet, non modo ei tumulum non obſcurum excitarunt, ſed ex eo etiam fluvium Crathim nominarunt. Infantem autem puerum ex ejus cum capra conſuetudine ſuſceptum, caprina habentem crura, et faciem humanam, in deos repoſitum, deorumque honore affectum fuiſſe, et ſylvanum quendam napaeumque deum eſſe, in ſermonem hominum venit. Animalia igitur etiam rivalitate laborare hircus docet.

CAP.

ΚΕΦ. μϐ'.

Περὶ Αἰγὸς, ἧς ἠράσθη ὁ αἰπόλος Κρᾶθις.

Λογον δὲ Ἰταλὸν τῇ Συβαριτῶν πόλει συναχμάσαντος ἔργα μνημονεύοντα, καὶ φοιτήσαντα εἰς ἐμὲ, εἰπεῖν ἃ χείρόν ἐστι. Τὴν ἡλικίαν ἀνθίπαις, αἰπόλος τὸ ἐπιτήδευμα, ὄνομα Κρᾶθις, εἰς ὁρμὴν ἀφροδίσιον ἐμπεσὼν, τῇ τῶν αἰγῶν ἰδεῖν ὡραιοτάτη μίγνυται, καὶ τῇ ὁμιλίᾳ ἥσθη, καὶ εἵπετο ἐδεῖτο ἀφροδίτης, ὡς αὐτὴν ἐφοίτα, καὶ εἶχεν ἐρωμένην αὐτήν· καὶ μέντοι καὶ οἷα λαμβάνειν ἠδύναστο δῶρα, τοιαῦτα ὁ ἐραστὴς ὁ αἰπόλος τῇ ἐρωμένῃ τῇ προειρημένῃ προσέφερε, κισσῦ ποτε καὶ σχίνου τὰς ὡραιοτάτας ἀκρέμονας, καὶ μίλακος πολλάκις, καὶ σχοίνου τραγεῖν παρέσχε, τὸ σόμα ἀποφαίνων αὐτῷ, εἰ δεηθεὶη φιλῆσαι, εὐῶδες αὐτῆς· ἀλλὰ καὶ σιβάδα ἐγκαθεύδειν, ὡς νύμφῃ παρεσκεύαζεν ἁβροτάτην τε καὶ μαλθακήν. Οὔκουν ἀμελῶς ταῦτα ἐθεάσατο ὁ τῆς ἀγέλης ἡγεμὼν ὁ τράγος, ἀλλ' αὐτὸν εἴσεισι ζηλοτυπία, καὶ καλέκρυπτε μὲν πέως τὸν θυμόν· καθήμενον δέ ποτε αὐτὸν ἐλλοχᾷ καὶ καθεύδοντα, ἦν δὲ ἄρα ἐμβαλὼν τὸ πρόσωπον εἰς τὸν κόλπον, ὡς ἓν εἶχε δυνάμεως, τῇ κεφαλῇ προσέρρηξε, καὶ διέθρυψέν οἱ τὸ βρέγμα. Διαῤῥεῖ τοίνυν εἰς τὰς ἐπιχωρίους τὰ πραχθέντα, καὶ τῷ μὲν ἐκ ἀφανῆ τάφον ἀνέσησαν, ἐξ αὐτοῦ δὲ τὸν πολιοῦχον Κρᾶθιν ὠνόμασαν. Γίνεται δὲ ἐκ τῆς ὁμιλίας τῆς πρὸς τὴν αἶγα παιδίον, καὶ ἦν αἴξ οἱ τὰ σκέλη, τὸ πρόσωπον ἄνθρωπος· τοῦτο καὶ ἐκθεωθῆναι λόγος ἔχει, καὶ θεὸν ὑλαῖόν τε καὶ ναπαῖον νομισθῆναι τὸν αὐτόν. Μεμειλιχέναι δὲ καὶ ζηλοτυπίας τὰ ζῶα ὁ τράγος διδάσκει.

ΚΕΦ.

CAP. XLIII.

De Formicarum cavernis.

AEGYPTIAS foſſas hiſtorici, et Creticos labyrinthos iidem ac poetarum natio celebrant; verum foſſionum, quas formicae efficiunt, varia diverticula, flexiones, anfractus nondum ſciunt. Enimvero eae mirabili ſapientia ſubterraneas aedificatiunculas tortuoſiſſime conſtruunt, ut vel difficilem aditum, vel omnino invium animalibus inſidias ſibi molientibus efficiant. Terram vero, quam effodiunt, ſuper cavernae os aggerunt, et tanquam muros quoſdam et propugnacula conſtruunt, ne ex coelo aqua pluvia defluens ipſas alluvione vel omnes, vel quamplurimas perdat. Intermedia item ſepimenta cavernas alias ab aliis ſecernentia ſolertiſſime machinantur, atque, ut in ſplendidis hominum aedibus fieri ſolet, domum ſuam triplici religione formaque circumſcribunt: alterum enim in ea locum andronem, in quo mares et junctae eis feminae habitent, aedificant; alterum gynaeceum nuncupatum, ubi feminae pariant, moliuntur; tertium granorum acervis deſtinant: cum tamen ab Iſchomacho et Socrate, laudabilis rei oeconomicae peritis, nihil tale didicerint. Cum autem tanquam ad pabulandum proficiſcuntur, natu grandiores ſimiliter eas, atque exercitus duces, ducunt; ut ad ſegetes pervenerunt, adoleſcentiores ſub ſtipula ſtant, duces vero adſcendunt, et ſpicas abſciſſas inferioribus dejiciunt; hae vero circumſtantes ariſtas diſtrahunt, ſimul et ex ſuis glumis et vaginis, grana incluſa explicant; atque ita neque ad excutiendum ullo inſtrumento egentes, neque ad ventilandum viribus, neque ventis ad purganda a ſordibus grana, ex frumentis, quae homines exarant ſeruntque,

ΚΕΦ. μγ΄.

Περὶ τῆς τῶν Μυρμήκων γεωρυχίας.

Σχιζας μὲν Αἰγυπλίας ἄδουσιν οἱ Συγγραφεῖς, ἄδουσι δὲ καὶ λαβυρίνθους τινὰς Κρηλικοὺς ἐκεῖνοί τε αὐτοὶ, καὶ τὸ τῶν ποιηλῶν φῦλον· μυρμήκων δὲ ἐν γεωρυχίᾳ ποικίλας τε ἀτραπούς, καὶ ἑλισμούς, καὶ περιόδους ὅπω ἴσασι. Σοφίᾳ δὲ ἄρα τὴν ὑπόγειον οἰκοδομίαν τήνδε ὑπεργάζονται Σκολιωλάτην, τοῖς ἐπιβουλεύουσί Σφισι τῶν θηρίων πάροδον, καὶ δύσπορον, ἢ καὶ πανλελῶς ἄπορον ἀποφαίνονλες. Τὴν δὲ γῆν, ἣν ἐξορύλλουσιν, ἀλλὰ καὶ ταύτην τε ὑπὲρ τῦ σομίου περιβαλόνλες οἱονεὶ τείχη τινὰ καὶ προβλήματα ἐργάζονται, ὡς μὴ τὸ ὕδωρ τὸ ἐξ ὑρανῦ καλαθέον, ῥᾳδίως εἶτα αὐτοὺς ἐπικλύσαν, ἢ ἀπολέσῃ πάνλας, ἢ τόσγε πλείσους. Αἱμασιὰς δέ τινας μέσας διειργάσας ἀπ' ἀλλήλων τὰς χηραμοὺς διατειχίζουσι, καὶ μάλα ἐντέχνως, εἶεν δ' ἂν οἱ χῶροι τρεῖς, ὡς ἐν οἰκίᾳ Σοβαρᾷ· καὶ τὸν μὲν ἀποφαίνουσιν ὅσον ἀνδρῶνα εἶναι, ἐν ᾧ διαιλῶνται οἱ ἄῤῥενες, καὶ ὅσον Σὺν αὐτοῖς θῆλυ· τὸν δὲ ἕτερον, ἔνθα ἀπολίκλουσι κύουσαι μύρμηκες, οἱονεὶ γυναικῶνα· τρίτον δὲ ἕτερον θησαυρόν τε καὶ Σιρὸν ἀποκρίνουσι τοῖς ἠθροισμένοις Σπέρμασι· καὶ ὅτε Ἰσχόμαχος ἐνλαῦθα, ὅτε Σωκράτης, ὑπὲρ τῆς ἀξιολόγου οἰκονομίας Σπουδάζονλες, διδάσκουσιν αὐτά. Οἱ δὲ μύρμηκες προϊόνλες ὥσπερῦν ἐπισιλίσασθαι τοῖς μεγίσοις ἔπονται, οἱ δὲ ἄγουσι σραληγῶν δίκην· καὶ ἐς τὰ λήϊα ἐλθόνλες, οἱ μὲν ἔτι νεαροὶ τὴν καλάμην ὑφεσᾶσιν· οἱ δὲ ἡγεμόνες ἀνέρπουσι, καὶ τὰς καλαμένας ὑραχὰς τῶν καρπίμων διαλραγόνλες, τῷ δήμῳ τῷ κάτω ῥίπλουσιν· οἱ δὲ περιελθόνλες τὰς μὲν ἀθέρας ἀποκόπλουσιν, ἐκλέπουσι δὲ τὰς τὸν πυρὸν σεγάσας τε καὶ περιαμπεχόσας θυλακίδας· καὶ μήτε ἀλοηλῷ δεόμεναι, μήτε ἀνδρῶν λικμῆσαι δυναμένων, μήτε μὴν ἐπειγομένων πνευμάτων ἀποκρίναι καὶ διασῆσαι τάς τε ἄχνας καὶ τὸν καρπὸν ἀνθρώπων ἀρότλων τε καὶ Σπειρόνλων τροφὰς ἔχουσι

ſeruntque, cibos ſibi conficiunt. Illud etiam auditum habeo prudenter factum, eas humatione mortuas aliqua neceſſitudine ſibi conjunctas adficere, et in granorum folliculis condere; ut homines in urnis parentes ſuos, vel amicos.

CAP. XLIV.

De Benevolentia Equorum erga nutricios, et de Equo Soclis domini ſui amore capto.

Si accurate et liberaliter tractetur equus, cum benevolentia erga eum, qui ſibi benefecit, cumque amicitia acceptum beneficium compenſat. Iam quod longe lateque pervagatum eſt, qualis in Alexandrum Bucephalus fuerit, propterea nihil mihi jucunditatis ad narrandum habere videtur. Antiochi item equum praetereo, qui, ut dominum ſuum ulciſceretur, Gallo nomine Centoarati, qui Antiochum in pugna interfecerat, necem intulit. Socles formae pulchritudine egregius Athenienſis, quem mihi permulti ignorare videntur, equum emit pulchrum, aliis equis ſagaciorem, et tam vehementi in ſe amore incenſum, ut cum accedere ſentiret dominum vel cum palparetur, hinnitu aut fremitu ſuum teſtaretur gaudium; et cum ille adſcendere pararet, ſe ad conſcenſum praeſtaret obedientem; cum ante oculos conſiſteret, ille ſuaviter et amatorie in eum intuebatur. Quae omnia eatenus amatoria et jucunda viſa ſunt, quoad petulantiam in adoleſcentem attentare viſus eſt, ſimul et fama turpitudinis de ambobus diſſipata exſtitit; tum eam infamiam Socles ſibi conflari non paſſus, ut in amatorem flagitioſum et petulantem odio incenſus, equum vendidit. Is non ferens ab adamato ſuo ſe diſtractum abeſſe, acerrima inedia ſibi conſcivit mortem.

CAP.

μύρμηκες. Σοφὸν δὲ ϗ ἐκεῖνο προσακήκοα, ὅτι ἄρα τὰς τεθνεῶτας μύρμηκας οἱ προσήκοντες ἐν ταῖς τῶν πυρῶν κηδεύσι θυλακίσιν· ὡς παλέρας, ἢ πᾶν τὸ φίλιον, ἐν ταῖς ζοροῖς οἱ ἄνθρωποι.

ΚΕΦ. μδ'.

Περὶ τῆς τῶν Ἵππων εὐνοίας τῆς εἰς τὰς τρέφοντας, ϗ περὶ Ἵππυ τοῦ ἐρασθέντος δεσπότυ τοῦ Σωκλέους.

Ἵππος εἰ τυγχάνει κηδεμονίας, ἀμείβεται τὸν εὐεργέτην εὐνοίᾳ τε ϗ φιλίᾳ. Καὶ ὁποῖος μὲν ἦν ὁ Βυκεφάλας εἰς Ἀλέξανδρον, διαῤῥεῖ πανταχόσε ὁ λόγος, ϗ ἔ μοι λέγειν αὐτὸν ἥδιόν ἐσιν. Καὶ τὸν Ἀντιόχυ δὲ ἵππον τὸν τιμωρήσαντα τῷ δεσπότῃ, ϗ ἀποκτείναντα τὸν Γαλάτην, ὁσπεροῦν ἀπέσφαξε τὸν Ἀντίοχον ἐν τῇ μάχῃ, ὄνομα δὲ τῷ Γαλάτῃ Κεντοαράτης ἦν, ἐῶ ϗ τοῦτον. Σωκλῆς δὲ ἄρα, ὑ γάρ τι πυ πολλοὶ τόνδε μοι δοκοῦσιν ἐγνωκέναι, Ἀθηναῖος μὲν ἦν, καλὸς δὲ ϗ ἐδόκει ϗ ἐπεφύκει· ἔτος ἦν ἐπρίαντο ἵππον ὡραῖον μὲν ϗ αὐτὸν, ἐρωτικὸν δὲ ἰσχυρῶς, ϗ οἷον ζοφώτερον ἢ καλὰ τὰς ἄλλυς ὁρᾶν ἵππυς· ὠκεῖν ἐρᾷ τοῦ δεσπότυ δριμύταλα, ϗ προσιόντος ἐφριμάτλετο, ϗ ἐπιχρεμπτομένου ἐφρυάτλετο, ϗ ἀναβαίνοντος ἑαυτὸν παρεῖχε εὐπειθῆ, ϗ παρεσῶτος καλὰ πρόσωπον ὅδε ὑγρὸν ἐώρα. Καὶ ταῦτα μὲν ἐρωτικὰ ὄντα ἤδη, ὅμως τερπνὰ ἐδόκει, ἐπεὶ δὲ ἦν, ὥς τι ϗ δρασείων εἰς τὸ μειράκιον, προπετέστερος, ϗ διέῤῥει ὁ λόγος ὑπὲρ ἀμφοῖν ἀτοπώτερος, ὁ Σωκλῆς ὐκ ἐνεγκὼν τὸ ἀπόφημον, ὡς ἐρασὴν ἀκόλαστον μισήσας, ἀπεμπόλησε τὸν ἵππον. Ὁ δὲ ὐ φέρων τὴν ἐρημίαν τὴν ἀπὸ τοῦ καλοῦ, ἑαυτὸν τῷ ζῆν ἀπήλλαξε λιμῷ βιαιοτάτῳ.

CAP. XLV.

De mutuis quorundam Animalium inimicitiis.

ATTAGENES et gallinacei inter ſe inimici graviter ſunt. Inimicitiae intercedunt cornici cum circo. Mutuo uterque in alterum odio pelagius accipiter et corvus flagrant. Cum turture corvus et circus inſitas inimicitas gerunt, et utrumque viciſſim turtur odit. Ciconia et veſpertilio inter ſe hoſtes ſunt. Pelecanum quoque et coturnicem invicem infenſos eſſe audio.

CAP. XLVI.

Quaenam ſint quibuſdam Animalia mortifera.

SYMPHYTO interimitur aquila, ibis felle hyaenae, allii ſemine ſturnus, charadrius bitumine, herinaceus potamogitone, eidem fel mergi intolerabile eſt. Circus, larus, turtur, merula, et vulturum natio comeſto malo punico trito pereunt. Cedri foliis calamodytes, amerinae flore atricapilla, corvus erucae ſemine occiditur. Vnguentum ſcarabaeum, ferae caprae adeps upupam interficit. Cornix vero, ſi inciderit in comeſae a lupo reliquias carnis, moritur. Alaudam ſinapis ſemen, et gruem hauſta vitis lachryma conficit.

CAP. XLVII.

De Leporibus.

DE lepore mihi haec in mentem hoc loco veniunt explicare. Non eum ſane prius ſub ſolitum cubile ſubire, quam modo ingrediens, modo egrediens, ſua conturbarit veſtigia, ut ne ea ſtruentibus ſibi inſidias appareant, naturali quadam ſagacitate homines aſtute decipiens.

CAP.

ΚΕΦ. μέ.

Περὶ τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν Ζώων ἔχθρας.

Νοῦσι δὲ ἄρα ἀτταγᾶς μὲν ἀλεκτρυόνι ἔχθιστα, ἀλεκτρυὼν δὲ αὖ πάλιν ἀτταγᾶ· καὶ κορώνη κίρκος, καὶ ἐκείνη ἐκείνῳ· καὶ πελαγίῳ ἱέρακι ὁ κόραξ, καὶ κόρακι ἐκεῖνος· τρυγόνι τε κόραξ καὶ κίρκος, καὶ μέντοι καὶ ἡ τρυγὼν ἑκατέρῳ. Πέπυσμαι δὲ καὶ πελαργὸν νευκτερίδα μισεῖν, καὶ ἐκείνην ἀντιμισεῖν ὡς πολέμιον. Πελεκᾶνα δὲ μὴ νοεῖν φίλα ὄρτυγι, καὶ ἀμοιβὴν τοῦ μίσους ἀκέω εἶναι.

ΚΕΦ. μϛ΄.

Τίνα τίσι τῶν Ζώων θανατηφόρα.

Ἀποκτίννυσι δὲ ἀετὸν μὲν τὸ καλούμενον Σύμφυτον, τὴν δὲ ἴβιν ὑαίνης χολή, Σκορόδου Σπέρμα τὸν ψᾶρα, χαραδριὸν ἄσφαλτος, τὸν δὲ ἐχῖνον ὁ καλούμενος πολυμοσείτων, ἐχῖνος δὲ αἰθύας χολὴν οὐκ ὑπομένει. Κίρκος δὲ, καὶ λάρος, καὶ τρυγὼν, καὶ κόσσυφος, καὶ τὸ γυπῶν ἔθνος, ῥοιᾶς Σίδην κοπεῖσαν εἰ διαπράσσοιεν, ἀπολώλασι. Κέδρου τὸν καλαμοδύτην ἀπόλλυσι φύλλα, ἄνθος δὲ ἄγνου τὸν μελανκόρυφον, κόρακα δὲ εὐζώμου Σπέρμα. Μύρῳ κάνθαρος ἀποθνήσκει, σέσαμι δορκάδος ὁ ἔποψ. Κορώνη δὲ λυκοβρώτου κρέως λειψάνῳ περιπυχθεῖσα ἀποθνήσκει. Κορυδαλὸς νάπυος Σπέρματι, γέρανος ἀμπέλου δάκρυον Σπάσασα διεφθάρη.

ΚΕΦ. μζ΄.

Περὶ Λαγωῶν.

Λαγὼ δὲ περί καὶ ἐνταῦθα ἔπεισιν εἰπεῖν τοιαῦτά μοι. Εἰς τὴν κοίτην τὴν Συνήθη ἃ πάρεισιν ὁ λαγὼς, πρὶν ἢ ταράξαι τὰ ἴχνη, πῇ μὲν εἰσιὼν, πῇ δὲ ἐξιὼν, ἵνα ἀφανίσῃ τὴν ἐκ τῶν θηραλῶν εἰς αὐτὸν ἐπιβολὴν, Σοφίᾳ τινὶ φυσικῇ τὸ θηρίον τοὺς ἀνθρώπους αἰμυλώτατα ἀπατήσαν.

ΚΕΦ.

CAP. XLVIII.

De amore Equae in ſuos pullos.

EQVA mater optima ſumma charitate et fide pullum ſuum amat. Cujus ſane modi amoris Darius aetate inferior non imperitus, equas a partu recentes, relictis domi pullis, ad pugnas ducebat. Pulli vero ſic alieno lacte, a matribus orbi, quemadmodum homines, parentibus amiſſis, aluntur. Darius, cum inclinata jam acie in eo praelio, quod ad Iſſum commiſerat, Perſarum res premi coepiſſent, cumque victus fuga ſalutem adipiſci neceſſe haberet, in equam adſcendit; quae, quod relicti memoriam pulli recordaretur, quanto maximo potuit ſtudio et celeritate eum ipſum praedicatur ex periculis eripuiſſe.

CAP. XLIX.

De Mulo Athenienſi.

ATHENIENSIS mulus jam vetulus, quamvis immunitate vecturarum donatus eſſet, ut Ariſtoteles ait, non laborum tamen, qui per adfectam aetatem obiri queunt, ſtudio exſolutus eſſe voluit. Nam cum Minervae templum Athenienſes aedificarent, is nulla re onuſtus, ſua ſponte cum adoleſcentibus mulis, tanquam ad iter faciendum ſocius et hortator, ibat. Et quemadmodum quiſpiam ſenex artifex, per exactam aetatem quidem jam opere dimiſſus, verumtamen experientia et ſenili doctrina juvenes ad laborem excuens; ſic is ultro citroque commeans ad opus juniores incitabat. Quod quidem ipſum ut Athenienſis populus intellexit, per praeconem declarari juſſit, ut ne a frumento aut hordeo prohiberetur; ſed et expleri et ſatiari permitteretur, et pretium ex aerario peteretur, tanquam in Prytaneo ſportula illi decreta, ſicut athletae jam aetate confecto.

CAP.

ΚΕΦ. μή.

Περὶ σοργῆς τῆς Θηλείας Ἵππου.

Μήτηρ δὲ ἄρα καὶ ἡ Θήλεια ἵππος ἀγαθὴ ἦν, καὶ τοῦ πώλου τοῦ ἐξ αὐτῆς μεμνῆσθαι δεινή· ὅπερ καὶ κατεγνωκὼς Δαρεῖος ὁ κάτω, εἶτα μέντοι ἐπήγετο εἰς τὰς μάχας ἐξ ὠδίνων ἵππους, τὰ βρέφη καταλιπούσας οἴκοι. Τρέφονται δὲ καὶ ὀρφανοὶ μητέρων οἱ πῶλοι γάλακτι ξένῳ, ὥσπερ καὶ ἄνθρωποι. Οὐκοῦν ὅτε ἡ τροπὴ τῆς μάχης τῆς κατὰ τὸν Ἰσσὸν τὰ Περσῶν πιέζειν ὑπήρξατο, καὶ ἐνικᾶτο Δαρεῖος, ἵππον ἀνέβη θῆλυν, φυγῆς δεόμενος καὶ σωτηρίας ὠκίστης· ἡ δὲ ἄρα τοῦ καταλειφθέντος μνήμη, ὡς εἶχεν ἐπιθυμίας καὶ ποδῶν, τὸν δεσπότην ὑμνεῖται τῆς ἀκμῆς τῶν ἐπικειμένων κινδύνων ἐξαρπάσαι.

ΚΕΦ. μθ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀθήνῃσιν Ἡμιόνου.

Ἡμίονος γέρων Ἀθήνῃσιν ὑπό γε τοῦ δεσπότου τοῦ ἰδίου τῶν ἔργων ἀπολυθείς, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, τοῦ μὴν φιλοπόνου καὶ ἐθελουργοῦ καθ' ὑλικίαν ἑαυτὸν οὐκ ἀφῆκεν. Ἡνίκα γοῦν Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τὸν Παρθενῶνα, ὅτε ἐπισύρων, ὅτε ἀχθοφορῶν, ὅμως τοῖς νέοις ὀρεῦσι προφερόμενος τὴν ὁδὸν ἄκληρος καὶ ἑκὼν οἱονεὶ παράσειρος ἦει· δορυφορῶν, ὡς ἂν εἴποις, καὶ παρορμῶν τὸ ἔργον τῇ βαδίσει τῇ κοινῇ, δίκην τεχνίτου παλαιοῦ, τοῦ μὲν αὐτουργοῦ ὑπὸ τοῦ γήρως ἀπολυθέντος, ἐμπειρίᾳ δὲ καὶ παλαιᾷ διδασκαλίᾳ ὑποθήγοντός τε ἅμα τοὺς νέους καὶ ἐπαίροντος. Ὁ δῆμος ἓν μαθόντες ταῦτα τῷ κήρυκι ἀνειπεῖν προσέταξαν, εἴτε ἀφίκοιτο ἐς τὰ ἄλφιτα, εἴτε ἐς τὰς κριθὰς παραβάλοι, μὴ ἀνείργειν, ἀλλ' ἐᾶν ἐς κόρον σιτεῖσθαι, καὶ τὸν δῆμον ἐκλίνειν τὸ ἀργύριον ἐν Πρυτανείῳ τρόπον τινὰ ἀθλητῇ σιτήσεως δοθείσης ἤδη γέροντι.

ΚΕΦ.

CAP. L.

De Formicarum ſolertia.

CLEANTHEM Aſſium haec de formica hiſtoria coegit, et invitum et fortiſſime contradicentem, animalia concedere rationis non expertia eſſe. Nam eum aliquando otioſa ſeſſione fruentem, ferunt formicas, quae complures ad ejus pedes eſſent, animo coepiſſe vacuo et ſoluto contemplari; alteras nimirum vidiſſe alicunde mortuam in alienarum domicilium, et ſuarum minime contubernalium, portantes in formicariae cavernae faucibus conſiſtere; atque inde continuo alteras perſpexiſſe prodire, et cum externis velut quiddam contrahentes iterum et ſaepius ultro citroque commeare; denique lumbricum, tanquam redemptionis pretium, attuliſſe; eumque alteras accepiſſe, et ſimul quam ferrent mortuam dimiſiſſe; alteras cum gaudio et libenter, ſimiliter atque vel fratrem vel filium, recepiſſe. Quid ad haec dicet Heſiodus? qui ſcripſit Iovem naturas diſtinxiſſe, ut

Piſces atque ferae, tum pennataeque cohortes,
Mutua ſint ſibi praeda, agitant quia jure ſine ullo;
Aſt homini dedit eſſe aequi juſtique tenacem.

Atqui non haec dicet Priamus, ſiquidem is ipſe homo ab homine, et heroe, et ex Iovis ſtirpe oriundo, ipſe quoque Iovis progenies, multa Hectorem pecunia redemit.

CAP. LI.

De Dipſade animali.

DIPSAS, cujus vim et naturam ejus nomen nobis declarat, inferior quidem eſt magnitudine quam vipera, ſed tamen in occidendo quam celerrime ſuperior. Ejus enim morſu percuſſi, etſi

ΚΕΦ. ν.

Περὶ τῆς τῶν Μυρμήκων ἀϛχινοίας.

Κλεάνθην τὸν Ἄσσιον καϛηνάγκασε κὴ ἄκονϛα εἶξαι κὴ ἀποϛῆναι τοῖς ζώοις τῦ κὴ ἐκεῖνα λογισμῦ μὴ διαμαρϛάνειν, ἀνϛιλέγονϛα ἰσχυρῶς κὴ καϛὰ κράτος, ἱϛορία τοιαύτη φασίν. Ἔτυχεν ὁ Κλεάνθης καθήμενος, κὴ μένϛοι κὴ Ϛχολὴν ἄγων μακροϛέραν ἄλλως· ἐκῶν κὴ μύρμηκες ϖαρὰ τοῖς ϖοσὶν ἦσαν αὐτῷ ϖολλοί· ὁ δὲ ἄρα ὁρᾷ ἐξ ἀϛραπῦ τινος ἑτέρας νεκρὸν μύρμηκα μύρμηκας ἄλλυς κομίζονϛας εἰς οἶκον ἑτέρων, κὴ ἑαυϛοῖς ὐ Ϛυνϛρόφων, κὴ ἐπί γε τῷ χείλει τῆς μυρμηκίας ἑϛῶτας αὐτῷ νεκρῷ· κὴ ἀνιόνϛας κάτωθεν ἑτέρυς, κὴ Ϛυνόνϛας τοῖς ξένοις ὡς ἐπί τινι, εἶτα καϛιόνϛας τὺς αὐτύς, κὴ ϖολεομάχις τῦτο· κὴ τελευϛῶντας Ϛκώληκα, οἱονεὶ λύτρα, κομίσαι· τὺς δὲ ἐκεῖνον μὲν λαβεῖν, ϖροέσθαι δὲ ὑνπερῦν νεκρὸν ἐπήγονϛο· κὴ ἐκείνυς ὑποδέξασθαι ἀσμένως, ὡς ὑὸν κομιζομένυς ἢ ἀδελφόν. Τὶ ἂν ϖρὸς ταῦτα Ἡσίοδος; λέγων ὅτι ἄρα ὁ Ζεὺς τὰς φύσεις ἀπέκρινε, κὴ ἔν κὴ

Ἰχθύσι μὲν, κὴ θηρσὶ, κὴ οἰωνοῖς ϖεϛηνοῖς
Ἔσθειν ἀλλήλυς, ἐπεὶ ὐ δίκη ἐϛὶν ἐν αὐτοῖς·
Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην.

Ἀλλ' ὐκ ἐρεῖ ταῦτα ὁ Πρίαμος, εἴγε κὴ ἐκεῖνος τὸν Ἕκϛορα ἐλύσαϛο ϖολλῶν κειμηλίων κὴ θαυμασῶν, ϖαρὰ τῦ ἀνθρώπυ ὁ ἄνθρωπος, κὴ τῦ ἥρως, κὴ τῦ Διὸς ἐγγόνυ, κὴ ἐκεῖνος ὢν ἔγγονος τῦ Διός.

ΚΕΦ. νά.

Περὶ τῆς Διψάδος τῦ ζώυ.

Κατηγορεῖ τῆς διψάδος τὸ ἔργον αὐτὸ ἡμῖν τὸ ὄνομα, κὴ ἔχεως μέν ἐϛιν ὀλιγωϛέρα τὸ μέγεθος, ἀποκϛεῖναι δὲ ὀξυϛέρα. Οἱ γάρ τοι τῷ δήγματι ϖροσπεσόνϛες ἐξάϖονϛαί τε

etſi adſiduam potionem hauriunt, ad ſitim tamen exardeſcunt, et ad bibendum eatenus inflammantur, quoad celerrime rumpuntur. Eam Soſtratus cum albam eſſe ait, tum duas in cauda lineas nigras habere. Et ſicut audio, quidam preſterem vocant, alii cauſonem. Naſcuntur autem praecipue in Africa et Arabia. Turbam vero aliorum nominum etiam huic ferae adfundunt; melanurus enim a quibuſdam, ab aliis ammobates dicitur; quod ſi centrida nominari audiveris, eandem a me appellari putes. Sed fabulam quoque quam de hac ſerpente audivi, ne ejus videar ignarus, attexam. Prometheum ignem a Vulcano furatum aiunt, quamobrem indignatum Iovem furti indicibus dediſſe remedium ſenectuti prohibendae efficax; hoc illos qui acceperant aſino impoſuiſſe audio, et cum ille ſic oneratus aeſtivo tempore incederet, ſiti laborantem ferunt ad fontem veniſſe bibendi gratia, ſed a ſerpente fontis cuſtode repulſum; itaque aſinum ſitis impatientem id, quod geſtabat, pharmacum ut admitteretur obtuliſſe; bibit igitur aſinus, et una cum remedio adverſus ſenectam, quam dipſas deinceps exuit, ſitim quoque ſuam in illam transfudit. Caeterum hujus fabulae auctor non ego ſum, ſed ante me Sophocles tragicus, et Dinolochus adverſarius Epicharmi, et Ibycus Rheginus, et Ariſteas, et Apollophanes, poetae comici.

CAP. LII.

De Elephantorum intelligentia.

Si elephanti ſapienter factum, idque auditu dignum, praeterirem, me quis ignorantem forte praeteriiſſe putet; quamobrem dicetur. Cum is, qui hordeum huic admetiendi procurationem habebat, hordei partem ſubtraxiſſet, illiuſque in locum lapidibus ſuppoſitis, ipſi debitam tamen

εἰς δίψος, καὶ πιεῖν ἀναφλέγονται, καὶ ἀμυσὶ ζπῶσι, καὶ τάχιστα ῥήγνυνται. Καί φησι μὲν Σώστρατος λευκὴν εἶναι τὴν διψάδα, ἐπί γε μὴν τῆς ὀρᾶς ἔχειν γραμμὰς δύο μελαίνας. Ἀκούω δὲ ὅτι καὶ πρηστῆρας αὐτὰς καλοῦσί τινες, καύσωνας δ' ἄλλοι. Γίνονται δὲ ἄρα ἐν Λιβύῃ τε καὶ Ἀραβίᾳ μᾶλλον. Ὄχλον δὲ ἄρα ὀνομάτων ἐπανλοῦσι τῷδε τῷ θηρίῳ καὶ ἄλλων· κέκληται δὲ καὶ μελάνυρος, ὥς φασι, καὶ ἀμμοβάτης ὑπ' ἄλλων· εἰ δὲ ἀκούσαις καὶ κενχρίδα, τὴν αὐτήν μοι λέγεσθαι νόει. Δεῖ δὲ καὶ μῦθον τῷδε τῷ ζώῳ ἐπᾶσαί με· ὑπερῶν ἀκούσας οἶδα, ἃ ζιωπήσομαι τοῦτον, ὡς ἂν μὴ δοκοίην ἀμαθῶς ἔχειν αὐτοῦ. Τὸν Προμηθέα κλέψαι τὸ πῦρ Ἡφαίστῳ φησὶ, καὶ τὸν Δία ἀγανακτῆσαι ὁ μῦθος λέγει, καὶ τοῖς καλαμηνύσασι τὴν κλοπὴν δοῦναι φάρμακον γήρως ἀμυνητήριον· τοῦτο ἦν ἐπὶ τῷ ὄνῳ θεῖναι τὰς λαβόνλας πέπυσμαι, καὶ τὸν μὲν προϊέναι τὸ ἄχθος φέρονλα, εἶναι δὲ ὦραν θέρειον, καὶ διψῶνλα τὸν ὄνον ἐπί τινα κρήνην κατὰ τὴν τοῦ πολοῦ χρείαν ἐλθεῖν· τὸν ἦν ὄφιν τὸν φυλάττονλα ἀνασέλλειν αὐτὸν καὶ ἀπελαύνειν καὶ ἐκεῖνον στρεβλόμενον, μισθὸν οἱ τῆς φιλοτησίας δοῦναι, ὑπερῶν ἔτυχε φέρων φάρμακον· ὀκοῦν ἀνλίδοσις γίνεσθαι, καὶ ὁ μὲν πίνει, ὁ δὲ τὸ γῆρας ἀποδύεσθαι, προσεπιλαβὼν, ὡς λόγος, τὸ τοῦ ὄνου δίψος. Τί ἦν, ἐγὼ τοῦ μύθου ποιητής; ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποιμι· ἐπεὶ καὶ πρὸ ἐμοῦ Σοφοκλῆς ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς, καὶ Δεινόλοχος ὁ ἀνταγωνιστὴς Ἐπιχάρμου, καὶ Ἴβυκος ὁ Ῥηγῖνος, καὶ Ἀριστέας, καὶ Ἀπολλοφάνης ποιηταὶ κωμῳδίας ᾄδουσιν αὐτόν.

ΚΕΦ. νϚ'.

Περὶ τῆς τῶν Ἐλεφάντων Σοφίας.

Σοφὸν ἐλέφαντος ἔργον εἰ παραλείποιμι, φήσει μέ τις ἀγνοήσαντα οὐκ εἰπεῖν· ἔστι δὲ καὶ ἀκοῆς ἄξιον, καὶ διὰ ταῦτα ἀκούσωμεν αὐτοῦ. Ὁ τῆς τότου κομιδῆς ἐγχειρισθεὶς τὴν φροντίδα τῶν μὲν κριθῶν ὑφῄρει, λίθους δὲ ὑποπάττων ἐκείνῳ μὲν ἄδρωτον τὸ πλεῖσον εἰργάζετο, ἀπέσωζε δὲ τὸν ὄγκον τοῦ μέ-

tamen menſuram cumulate ſervaſſet, ut dominum utriuſque, ſi quando vidiſſet, falleret; elephantus videns hunc, qui ipſum debito fraudabat, polentam coquere, primum promuſcide ſabulum collegit, deinde in ollam infudit, ſicque ſolerter injuriis injurias ſibi illatas ultus eſt.

CAP. LIII.

De Canibus Aegyptiis.

ALII quidem canes feras tum inveſtigare, tum etiam capere, probe norunt; at vero Aegyptii fugaciſſimi ſunt. Nam cum animalia, quae in Nilo degunt, timeant, illuc ſitis quidem ad bibendum eos attrahit, at metus quiete ipſos ad ſatietatem bibere non ſinit. Ideoque non bibunt ſe inclinantes, ne qua e feris, quae ſub aqua ſunt, emergat, atque ita eos abripiat; ſed praeter ripam curſitant linguaque lambunt, potum, ut ita dicam rapientes, vel hercle furantes.

CAP. LIV.

De Herinaceis terreſtribus.

MVLTA, quae callide terrenus herinaceus facit, jam alibi dixi; nunc novam ejus veteratoriam explicabo. Cum enim is vicinus eſt ut capiatur, contortiſſime ſeipſum concludit, et tantopere contrahit, ut comprehendi non queat, ſimul et animam continet, ſpiritumque comprimit, et ab omni motu conquieſcens mortui ſpeciem prae ſe fert.

CAP. LV.

De Patellis.

PATELLAS non ſane a ſaxis avellas, ne Milonis quidem digitis, qui Punicum malum cum apprehendiſſet, arcte adeo comprimebat, ut non adverſariorum quiſquam poſſet extorquere e manu. Eas autem quicumque de ſaxo, ad quod adhaeſerint, abſtrahere

τρω πρὸς τὸν ἐπισκοπῦντα ἀμφοῖν δεσπότην, καὶ τέως διελάνθανεν· ἐκεῖνον ἐλέφας ἀθάρην ἰδὼν ἔψοντα τὸν ἐπίβουλόν οἱ, τῆς ἄμμυ τῆς ἐν ποσὶ τῇ προβοσκίδι χύδην ἀναλαβὼν ἐνέβαλεν εἰς τὴν χύτραν, καὶ ἡμύναλο ἀνθ' ὧν ἔπαθε, δι' ὧν ἐποίησεν εὐμηχάνως.

ΚΕΦ. νή.

Περὶ Κυνῶν τῶν Αἰγυπτίων.

Οἱ μὲν ἄλλοι κύνες καὶ ἐλεῖν, καὶ ἀνιχνεῦσαι τὰ θηρία ζοφοί· οἱ δὲ Αἰγύπτιοι φυγεῖν δεινότατοι. Τὰ γᾶν ἐν τῷ Νείλῳ δεδιότες, ἄγει μὲν αὐτὲς τὸ δίψος ποιεῖν, ἡσυχῇ δὲ καὶ εἰς χόρον ποιεῖν, τὸ δέος ἐ ζυγχωρεῖ. Καὶ διὰ ταῦτα ἐ πίνουσιν ἐπικύψαντες, ὡς ἂν μήτι τῶν κάτωθεν ἀνερπύσαν εἶτα ἐξαρπάσῃ αὐτές· ἐκεῖνον τὴν μὲν ὄχθην παραθέουσι, λάπουσι δὲ τῇ γλώττῃ, ἁρπάζοντες, ὡς ἂν εἴποι τις, ἢ καὶ νὴ Δία κλέπτοντες τὸ πόμα.

ΚΕΦ. νδ'.

Περὶ τῶν χερσαίων Ἐχίνων.

Ἔχινος, ἐχ ὁ θαλάσσιος, ἀλλ' ὁ χερσαῖος, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλ', ὡς ἔστι πανοῦργος, ἤδη μοι λέλεκται· ὃ δὲ ἐκ εἶπον αὐτῷ δολερὸν ἔργον, τοῦτο εἰρήσεται τὰ νῦν. Μέλλων ἁλίσκεσθαι ἑαυτὸν ζυνειλήσας, ἄληπτον ἐργάζεται, εἶτα μένοι καὶ πιέζει τὸ πνεῦμα, καὶ ἀκίνητος ἀτρεμεῖ, καὶ τὸν τεθνεῶτα ὑποκρίνεται.

ΚΕΦ. νέ.

Περὶ Λεπάδων.

Αἱ λεπάδες, ἐκ ἂν αὐτὰς ἀποσπάσαις τῶν πετρῶν, ἐδὲ εἰ λάβοις δακτύλοις τοῖ Μίλωνος, ὁσπερεῖν ἐγκρατέσται καὶ εὐλαβέσται τὴν ῥοιὰν καλεῖκεν, ὡς μὴ αὐτὴν ἀφελέσθαι τῶν ἀνθρώπων τινὰ τῆς δεξιᾶς αὐτοῖ. Ὅσις δὲ ἐπιχειρεῖ λεπάδα ἀπα-

ſtrahere aggreditur, magna quidem voluptate ex earum comprehenſione afficitur, et ſperat ſe praeda potiturum eſſe; verumtamen illarum compos fieri nequit: tandem aliquado ferro abraſae abſcinduntur a ſaxo.

CAP. LVI.

De Afrorum expeditione contra Elephantos.

LIBYCI homines bellum non modo finitimis praedae, aut ſuos propagandi fines ſtudio inferunt; ſed cum elephantis etiam, de horum dentibus adſequendis, ſuſcipiunt. Hanc vero cauſam cur petantur elephanti praenoſcentes, ex ſeſe qui dente altero mutili ſunt, ante ceteros reliquos in prima acie conſtituunt, ad primum hoſtium impetum excipiendum; reliqui, qui in ſubſidiis manent, dentium amborum robore integri auxilium feſſis ferunt. Mutilos autem eam forte ob cauſam primo loco eſſe volunt, ut venatoribus oſtendant non magnum adeo praemium, et vix dignum periculo, cui ſe exponunt, ipſis exſpectandum. Dentium autem altero, quem acutum ad propulſandas injurias ſervant, tanquam armis utuntur; altero tanquam ligone radices effodiunt, et arbores exſtirpant.

CAP. LVII.

De geometria Aranaeorum.

NON modo texendi ſolertiam aranei praeclare tenent, ac ſimiliter ut Minerva, lanificii illa praeſes et ſolertiſſima dea, tereti manuum miniſterio et tenui valent; ſed et natura etiam ſunt ad geometriam eruditi: nam et centrum ſervant; circulumque ex eo procedentem, et circumferentiam exacte conficiunt; neque interim Euclide egent. Ad medium autem centri ſedentes inſidias praedae ſuae tendunt. Neque modo, ut quod videtur eloquar, texendi rationem norunt, ſed etiam ſarciendi artificio excellunt; nam ſi ex eorum quippiam ſolerti opere ruperis, ſtatim a ruptura reſarciunt, integrumque praeſtant.

CAP.

ἀποσπάσαι τῆς πέτρας, ἢ προσέχεσθαι, γελᾷ τε μογῶν καὶ ἔχει θυμηδίαν· ἀδυνατεῖ γὰρ ἐκφαλὴς, ἃ σπεύδει, γενέσθαι· ξυομένη δὲ σιδήρῳ σχίζεται ἀπὸ τῆς πέτρας ὀψέ.

ΚΕΦ. νε'.

Περὶ τῆς Λιβύων ἐπὶ τοὺς Ἐλέφαντας στρατείας.

Στρατεύονται δὲ ἄρα οἱ Λίβυες οὐ μόνον ἐπὶ τοὺς γείτονας, ἵνα αὐτῶν πλέον ἔχωσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοὺς ἐλέφαντας· καὶ ἴσασί γε ἐκεῖνοι τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὑπόθεσιν οὐδὲν ἕτερον εἶναι, ἢ τοὺς ὀδόντας. Οἱ τοίνυν πηρωθέντες τὸν ἕτερον ἐπὶ μελώπου ἑσάσι, τῶν λοιπῶν προβαλλομένων αὐτοὺς, ἵνα οἱ μὲν ὑποδέχωνται τὴν πρώτην ὁρμήν· οἱ δὲ ἀμύνωσιν ἀκεραίῳ τῇ τῶν ὀδόντων ῥώμῃ, καὶ ἰσοπαλεῖ. Ἴσως δὲ τῶν Ἰνδῶν καὶ καλαφιλοσοφοῦντες, καὶ ἐπιδεικνύντες αὐτοῖς, ὅτι ἄρα οὐχ ὑπὲρ μεγάλου τοῦ ἄθλου κινδυνεύσοντες ἥκουσι. Χρῶνται δὲ ἄρα τῷ μὲν τῶν ὀδόντων ὡς ὅπλῳ, καὶ τεθηγμένον αὐτὸν φυλάττουσι, τῷ δὲ ὡς ζμινύῃ· καὶ γὰρ ἐν αὐτῷ ῥίζας ὀρύττουσι, καὶ δένδρα ἐκμοχλεύσαντες ὑποκλίνουσι.

ΚΕΦ. νϛ'.

Περὶ τῆς τῶν φαλάγγων γεωμετρίας.

Οὐ μόνον δὲ ἄρα ἦσαν ὑφαντικαὶ αἱ φάλαγγες καὶ εὐχειρες καλὰ τὴν Ἀθηνᾶν, τὴν ἐργάνην τε καὶ πινυτὴν θεὰν, πεφύκεσαν δὲ ἄρα καὶ γεωμετρίαν δειναί· τὸ γοῦν κέντρον φυλάττουσι, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ κύκλον καὶ τὴν περιφέρειαν ἀκριβοῦσιν ἰσχυρῶς, καὶ Εὐκλείδου δέονται οὐδέν. Κάθηνται γὰρ ἐν τῷ κέντρῳ μέσῳ ἑλλοχῶσαι τὴν ἑαυτῶν ἄγραν. Ἦσαν δὲ, ὡς ἰδόντι εἰπεῖν, καὶ ὑφάντριαι γενναῖαι, καὶ ἀκεσικὴν εὐπάλαμοι· καὶ ὅτι ἂν διαῤῥήξῃς ἐκείνων τῆς εὐπήνου τε καὶ εὐμίτου σοφίας, αἴδε ἀνακοῦνται, καὶ ἀπαθὲς καὶ ὁλόκληρον αὖθις ἀποδείκνυνται.

ΚΕΦ.

CAP. LVIII.

De Phoenicum avium numerandi peritia.

PHOENICES alites abſque ulla calculandi arte numerum quingentorum annorum, veluti ſapientiſſimae naturae diſcipuli, computare norunt; neque vel digitis, vel alia re, ad hanc cognitionem opus habent. Cujus autem rei gratia hunc numerum eos tenere oporteat, vulgatum eſt. Atqui ex ipſis Aegyptiis, qui ſpatium quingentorum annorum confectum intelligat, aut nullus eſt, aut forte unus, vel quam pauciſſimi, iique ex ſacerdotibus; nam inter hos quoque non facile convenit, dumque inter ſe contendunt, et alius ſacram hanc avem non nunc, ſed in poſterum adventuram ait, alius jam adveniſſe; phoenix, illis fruſtra alter cantatus, divinitus demonſtrat tempus, et adeſt. Itaque ſacerdotes ſacrificare neceſſe eſt, ac ſimul fateri ſe, quod totos dies diſceptationibus exigunt, avibus eſſe imperitiores. Nonne, hercle, haec ſcire ſapientia eſt; ubi ſit Aegyptus ſita, et ubi in ea Heliopolis, ad quam advolare ipſis fato conſtitutum eſt; et ubinam pater ſit deponendus, et quibus in thecis? Haec ſi non admiranda ſunt, ac negotia forenſia, et militaria, atque alia ad mutuas inſidias comparata, ſolertia appellanda erunt? Mihi quidem non videtur, o aemulatores Siſyphorum, Telchinum, et Cercopum; cum illis vero mihi ſermo eſt, qui haec probant, et rimantur; non cum bonis, qui hujuſmodi malis artibus initiati et infecti non ſunt.

CAP. LIX.

De Canum intelligentia.

RATIOCINATIONEM, et dialecticam, et hoc potius ſumendum eſſe quam illud, ſi animalia ſciant, merito dixerimus naturam eſſe magiſtram, quam alia nulla vincere poteſt. Mihi ſane

ΚΕΦ. νή.

Περὶ τῆς τῶν Φοινίκων ἀριθμητικῆς.

ΑΝευ δὲ λογιστικῆς οἱ φοίνικες ξυμβάλλειν ἐτῶν πενταποσίων ἴσασιν ἀριθμὸν, μαθηταὶ φύσεως τῆς ξοφωτάτης ὄντες, καὶ διὰ ταῦτά τοι μήτε δακτύλων δεδεημένοι, ἢ ἄλλου τινὸς εἰς ἐπιστήμην ἀριθμητικῆς. Ὑπὲρ ὅτου δὲ ἴσασι τοῦτο, καὶ εἰδέναι ἀνάγκη αὐτοὺς, δημώδης ἐστὶν ὁ λόγος. Τὸν δὲ τῶν πενταποσίων ἐτῶν χρόνον πληρούμενον ἴσασιν Αἰγυπτίων ἤ τις, ἢ ὀδεῖς, ὀλίγοι δὲ κομιδῇ καὶ ὅτοι τῶν ἱερέων· καὶ ὅτοι γῦν πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τούτων ὁ ῥᾳδίως ξυμβῆναι ἔχουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐρεσχελοῦσι ξφὰς ἑαυτοὺς ἐρίζοντες, ἢ ὡς ὁ νῦν, ἀλλ' ἐς ὕστερον ὅδε ὁ θεῖος ὄρνις ἀφίξεται, ἢ ὡς ἐχρῆν ἦκεν· ὅδε ἄλλως ἐκείνων ἐριζόντων, ἀποσημαίνεται δαιμονίως τὸν καιρὸν, καὶ πάρεσιν. Οἱ δὲ θύειν ἀνάγκη αὐτοὺς, καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι τὸν μὲν ἥλιον ἐν ταῖς λέσχαις καταδύειν ἄγουσι ξχολὴν, οὐκ ἴσασι δὲ ὅσα οἱ ὄρνιθες. Ἐκεῖνα δὲ, ὦ πρὸς τῶν θεῶν, ὁ ξοφὰ εἰδέναι· πῶ μὲν Αἰγυπτός ἐστι, πῶ δὲ καὶ Ἡλίου πόλις, ἔνθα αὐτῷ πέπρωται ἦκειν, καὶ ὅποι ποτὲ καταθέσθαι τὸν παλαιὸν χρὴ, καὶ ἐν θήκαις τίσι; Ταῦτα δὲ εἰ μὴ δοκεῖ θαυμαστὰ, ἆρά γε τὰ ἀγοραῖα, καὶ τὰ ἐνόπλια, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τῶν ἀνθρώπων εἰς ἀλλήλους τε καὶ καθ' ἁλλήλων ἐπιβουλὰς, ἐρῶμεν ξοφὰ; Ἐμοὶ μὲν ὁ δοκεῖ, ὦ Σισύφων, καὶ Τελχίνων, καὶ Κερκώπων ζηλωταὶ ἄνθρωποι· λέγω δὲ πρὸς τοὺς ἀκριβοῦντας ταῦτα, πρός γε μὴν τοὺς ἀτελέστους τοῖς καλοῖς προειρημένοις ὁ λέγω.

ΚΕΦ. νθ'.

Περὶ τῆς τῶν Κυνῶν ξοφίας.

ΤΟ δέ γε ἐνθυμητικὸν, καὶ διαλεκτικὸν, καὶ τὸ τῶδε μᾶλλον ἢ τῶδε αἱρετὸν, εἰ καὶ τὰ ζῶα οἶδεν, εἰκότως ἂν εἴποιμεν διδάσκαλον τῶν ὅλων τὴν φύσιν ἄμαχον. Ἔμοιγ' ἔν τις γευσάμενος διαλεκτικῆς, καὶ κυνηγεσιῶν ἀμωσγέπως ἐχόμενος, τοιαῦτα

ſane quiſpiam cum dialecticae non ignarus, tum venandi ſtudio deditus hujuſcemodi dicebat. Venatica quae aderat canicula, aiebat ille, cum leporis, qui nuſquam videbatur, veſtigiis inſiſteret; cumque ea perſcrutans perveniſſet ad foſſam, dubitabat utrum dextrum an laevum iter ad inſequendum leporem ſuſciperet; ut vero primum ſibi viſa eſt, tanquam differendi perita, ſatis rem perpendiſſe, e veſtigio foſſam recta iter faciens tranſilivit. Is autem qui eam cum rationem differendi, tum venandi artem profitebatur, ſic colligens ſupra dicta demonſtrare conabatur: Arguta canis, inquiebat ille, primum ſecum conſiderate reputabat, vel hac, vel iſtac, vel illac, lepus in fugam ſe conjecit: deinde ratiocinabatur, non profecto hac, nec iſtac; ergo illac fugit. Neque fallacibus concluſiunculis mihi errare videbatur; nam non perceptis citra foſſam ad hoc vel illud latus veſtigiis, relinquebatur, leporem foſſam tranſiliviſſe: recte igitur canis foſſam tranſivit, ea enim inveſtigatrix diligens erat, et ſagaciſſime odorabatur.

CAP. LX.

De verecundo Camelorum coitu.

MASSAGETAE, ut Herodotus inquit, ſuſpenſa ad plauſtrum pharetra, cum uxoribus in aperto et propatulo loco concumbunt; et concubitum licet omnes adſpiciant, praeclare contemnunt. At contra nunquam cameli coeunt palam: quod quidem ipſum factine verecundia, an admirabili naturae munere faciant, Democrito, aliiſque, qui vel obſcuriſſimarum rerum cauſas ingenio ſe poſſe conſequi confidunt, diſputandum relinquo. Cum autem inter eos conjunctionis appetitum paſtor exoriri ſentit, aliquo concedit et tanquam ſponſo decedit ingredienti thalamum cum ſponſa.

αὖτα ἔλεγεν. Ἦν θηραλικὴ κύων, ἦδ' ὃς, ἀκὸν λαγὼ κατ' ἴχνια ἴῃει, κὴ ὁ μὲν ἀχ ἑωρᾶτό πω, μελαθέουσα δὲ ἡ κύων ἐνλυγχάνει πω τάφρῳ, κὴ διαπορεῖ, ἆρά γε ἐπὶ δέξια ἄμεινον, ἢ ἐπὶ θάτερα διώκειν· ὡς δ' ἀποχρώνλως ἐδόκει σαθμήσασθαι, εἶτα εὐθύωρον ὑπερεπήδησεν. Ὁ φάσκων ἂν διαλεκλικός γε εἶναι, κὴ θηραλικὸς, ταύτῃ πῃ ζυνάγειν τὴν ὑπὲρ τῶν λεχθέντων ἐπειρᾶτο ἀπόδειξιν· Ἐπισᾶσα ἡ κύων ἐσκοπεῖτο, κὴ πρὸς ἑαυλὴν ἔλεγεν, ἤτοι τῆδε, ἢ τῆδε, ἢ ἐκείνῃ ὁ λαγὼς ἐτράπελο· ὅτε μὴν τῆδε, ὅτε τῆδε· ἐκείνῃ ἄρα. Καὶ ἔ μοι ἐδόκει ζοφίζεσθαι· τῶν γὰρ ἰχνῶν μὴ ὁρωμένων ἐπὶ τάδε τῆς τάφρου, καλελείπελο ὑπερπηδῆσαι τὸν λαγὼν αὐτήν· εἰκότως ἂν ἐπήδησε κὴ αὐτὴ καὶ' αὐτήν· ἰχνευλικὴ γὰρ κὴ εὔρινος ἐκεῖνος ἢ ἐκείνη γε ἡ κύων ἦν.

ΚΕΦ. ξ'.

Περὶ τῆς τῶν Καμήλων ζώφρονος μίξεως.

Μασσαγέται μὲν, ὡς Ἡρόδοτος λέγει, τὸν φαρελρεῶνα πρόγε ἑαυλῶν κρεμάσανλες, εἶτα μένλοι ὁμιλεῖ τῇ θηλείᾳ ἐμφανῶς ὁ ἄῤῥην, εἰ κὴ ὁρῶσιν αὐτὲς οἱ πάνλες, πεφροντικότες ἐδὲν ἐκείνων γε. Καμήλων δὲ ὁμιλία ἐκ ἄν πολε ἐμφανὴς γένοιλο, ἐδὲ ὁρώνλων οἱονεὶ μαρλύρων· ἀλλ' εἴτε αἰδῶ φαμεν, εἴτε φύσεως δῶρον ἀπόῤῥηλον, ταῦτα Δημοκρίτῳ τε κὴ ἄλλοις καλαλίπωμεν ἐλέγχειν τε, κὴ τὰς αἰτίας οἴεσθαι, λέγειν ἱκανοῖς ὑπὲρ τῶν ἀτεκμάρλων τε κὴ ἀσυμβλήτων. Ἤδη δὲ κὴ ὁ νομεὺς ἀπαλλάτλαί πoι, ὅταν αἴσθηλαι τῆς ζυμφοιλήσεως αὐτοῖς τῆς πρὸς ἀλλλήλες τὴν ὁρμὴν, ὥσπερ ἂν ἀφισάμενος περιἔσιν εἰς θάλαμον νύμφῃ τε κὴ νυμφίῳ.

CAP. LXI.

De reverentia Elephantorum adverſus ſeniores.

Ex omnibus legibus humaniſſimam judico, qua Lycurgus praecipit, natu grandibus minores cum vel de ſedibus, vel de via, decedere debere; tum vero eiſdem reverentia adverſus aetatem, quam ut adſequantur, non obſtantibus fatis, omnes expetunt, aſſurgere oportere. Sed quomodo iſte legiſlator Eunomi filius cum naturae legibus certare et conferri poterit? Elephantorum quidem genus hoc idem ſolo naturae ductu, ſine Lycurgi, aut Solonis, aut Zaleuci, Charondaeve praeceptione, ſanctiſſime obſervant; ſenioribus nimirum juniores de cibo cedunt, et ſenio debiles ſumma obſervantia colunt, et a periculis ſervant, atque in foſſam delapſos injectis fruticum faſcibus ſurſum trahunt, quibus tanquam ſcalis ſenectute graves adſcendentes liberantur. Elephas parricida nunquam fuit, nunquam in hoc genere pater filium exhaeredavit. Haec forte nonnullis hominum confingi videbuntur, qui ut ipſi multa figmenta et fabulas comminiſcuntur, ita ex ſuo etiam alios metiuntur ingenio; nos vero omni ſtudio veritatem affectamus.

CAP. LXII.

De Cane.

Amantes dominorum eſſe canes, cum illa, quae ante dixi, argumento ſunt; tum ſane illud ipſum, quod adtexam. Gelon Syracuſanus cum arctiſſime dormiret, ſe fulmine ictum cogitabat: Hoc, quod ei videbatur, inſomnium erat; et quamquam dormiebat, inter ſomnium tamen contentiſſima voce clamabat. Canis igitur, quem ipſe alebat, ſimulatque altoris amici ſui vocem audiſſet, tanquam quodpiam Geloni periculum crearetur, inſidiaeque pararentur, et in lectum maximo impetu proſiluit, et circum dominum

ΚΕΦ. ξά.

Περὶ τῆς τῶν Ἐλεφάντων αἰδοῦς τῆς εἰς πρεσβυτέρους.

Λυκοῦργος δὲ νομοθετεῖ νόμον φιλανθρωπόταλον, ὡς ἐγῷμαι, νόμων, θάκων τε καὶ ὁδῶν ἀφίσασθαι τοῖς πρεσβυτέροις τοὺς νεωτέρους, αἰδοῖ χρόνου, εἰς ὃν εὔχονται πάντες ἀφικέσθαι, ἐάν περ ᾖ αὐτοῖς πεπρωμένον τοῦτο δῆπου ἦ. Πῶ δὲ ὁ γενναῖος ὁ τοῦ Εὐνόμου δύναιτο ἂν τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἀμιλλᾶσθαί τε καὶ ἀντικρίνεσθαι; Ἐπαίουσι γοῦν τὸ τῶν ἐλεφάντων γένος, ὦ Λυκοῦργοί τε, καὶ Σόλωνες, καὶ Ζάλευκοι, καὶ Χαρώνδαι, ὑπερῶν ὑμεῖς νομοθετεῖτε οὐδὲ τὴν ἀρχήν, καὶ ὅμως δρῶσι τοιαῦτα· καὶ τροφῆς ἀφίστανται τοῖς πρεσβυτέροις οἱ νέοι, καὶ γήρᾳ παρειμένους θεραπεύουσιν αὐτούς, καὶ κινδύνων ῥύονται, καὶ εἰς ὄρυγμα ἐμπεσόντας οἵδε ἀνάγουσι, φρυγάνων τινὰς ἀγκαλίδας καὶ φακέλλους ἐμβαλόντες, οἱσπερῶν ὡς ἀναβαθμοῖς χρώμενοι ἐκεῖνοι εἶτα ἀνιᾶσι γήρᾳ βαρεῖς ὄντες. Πῶ δὲ ἠλόησε πληγαῖς παλέρα ἐλέφας; Πῶ δαὶ ἀπεκήρυξεν ὁ παλὴρ ὁ ἐν τούτοις τὸν υἱόν; Ὑμῖν δὲ ἴσως, ὦ ἄνθρωποι, δοκῶ λέγειν μύθους τεχνίτας, εἰ τὰ ἀληθῆ λέγειν ἐθέλοιμεν, καὶ ποιηταῖς ὅσι τῶν μύθων καὶ τῶν ἀπισουμένων.

ΚΕΦ. ξβ'.

Περὶ Κυνός.

Φιλοδέσποτον μὲν ὂν ὡς ἐστιν ὁ κύων, τεκμηριοῖ καὶ τὰ ἤδη λεχθέντα, χρὴ δὲ ἄρα τάττειν αὐτοῖς καὶ ἐκεῖνό γε δήπου. Γέλων ὁ Συρακούσιος καθεύδων βαθύταλα ἐδόκει διόβλητος γεγονέναι. Καὶ τὸ μὲν φάσμα ὄνειρος ἦν, ἐβόα δὲ καί τοι καθεύδων αὐτὸς, καὶ μάλα γε ὀξείᾳ καὶ διαλόρῳ τῇ φωνῇ. Κύων ὢν ὑπ' αὐτῷ τραφεὶς, ἀκούσας φίλου καὶ ξυντρόφου φθέγματος, ὡς τι τοῦ Γέλωνος ἐξ ἐπιβουλῆς παθεῖν κινδυνεύοντος, ὡς εἶχεν ὁρμῆς ἀναθορὼν ἐπὶ τὴν φωνὴν, καὶ περιβὰς τὸν τροφέα

dominum converſans, vehementiſſime latrabat, velut inſidiatorem ulciſci cupiens. Gelon cum metu, tum canis clamore, ſomno, quamvis arctiſſimo teneretur, ſolutus eſt.

CAP. LXIII.

De Dracone, et puero cum eo nutrito in Arcadia.

DRACONIS catulus cum infante Arcade, et ipſe in Arcadia natus, ſimul educatur; deinde etiam cum progreſſu aetatis et puer jam adoleſcens, et draco jam grandior eſſet, mutuum ſervabant amorem. Adoleſcentis vero neceſſarii, cum feram vidiſſent tam brevi tempore, ut magnitudine praegrandem, ita aſpectu immanem evaſiſſe, dormientem aliquando cum puero eodem in lecto in locum quam remotiſſimum deportarunt, eoque illic relicto, cum puero redierunt. Manſit igitur in ſylvis draco, naſcentibus illic herbis et venenis veſcens, et ſolitariam vitam urbanis domiciliis et habitationibus praeferens. Poſtquam vero adjecto tempore et puer juventutem, et draco aetatem perfectam attigit, idem hic Arcas juvenis, cum per deſertam ſui amantis regionem aliquando iter faceret, in latrones incurrens ſtricto gladio appetitus fuit; et percuſſus quidem, ſive quod doleret, ſive quia opem imploraret, auxilium, ut par erat, exclamavit. Draco autem beſtia et ad audiendum acerrima, et ad videndum acutiſſima, poſtquam puerum, quicum educatus fuerat, exaudivit, edito ſibilo, tanquam irae ſuae denunciatione, formidinum terrorem illis injecit, cujus metu trepidantes ſcelerati alii alio diſperguntur, quoſdamque deprehenſos acerbiſſima morte affecit: deinde ut veteris amici vulnera purgavit, et per loca illa, in quibus ſerpentes erant, ipſum eſt comitatus, poſtea ad eum locum revertit, quo expoſitus fuerat; neque tamen ei ex eo iratior factus eſt, quod in ſolitudines abjectus fuiſſet, neque ut perverſi homines antiquum amicum in periculo deſeruit.

CAP.

τροφέα, ὑλακτεῖ ϛφοδρόταλα, οἷα δὴ ἀμυνόμενος τὸν ἐπιόντα. Ἐξήρετο τοίνυν ὁ Γέλων, καὶ ὑπὸ τοῦ δέους, καὶ ὑπὸ τῆς ὑλακῆς, ἐκβαλὼν τὸν ὕπνον, καί τοι βαθύταλον ὄντα.

ΚΕΦ. ξγ'.

Περὶ Δράκοντος, καὶ τοῦ ϛυντραφέντος αὐτῷ παιδὸς ἐν Ἀρκαδίᾳ.

Δράκων νήπιος νηπίῳ παιδὶ τὸ γένος Ἀρκάδι, κἀκεῖνος ἐπιχώριος, γίνεται ϛύντροφος· ἐκὼν ϛυνανιόντε τὴν ἡλικίαν, καὶ ὁ παῖς ἦν μειράκιον, καὶ ὁ ϛύντροφος ὑπερμέγας ἤδη ἦν, καὶ ἀλλήλους μὲν ἐφίλουν. Οἱ δὲ τῷ μειρακίῳ προσήκοντες ὠρρώδουν τοῦ θηρίου τὸ μέγεθος, τὸ γάρτοι ζῶον τοῦτο ὤκιστα μεγέθει μὲν μέγιστον ἴδοις ἂν αὐτὸ, ὄψει δὲ φοβερώταλον· καθεύδοντα ἓν ϛὺν τῷ παιδὶ ἐπί γε τῆς κλίνης αὐτῆς ἀράμενοι ὡς ὅτι ποῤῥωτάτω κομίζουσι, καὶ ὁ μὲν ὑπανέστη ὁ παῖς, ὁ δὲ ἔμεινεν ὁ δράκων. Ὡς δὲ ὕλης ἐλάβετο, καὶ τῶν ἐκεῖ φαρμάκων τῶν ϛυμφυῶν, διέτριβεν ἐνταῦθα ταῖς τῶν δρακόντων τροφαῖς ἡδόμενος, καὶ τὴν ἐρημίαν πρὸ τῶν ἀστικῶν διαιτῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς δωματίοις προαιρούμενος ἐκεῖνος. Διέρπων καὶ ὁ χρόνος τὸν μὲν ἀπέφηνε νεανίαν, τὸν δὲ εἰργάσατο δράκοντα ἤδη τέλειον· καί ποτε δι' ἐρημίας ἰὼν ὁ Ἀρκὰς, ὁ τοῦ ζώου τοῦ προειρημένου ἐρασὴς καὶ ἐρώμενος, λησαῖς περιϐλύζάνει, καὶ παιόμενος ξίφει, οἷα εἰκὸς, ἐβόα, τὰ μὲν ἀλγῶν, τὰ δὲ καὶ ϛυμμάχου παρακαλῶν. Ὁ δράκων δὲ ἦν ἄρα ζώων καὶ ἰδεῖν ὀξυωπέσατος, καὶ ὤκιστος ἀκοῆ, ἐκὼν ἐκεῖνος, ἅτε αὐτῷ ϛυντραφεὶς, τοῦ φθέγματος ἀκούει, καὶ ϛυρίσας ὀξὺ, καὶ οἷον ὠργισμένος, ἐξέπληξέ τε ἐκείνους, τρόμος τε αὐτοὺς καταλαμβάνει, καὶ πᾶν ὅσον ἦν κακοῦργον διασπείρονται ἄλλος ἄλλῃ, καὶ μέντοι καὶ καταλειφθέντας τινὰς οἰκτίσῳ διαφθείρει τῷ θανάτῳ· τοῦγε μὴν παλαιοῦ τὰ τραύματα καθήρας φίλου, καὶ πᾶν ὅσον ἔνθηρον ἦν, καὶ τοῦτο παραπέμψας, ᾤχετο ἀπιὼν, ἔνθα αὐτὸν ἐξέθεσαν, ἅτε μηνίσας ὑπὲρ τῆς ῥίψεως, ἅτε ὡς οἱ κακοὶ τῶν ἀνθρώπων περιϊδὼν ἐν κινδύνῳ ὄντα τὸν τέως φίλτατον.

ΚΕΦ.

CAP. LXIV.

De Vulpe et Erinaceo terreſtri.

VVLPES eſt animal improbum, quamobrem callidam poetae ſolent cognominare; ſed erinaceus terreſtris quoque improbus eſt. Is ut primum adventare vulpem viderit, in orbem contractus jacet; vulpes vero nullum ore apprehendendi aut mordendi locum inveniens, in ejus os urinam reddit; itaque ſuffocatur erinaceus, ſimul ſpiritu ei ob contractionem intercluſo, ſimul et lotio influente. Sic improbum illum dolo circumveniens vulpes capit. Alio etiam modo capitur ſupra expoſito.

CAP. LXV.

De Lupis in palude Maeotide.

SECVNDVM Maeotidis paludis locum, Canopium nuncupatum, lupi, quos non a domeſticis canibus differre dicas, cum piſcatoribus ſtudioſe verſantur. Quod ſi maritimae praedae partem fuerint adſecuti, cum iis et pacem habent, et tanquam foedere devinciuntur; ſin nihil conſequuntur, eorum retia lacerant, et diſtrahunt, et pro eo, quod nihil dederunt, damnum retribuunt.

ΚΕΦ. ξδ'

Περὶ Ἀλώπεκος, καὶ Ἐχίνου χερσαίου.

Ἡ Ἀλώπηξ πονηρὸν ζῷόν ἐστιν, ἔνθεν τοι καὶ κερδαλέην οἱ ποιηταὶ καλεῖν φιλοῦσιν αὐτήν· πονηρὸν δὲ καὶ ὁ χερσαῖος ἐκεῖνός ἐστιν. Καὶ ὁ μὲν ἑαυτὸν συνειλήσας κεῖται, θεασάμενος ἥκουσαν τὴν ἀλώπεκα· ἡ δὲ χανεῖν τε καὶ ἐνδακεῖν οὐ δυναμένη, κᾆτα ὄρησεν αὐτοῦ ἐς τὸ σόμα· ὁ δὲ ἀποπνίγεται, καὶ τοῦ πνεύματος ἔνδον ἐκ τῆς συνειλήσεως καθεσχημένου, καὶ ἐπιῤῥέοντος οἱ τοῦ προειρημένου. Καὶ μέντοι καὶ τὸν τρόπον τοῦτον κακὸν κακίᾳ περιελθοῦσα τὸν ἐχῖνον ἡ ἀλώπηξ, ἥρηκεν αὐτόν. Ἀνωτέρω δὲ θήρα λέλεκται ἄλλη.

ΚΕΦ. ξέ.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Μαιώτιδι Λύκων.

Περὶ τὸ Κανώπιον ὄντω καλούμενον, χῶρος δὲ ἄρα τῆς Μαιώτιδός ἐστι, τοῖς ἁλιευταῖς τε καὶ θαλαττουργοῖς ἀνδράσιν οἱ λύκοι δεινῶς παραμένουσι, καὶ εἰ θεάσοιο, οὐκ ἂν εἴποις αὐτοὺς κυνῶν οἰκουρούντων διαφέρειν. Ἐὰν μὲν οὖν ἀπολάχωσι τῆς ἄγρας τῆς θαλαττίου μοίρας οἵδε οἱ λύκοι, εἰρηναῖα αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἁλιέας καὶ ἔνσπονδά ἐστιν· εἰ δὲ μή, διαξαίνουσιν αὐτῶν τὰ δίκτυα, καὶ ἀφανίζουσι, καὶ ἔδοσαν ὑπὲρ τῆς σφετέρας ἀμοιρίας ζημίαν οἱ λύκοι αὐτοῖς.

AELIANI
DE
NATVRA ANIMALIVM
LIBER VII.

CAPVT I.

De Bobus Sufianis.

BOVES Sufianos numerandi ſcientiae haud imperitos eſſe intellexi. Atque id minime fabuloſum eſſe teſtatur narratio, quae ait, ſingulas earum Sufis regi quotidie centum cados in hortos ſicciores et minus riguos haurire. Quem quidem laborem, ſive quod ſit eis certus et conſtitutus, ſive etiam quia diu multumque in eo ſe exercuerint, promptiſſime obeunt; nullum enim earum ad opus remolleſcere videres. Ad alterum vero ſupra quam diximus cadum exhauriendum nec verberibus cogere, nec blanditiis inducere poſſes, ut ait Cteſias.

CAP. II.

De Elephantorum aetate provectiorum ſacra et libera.

SVB pedibus Atlantis montis (quem et poetae et hiſtorici celebrant) paſcua ſunt praeſtantiſſima, et maximae ſylvae, eaeque perquam denſae et opacae. Ad has elephantos jam ſeniores, et aetate graves

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Ζ'.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Περὶ τῶν ἐν Σέσοις Βοῶν.

ΠΕΠΥΣΜΑΙ δὲ ἄρα ϰ᾽ ἀριθμητιϰῆς τὰς βῦς ϰ᾽ ἀμοίρους εἶναι τὰς Σέσιδας. Καὶ ὡς ϰ᾽ ἔστιν ἄλλως ϰόμπος τὸ εἰρημένον, μάρτυς ὁ λόγος, ὁ λέγων ἐν Σέσοις τῷ βασιλεῖ βῦς ἐς τὲς παραδείσους πολλὰς ἐς τὰ ἥττον ἐπίῤῥυτα, ἀντλεῖν ἑϰάστην ϰάδος ἑϰατόν. Οὐϰοῦν ἢ τὸν ἐπινησθέντα αὐταῖς, ἢ τὸν ζυλγραφέντα ἐϰ πολλοῦ μόχθου, προθυμόταται ἐλεῦσι· ϰ᾽ ϰ᾽ ἂν βλαϰεύσασάν τινα θεάσαιο. Εἰ δὲ πέρα τῆς προειρημένης ἑϰατονταάδος ἕνα γοῦν προσλιπαρήσαις ϰάδον ἀνιμήσασθαι, ϰ᾽ πείσεις, ϰ᾽δὲ ἀναγϰάσεις, ὅτε παίων ϰ᾽δὲ ϰολαϰεύων, λέγει Ϲτησίας.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ τῆς τῶν γεγηραϰότων Ἐλεφάντων ἀφέτου διαγωγῆς.

ΥΠΟ τοῖς πόσι τοῦ Ἄτλαντος (ὄρος δὲ ἄρα τοῦτο ὑμνεῖται ϰ᾽ ὑπὸ τῶν ζυγγραφέων, ϰ᾽ μέντοι ϰ᾽ ὑπὸ τῶν ποιητῶν) νομαί τέ εἰσι θαυμασαὶ, ϰ᾽ ὕλαι βαθύταται, ϰ᾽ τόγε δάσος αὐτῶν ἔοιϰεν ἄλσεσι πάνυ ϲϰιαροῖς ϰ᾽ ϲυνηρεφέσιν.

graves pervenire aiunt; natura eos tanquam in coloniam ducente, ubi veluti in portu quodam exoptato reliquum ſuae vitae tranquillius exigant. Scaturit eis etiam fons dulcis et purae aquae copioſus, ipſique ſacri habentur, ac liberi dimittuntur; et tanquam Sylvanis Napaeiſque in eo tractu diis curae ſint, nullus illic barbarorum venando eis inſidiatur. De iiſdem haec quoque fama increbuit: Rex quidam ex indigenis propter dentium ſive cornuum formam et magnitudinem, ut re tam pretioſa potiretur, occidere voluit (haec enim in his belluis arma propter longi temporis aevum praegrandia ſunt:) hac igitur cupiditate incenſus lectos venatores trecentos in ſacrum hunc gregem immiſit, iique armati ad locum quam celerrime quidem acceſſerunt; ſed omnes repentina peſte proſtrati perierunt, uno tantum excepto, qui reverſus miſerabilem caſum regi expoſuit. Atque hinc, quam chari diis ſint elephantes, compertum eſt.

CAP. III.

De Monope Paeonico.

PAEONICVM animal, quod monopem Paeones nominant, piloſo tauro magnitudine ſimile, cum ab inſequentibus urgetur, prae vexatione acre et igneum reddit ſtercus; quod quidem ipſum ſi in venatorum quempiam inciderit, mortem adfert.

CAP.

Ἐνταῦθα δήπου τὰς ἤδη παλαιὰς τῶν ἐλεφάντων φασὶν ἀφικνεῖσθαι, γήρᾳ βαρεῖς ὄντας· ἄγει δὲ αὐτὰς ἄρα ἡ φύσις, ὥσπερεῖν εἰς ἀποικίαν, ἀναπαύσασα ἤδη, καὶ οἷον ὅρμον τινὰ καὶ λιμένα ποθητὸν ἀποφήνασα αὐτοῖς, ὅπου τοῦ βίου τοῦ ζφελέρου τὸ λοιπὸν καταζῶσιν. Ἀνεῖται δὲ αὐτοῖς καὶ πηγὴ πολίμου τε ὕδατος καὶ καθαροῦ μάλα ἀφθόνως, νομίζονται τε ἱεροὶ, καὶ ἀφίενται ἄσυλοι· καὶ παρά γε τῶν βαρβάρων τῶν τῇδε εἰλήφασιν εἰς ἀθηρίαν ζπονδὰς, καὶ ᾄδονται γε, ὡς Ὑλαίοις τισὶ θεοῖς καὶ Ναπαίοις τοῦ χώρου δεσπόταις πάνυ μέλονται. Διαῤῥεῖ δὲ ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ἐκεῖνος ὁ λόγος· Ὡς ἄρα τῶν βασιλέων τις τῶν ἐπιχωρίων ἐπόθησε διὰ τὸ κάλλος τῶν ὀδόντων, ἢ κεράτων μέγεθος, ἀποκλεῖναί τινας αὐτῶν, ἵνα οἱ γένηται κλῆμα ἐξαίρετον (εἶναι γὰρ διά τε πολυτελίαν καὶ χρόνου πλῆθος μέγιστον μέγιστα ἐκείνων τῶν ζώων ταῦτα τὰ ὅπλα) ὡς δὲ εἰσῆλθεν ἥδε ἡ ἐπιθυμία αὐτὸν, τριακοσίους λογάδας ἐξέπεμψε καλακινδύνους τήνδε τὴν ἱερὰν ἀγέλην· καὶ οἱ μὲν ἧ ποδῶν εἶχον, δανύσαντες τὴν ὁδὸν ὡπλισμένοι, καὶ δὴ τῷ χωρίῳ προσεπέλαζον· λοιμὸς δὲ αὐτοὺς ἄφνω ζυλλαβὼν καλέσρωσε, καὶ πλὴν ἑνὸς οἱ πάντες ἀπολώλασιν· ὁσπερεῖν ἐπανελθὼν τὸ πάθος διηγήσατο τῷ πέμψαντι, καὶ μάλα γε οἴκτιρον. Οὕτω μὲν δὴ καὶ θεοφιλεῖς ἐφωράθησαν ὄντες οἱ ἐλέφαντες.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ τοῦ Μόνωπος τοῦ Παιονικοῦ.

Ζῶόν ἐσι Παιονικὸν, καὶ κέκληται μόνωψ, καὶ ἔοικε ταύρῳ λασίῳ τὸ μέγεθος. Οὗτος ἔν, ὃν μόνωπα καλοῦσιν οἱ Παίονες, ὅταν διώκηται, ταρατλόμενος ἀφίησι πυρώδες καὶ δριμὺ ἀποπάτημα, ὡς ἀκούω· ὁπερεῖν εἰ προσπέσοι τῳ τῶν θηραλῶν ἀπέκτεινεν αὐτόν.

ΚΕΦ.

CAP. IV.

De Taurorum domitorum docilitate et obedientia.

ENatura etiam tauri eſt, cum ex feritate ad manſuetudinem traductus eſt, ut ad parendum facilis ſit. Quippe ad feretrum portandum ſub jugum miſſus, quietus manet, ſive velis eum procumbentem corpore toto quieſcere, ſive in anteriorum crurum poplites ſe demittere, licet interim cervice puerum puellamve geſtet. Quin et dorſo mulierem vehit, veluti Europam Iupiter: et corpore toto interdum ſublimi poſticis cruribus leviter inſiſtit. Equidem ipſe vidi, qui ſupra nihil ſe commoventes tauros ſaltarent.

CAP. V.

De Catobleponte Libyca fera.

CVM multiplices et varias Africa procreat beſtias, tum catoblepontem ſic nuncupatum parere exiſtimatur. Is tauro ſimilis ſpectatur, magis tamen truculentus, terribiliſque adſpectu. Alta ei et denſa ſunt ſupercilia; oculi non perinde quidem magni ut bubuli ſubjiciuntur, ſed magis exigui et ſanguine ſuffuſi; non directe, ſed ad terram verſus intuetur, unde et nomen ſortitus eſt. A vertice incipiens juba equinae ſimilis per ejus frontem promittitur, et faciem occupans formidabiliorem eum reddit. Mortiferas depaſcitur herbas: ac ſimul ut taurino adſpectu conſpexit, ſtatim horret, et jubam erigit; ea autem in excelſum excitata, atque apertis labris, per guttur quiddam vehementer grave et viroſum emittit,

ut

ΚΕΦ. δ΄.

Περὶ τῆς τῶν Ταύρων τῶν πεπωλευμένων εὐμαθείας τε καὶ εὐπειθείας.

Ἴδιον δὲ ἄρα ἦν ταύρῳ καὶ τὸ εὐπειθὲς, ἡμερωθέντος τε καὶ ἐς τὸ πρᾷον ἐκ τῆ θηριώδες μεταβαλλομένε. Μένεσι γῶν ἐπὶ τὸ φέρεσθαι ἀκίνητοι, εἴτε ὑπὸ ἴδιας αὐτὸς ἐθέλοις ἀτρεμεῖν, εἴτε ἐπὶ σόμα ὀκλάσαντας τὰς προσθίας, καὶ ἐπὶ τῆ τένοντος φέροντας ἢ παῖδα ἢ κόρην. Ὄφει δὲ ἄρα ταῦρον καὶ ἐπὶ τοῖς νώτοις γυναῖκα ἄγοντα, ὡς τὴν Εὐρώπην δή· καὶ μετέωρον ἑσῶτα ἐπὶ τῶν κάτω Σκελῶν, καὶ τὸ πᾶν Σῶμα ἐφότε δὴ κάφως ἐρεισάντα. Εἶδον δὲ ἐπὶ ταύροις καὶ ὀρχεμένες, καὶ ἀκινήτες ἑσῶτας καὶ ἀτρέπτες ἐκείνες.

ΚΕΦ. ε΄.

Περὶ τῆ παρὰ τοῖς Λίβυσι κατώβλεπος.

Ἡ Γῆ ἡ Λίβυσσα πολλῶν καὶ ποικίλων θηρίων γόνιμός ἐσι, καὶ μέντοι καὶ τὸ κάτω βλέπον ὕτω καλέμενον, καὶ αὐτὸ δὲ ἡ αὐτὴ ἔοικε τίκτειν. Καὶ ταύρῳ μέν ἐσιν παραπλήσιον ὅσα ἰδεῖν, τὴν δὲ ὄψιν δοκεῖ βλοσυρώτερον· Ὑψηλαὶ μὲν γὰρ πρόσω αἱ ὀφρύες αὐτῷ καὶ δασεῖαι· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ ὑπόκεινται· ἐ μάλα τι καλὰ τὰς τῶν βοῶν μεγάλοι, βραχύτεροι δὲ καὶ ὕφαιμοι· καὶ ὁρῶσιν ἐκ εὐθύωρον, ἀλλ' εἰς τὴν γῆν, ἔνθεν τοι καὶ κέκληται κάτω βλέπον. Λόφος δὲ ἄρα ἄνωθεν ἐκ τῆς κορυφῆς ἀρξάμενος αὐτῷ, καὶ ἱππείᾳ τριχὶ παραπλήσιος, διὰ τῆ μετώπε κάτεισι, καὶ τὸ πρόσωπόν οἱ καταλαμβάνει, καὶ ἐργάζεται φοβερώτερον τὸν ἐνλυχόντα. Σκεῖται δὲ ἄρα ῥίζας θαναληφόρες· ἐπειδὰν δὲ ὑποβλέψῃ ταυρηδὸν, φρίττει μὲν παραχρῆμα, καὶ ἐγείρει τὴν λοφιάν· ὑπανισαμένης δὲ ἄρα ταύτης καὶ ὀρθωμένης, καὶ γυμνωμένων τῶν περὶ τὸ σόμα χειλῶν, ἐκπέμπει διὰ τῆς φάρυγγος ἀξιοβαρὲς καὶ βρωμῶδες, ὡς κατα-

ut aer ſupra caput obducatur et inficiatur; animalia autem appropinquantia, quae hoc coelum hauriant, graviter affligantur, et vocis uſum amittant, in letaleſque convulſiones incidant: quod et homini accidere dicunt. Hanc ſui noxiam vim fera haec in ſe agnoſcit; et aliae animantes norunt, eoque ab ea quam longiſſime refugiunt.

CAP. VI.

De venatione Elephantorum.

QVI venandi elephantos ſcientiam tenent, nobis teſtantur, hos inſectatione venatorum preſſos, cum robore immenſo, tum impetu effrenato atque praecipiti, et quem ſuſtinere poſſit nemo, ſic quidem per maximas arbores, tanquam per ſegetes excurrere, eaſque tanquam ſpicarum calamos, ubi curſum ramorum proceritas eis retardat, perfringere; et alibi ipſos arboribus humiliores eſſe, alibi proceriores eminere; omnique nervorum contentione currere, et viam inſequentibus praecidere; nec mirum, locorum enim conſuetudinem tenent. Cum autem ſe ex inſectatorum ſuorum conſpectu eripuerint, eoſque maximis proceſſibus itineris longe et retro poſitos ſenſerint; tum ex fuga recipiunt animum ſimul, et tanquam periculo liberati inſiſtunt: ibique dum metus ſolicitudine expulſa, ex immenſo labore requieſcunt, his interea ad cibi cogitationem memoria excitatur; juncos et hederas per arbores erraticis implicationibus ſerpentes depaſcuntur, atque palmarum tenera cacumina, et aliarum plantarum adoleſcentiores ſurculos. Quod ſi rurſus inſectatores ad eos propius adſint, hi etiam iterum ſeſe in fugam impellunt; cumque ab his multam viam abſunt, ſeſe ex fuga colligentes denuo requietem curarum ex itineris labore habent. Inſequentes autem, praecipitante jam ſole, ad cubilia ſe recepturi ſylvam incendunt, et viam ipſis obſtruunt; quod ipſum ſentientes elephanti ſe ſuſtinent a progrediendo. Ignem enim hi non minus quam leones extimeſcunt.

CAP.

καταλαμβάνεσθαι μὲν τὰν ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρα· τῶν δὲ τῶν ζώων τὰ πλησιάζοντα ἀναπνέοντα τέτον κακῦσθαι φόδρα, καὶ ἀφωνίαις τε καὶ σπασμοῖς θανατώδεσι περιπίπτειν· καὶ ἄνθρωπος εἰ παραπέσοι. Συνίησι δὲ τῆς αὐτῦ δυνάμεως ὅδε ὁ θήρ· οἶδε αὐτὸν καὶ τὰ ζῶα, καὶ ὡς ὅτι πορρώτατω ἀποδιδράσκει.

ΚΕΦ. ς'.

Περὶ τῆς τῶν Ἐλεφάντων θήρας.

Ἐλεφάντων θήρας ἐπισήμονες ἄδδσιν ἡμῖν, ὅταν διώκωνται οἵδε οἱ θῆρες, ἄτρειν αὐτὸς καὶ φέρεσθαι ῥώμῃ ἀμηχάνῳ, καὶ ὁρμῇ ἀκαλασχέτῳ, καὶ ἀνασέλλεσθαι ὑπὸ μηδενός, καὶ μέντοι καὶ διὰ τῶν μεγίσων ἴεσθαι δένδρων, οἷον διὰ ληΐων, ὡσπερῦν σάχυς τινὰς καλακλῶντας τὰ δένδρα· καὶ πῇ μὲν τὰ δένδρα αὐτῶν ὑπερέσηκε, καὶ τὰς κόμας ὑπερέχει, πῇ δὲ αὐτοὶ τῶν δένδρων εἰσὶν ὑψηλότεροι· θέσι μὲν ἓν ἀνὰ κράτος, καὶ ὑποτέμνονται ταῖς ὁδοῖς τὸς διώκοντας· καὶ εἰκότως, εἰσὶ γὰρ τῶν χωρίων ἠθάδες. Καὶ ὅταν πολὺ ἀποσπασθῶσι, καὶ πόρρω τῆς μελεθέσης αὐτὸς γένωνται, καὶ ἀναθαρσήσωσιν ὡς ἐν σκέπῃ τῦ κινδύνυ καὶ ἐλευθερίᾳ γενόμενοι, ἑσᾶσί τε καὶ ἀναπαύονται, τὴν ἐκ τῦ δέος φροντίδα καὶ μάλα ἀσμένως ἐκβάλλοντες· ἐνταῦθά τοι τῦ χρόνυ καὶ μνήμη τροφῆς αὐτὸς εἰσέρχεται· σιτῦνται δὲ, ὡς ἀκέω τήν τε σχοῖνον ἀμφιλαφῆ τοῖς δένδροις φεριπεφυκῖαν, καὶ κιτρὸν ἄγριον τοῖς φυτοῖς ἐφέρποντα καὶ ὑπέρδασυν, καὶ φοινίκων μέντοι τὰς ἁπαλάς τε καὶ νεαρὰς κόμας, καὶ τῶν ἄλλων φυτῶν τὸς ὄρπηκας, καὶ τὸς φλόεθυς τὸς ὑγροτέρυς. Εἰ δὲ οἱ διώκοντες πάλιν προσπελάζοιεν, οἵδε εἰς φυγὴν ἐκτρέπονται αὖθις, καὶ πολὺ ἀποσάντες ἀναπαύονται. Οἵ γε μὴν διώκοντες αὐλίζονται, ἑσπέρας καταλαβέσης, καὶ τὴν ὕλην ἐμπρήσαντες, εἶτα μέντοι τρόπον τινὰ τὴν ὁδὸν τὴν ὀπίσω διαλειχίσαντες αὐτοῖς ἔσησαν. Δεδοίκασι δὲ φῦρ ἀ μεῖον τῶν λεόντων οἱ ἐλέφαντες.

CAP. VII.

Ex diverſis Avibus ſerenitatis prognoſtica et tempeſtatum.

ARISTOTELEM dicere audio, quod grues ex mari in mediterranea volantes, tempeſtatis atroces minas intelligenti ſignificant; eaedem ſilentio et quiete volantes ſerenitatem et tranquillitatem promittunt; quod ſi turbulente clamant, et ordine turbato volant, acerbam tempeſtatem denunciant. Hoc idem ſonans in crepuſculo matutino ardea praeſignificare exiſtimatur, ut idem Ariſtoteles obſervavit; eademque ad mare recta proficiſcens pluviam portendit. Si noctua pluvio tempore ſit garrula, ſerenum et tranquillum coelum praenunciat; contra ſereno canens tempeſtatem oſtendit. Corvus excitato et volubili ſono crocitans, et alarum plauſu ſe concutiens, tempeſtates praemonſtrat. Rurſus, ſi corvus, cornix, graculus, crepuſculo veſpertino vocales ſint, tempeſtatis adventum praedicunt. Monedulae volantes modo in ſublime, modo deorſum verſus, et voce referentes accipitrem, eodem Ariſtotele teſte, frigus et pluviam monſtrant. Cornix, ſi ab altiore voce ter emiſſa lenius deinceps ſonet, bonam coeli temperiem poſtridie futuram promittit. Cum autem aves albae frequentes conveniunt, multam tempeſtatem demonſtrant. Anates et mergi alarum geſtu exultantes vehementem ventum praedicunt. Aves ex mari in mediterranea cum impetu volantes tempeſtatem teſtantur. Rubecula avis ſtabula circumiens, et habitata loca luſtrans, ex adventu tempeſtatis ſe fugere declarat. Gallinacei ceteraeque domeſticae aves alarum percuſſione concrepantes, et cucurrientes, et ſubmiſſa voce obſtrepentes, tempeſtatem nunciant. Aves lavatione utentes venti

procellas

ΚΕΦ. ζ'.

Σημεῖα ἐκ διαφόρων Ὀρνίθων εὐδίας τε καὶ χειμῶνος.

Ἀριστέλης ἀκόω λέγοντος, ὅτι ἄρα γέρανοι ἐκ τῶ πελάγους εἰς τὴν γῆν πετόμεναι χειμῶνος ἀπειλὴν ἰσχυρὰν ὑποσημαίνουσι τῷ ζυγιέντι· πετόμεναι δὲ ἄρα ἡσυχῆ αἱ αὐταὶ ὑπισχνοῦνται εὐημερίας τινὰς, καὶ εἰρήνην ἀέρος, καὶ ζιωπῶσαι δὲ, ὅτι ἐσὶν ὑπεύδια, τὰς ἐκ ἀπείρως ἔχοντας τῆς ζιωπῆς ὑπομιμνήσκουσιν αἱ αὐταί· ἐὰν δὲ καταπέτωνται καὶ βοῶσι, καὶ ταράττωσί τε καὶ ταράττωνται, ἀπειλοῦσι κἀνταῦθα χειμῶνα ἰσχυρόν. Ἐρωδιὸς δὲ κνεφαῖος βοῶν τὰ αὐτὰ ἔοικεν ὑποδηλοῦν, ὡς αὐτὸς Ἀριστέλης φυλάξας λέγει· πετόμενος δὲ ἐρωδιὸς τῆς θαλάττης εὐθὺ ὕδωρ ἐξ ὑρανοῦ ῥαγήσεσθαι αἰνίττεται. Εἰ δὲ εἴη χειμερία ἄσασα γλαυξ, εὐδίαν μαντεύεται, καὶ ἡμέραν φαιδράν· ἐὰν δὲ εὐδία μὲν ᾖ, ἡ δὲ ὑποφθέγγεται, χειμῶνα δεῖ προσδέχεσθαι. Κόραξ δὲ ταχέως καὶ ἐπιτρόχως φθεγγόμενος, καὶ κρέων τὰς πτέρυγας καὶ κρολῶν αὐτὰς, ὅτι χειμὼν ἔσαι καλέγγω πρῶτος. Κόραξ δὲ αὖ, καὶ κορώνη, καὶ κολοιὸς δείλης ὀψίας εἰ φθέγγοιντο, χειμῶνος ἔσεσθαί τινα ἐπιδημίαν διδάσκουσι. Κολοιοὶ δὲ ἱερακίζοντες, ὡς ἐκεῖνος λέγει, καὶ πετόμενοι πῆ μὲν ἀνωτέρω, πῆ δὲ καταπτέρω, κρυμὸν καὶ ὑετὸν δηλοῦσι. Κορώνη δὲ ἐπὶ δείπνῳ ὑποφθεγγομένη ἡσυχῆ, εἰς τὴν ὑστέραν εὐδίαν παρακαλεῖ. Φανέντες δὲ ὄρνιθες πολλοὶ μὲν τὸν ἀριθμὸν, λευκοὶ δὲ τὴν χρόαν, χειμὼν ὅτι ἔσαι πολὺς ἐκδιδάσκουσι. Νῆτται δὲ καὶ αἴθυιαι πτερυγίζουσαι πνεῦμα δηλοῦσιν ἰσχυρόν. Ὄρνιθες δὲ ἐκ τῶ πελάγους εἰς τὴν γῆν ζὺν ὁρμῇ πετόμενοι μαρτύρονται χειμῶνα. Ἐρίθακος δὲ ἐς τὰ αὔλια καὶ τὰ οἰκέμενα περιιὼν, δῆλός ἐσι χειμῶνος ἐπιδημίαν ἀποδιδράσκων. Ἀλεκτρυόνες γε μὴν καὶ ὄρνιθες οἱ ἠθάδες πτηρυσσόμενοι, καὶ φρυατόμενοι, καὶ ὑπορύζοντες, χειμῶνα δηλοῦσιν. Ἀπειλοῦσι δὲ καὶ πνεῦμα λεόμεναί τε ὄρνιθες, καὶ ἀνέμων τι-

procellas et turbines ſignificant. Quod ſi, cum eſt tempeſtas, aliae in alias volent, et ultro citroque inter ſe commeent, ſerenitatem pollicentur. Circa ſtagna et fluviorum ripas congregantes ſe aves tempeſtatem impendere non ignorant. Contra marinae et paluſtres in terram proficiſcentes plurimam tempeſtatem praenunciant. Terreſtres vero ſi modo ſilentes ſint, ad humidiora loca contendentes, ſerenitatem denunciant.

CAP. VIII.

De Oryge animali, et quomodo idem praeſentiat ortum Caniculae; et de Capris Lybicis; et rurſus ſerenitatis et tempeſtatis prognoſtica ex diverſis Quadrupedibus; item de Hipparcho et Anaxagora.

AEGYPTIOS dicere audio orygem caniculae exortum primum cognoſcere et ſternutamento teſtari. Libyci autem ſuum caprinum pecus ſimiliter ejuſdem ſtellae exortum praeſcire, et pluvias praeſentire, jactitant. Nam ut extra caprile proceſſerit, concitato curſu ad paſtionem accedit; deinde pabulo expletum ſe ad ſtabula ſua convertit, eoque intuens paſcitur, paſtorem, ut ſe feſtinet cogere, expectans. Hipparchus tempore Neronis tyranni in theatro ſedens, penula indutus, quod ſereno tempore futuram tempeſtatem praeſenſiſſet, ſpectantes obſtupefecit; eumque Nero admiratus, Bithyniae Nicaeenſibus gratulatus eſt, quod Hipparchum civem haberent. Sic et Anaxagoram in penula Olympia ſpectantem, ſubſecuto imbre, omnis Graecorum multitudo celebravit, et diviniori quam pleroſque mortales mente ipſum praeditum jactavit. Iam ſi proximum eſt ut pluat, quod ad dextram bos coxae vertebram ſe inclinat, ſin ſerenum tempus prope futurum eſt, ad ſiniſtram, nemo eſt qui admiratur. Praeterea haec etiam ad admirationem movendam idonea audivi: ſi bos mugit, et terram

νὰς ἐμβολὰς ὑποφαίνεσι. Χειμῶνος δὲ ὄντος, εἰς ἀλλήλους ὄρνιθες πελόμενοι, καὶ δι' ἀλλήλων θέοντες, σημαίνουσιν εὐδίαν. Ὄρνιθες δὲ ἀθροιζόμενοι περί τε λίμνας καὶ πολαμῶν ὄχθας χειμῶνα ἐσόμενον οὐκ ἀγνοοῦσιν. Πάλιν τε ὄρνιθες οἱ μὲν θαλάττιοι καὶ οἱ λιμναῖοι ἐς τὴν γῆν ἰόντες, ὡς ἔσοιτο χειμὼν πολὺς, οὐκ ἀγνοοῦσιν. Οἱ δὲ χερσαῖοι σπεύδοντες ἐς τὰ νομερὰ εὐδίας ἄγγελοί εἰσι, ἐὰν μένοι σιωπῶσι.

ΚΕΦ. ή.

Περὶ ζώου τοῦ Ὄρυγος, καὶ ὅπως ἔχει αἴσθησιν τῆς τοῦ Κυνὸς ἐπιβολῆς· καὶ περὶ Αἰγῶν Λιβυσσῶν· καὶ αὖθις εὐδίας τε καὶ χειμῶνος σημεῖα ἐκ τετραπόδων διαφόρων· περί τε Ἱππάρχου καὶ Ἀναξαγόρου.

Αἰγυπτίων ἀκούω λεγόντων τὸν ὄρυγα συνιέναι τὴν τοῦ Σειρίου ἐπιβολὴν πρῶτον, καὶ τὴν ἐπιβολὴν μαθύρεσθαι τῷ πολεμῷ αὐτόν. Νεανιεύονται δὲ καὶ οἱ Λίβυες ἀνὰ κράτος φάσκοντες, καὶ τὰς αἶγας παρ' αὐτοῖς προειδέναι τὸ αὐτὸ δήπου τοῦτο· αὗται μὲν καὶ μέλλοντα ὑετὸν προδηλοῦσιν. Ἐπειδὰν γὰρ προέλθωσι τῶν σηκῶν, δρόμῳ καὶ μάλα γε ὤκισα ὁρμῶσιν ἐπὶ τὸν χειμόν· εἶτα ἐμπλησθεῖσαι αὐτὰς ἐπιστρέφουσιν εἰς τὰ οἰκεῖα, καὶ ὁρῶσαι ἐκεῖσε ὅπου νέμονται, τὸν ποιμένα ἀναμένουσαι, ἵνα τὴν ταχίστην συνελάσῃ αὐτάς. Καὶ Ἵππαρχος μὲν ἐπὶ Νέρωνος τοῦ τυράννου καθήμενος ἐν θεάτρῳ, καὶ φορῶν διφθέραν, ὅτι τὸν μέλλοντα χειμῶνα ἐκ τῆς παρούσης αἰθρίας προπίσατο, ἐξέπληξε· καὶ ἐθαύμαζε Νέρων αὐτὸν, καὶ Νικαεῦσι τοῖς Βιθυνοῖς συνήδετο, ὅτι Ἱππάρχου πολίτου ἔτυχον. Ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ θεώμενον Ἀναξαγόραν ἐν διφθέρᾳ καὶ αὐτὸν τὰ Ὀλύμπια, ἐπιῤῥαγέντος ὑετοῦ, τὸ Ἑλληνικὸν ὧν ἤδε, καὶ θειότερα νοεῖν ἢ κατὰ τὴν θνητὴν φύσιν ἐκόμπαζεν. Ὅτι δὲ βοῦς, ἐὰν μέλλῃ ὕσειν ὁ Ζεὺς, ἐπὶ τὸ ἰσχίον τὸ δεξιὸν κατακλίνεται, ἐὰν δὲ εὐδία, πάλιν ἐπὶ τὸ λαιὸν, θαυμάζει τις ἢ οὐδείς. Καὶ ἐκεῖνα δὲ προσακήκοα ἐκπλῆξαι ἱκανά· βοῦς ἐὰν βοᾷ, καὶ ὀσφραίνηται

ram olfacit, pluvia impendet; idem ſi ſupra, quam conſuevit, pabulo veſcitur, tempeſtatem futuram oſtendit. Oves fodientes terram pedibus videntur tempeſtatem ſignificare, quae etiam coitu earundem praenunciatur. Caprae dormientes frequentes eadem monſtrant. Sues in arvis apparentes pluviam praeſignificant. Agni et hoedi laſcivientes, et inter ſe ſaltantes, ſerenos dies promittunt. Muſtelae et mures ſtridentes vehementem praeſagiunt tempeſtatem. A deſertis locis ad habitata refugientes lupi hyemis acerbitatem ſe horrere oſtendunt. Leonis ad frugifera et fructuoſa loca profectio ſiccitatem praenunciat. Iumenta exſultantia, et ſupra conſuetudinem boantia, humidiorem tempeſtatem praeſciunt; hanc eandem, ſi ungulis pulverem ſpargunt, denunciant. Lepores multi iiſdem in locis conſpecti bonam aeris temperiem ſignificant. Homines vero per omnia inferiores ſunt, nec prius tempeſtatis mutationem, quam ubi jam contigerit, noſcunt.

CAP. IX.

De Accipitribus.

De accipitribus haec quoque audivi. Apollinis in Aegypto ſacerdotes hieracoboſcos quoſdam vocari aiunt, et hos accipitrum dei nutricios et curatores eſſe. Porro cum omne avium genus huic deo dicatum eſt, tum quaedam etiam ſacrae illic victu accurato aluntur, ita ut a conſecratis deo muneribus nihil differre videantur. Harum igitur avium nutricii ſingularum nidos oſtendunt ignaris, in quibus eas parere aiunt, nam in ſacro loco aluntur; prae caeteris vero accipitres ſibi curae eſſe fatentur, quos hoc modo nutriunt. Nuper natis avium captarum cerebella objiciunt, teneris nempe cibum tenerum; jam adultis vero carnes, pulpas,

et

νῆσαι τῆς γῆς, ὕειν ἀνάγκη· ἄδδην δὲ βόες ἢ πέρα τὸ ἔθος ἐσθίοντες δηλοῦσι χειμῶνα. Πρόβατα δὲ ὀρύττοντα ταῖς ὁπλαῖς τὴν γῆν ἔοικε σημαίνειν χειμῶνα, ἀναβαινόμενα δὲ τὰ αὐτὰ πώεα χειμῶνα ὁμολογεῖ. Κοιμώμεναι δὲ ἀθρόαι αἱ αἶγες τὰ αὐτὰ ὁμολογοῦσιν. Ὗες δὲ ἐν τοῖς ἀρόμασι φαινόμεναι ὑεῖ φυγὴν διδάσκουσιν. Ἄρνες δὲ ἄρα ἢ ἔριφοι ἀλλήλοις ἐμπηδῶντές τε ἢ ὑποσκιρτῶντες φαιδρὰν ἡμέραν ὁμολογοῦσι. Γαλαὶ δὲ ὑπορύζουσαι, ἢ μῦες ἐκείναις δρῶντες τὰ αὐτὰ, χειμῶνα ἄγεσθαι συμβάλλονται ἰσχυρόν. Λύκοι δὲ φεύγοντες ἐρημίαν, ἢ εὐθὺ τῶν οἰκουμένων ἰόντες, χειμῶνος ἐμβολὴν μέλλοντος ὅτι πεφρίκασι, μαρτυροῦσι δι' ὧν δρῶσι. Λέοντος δὲ ἐν τοῖς καρπίμοις χωρίοις ἐπιδημία αὐχμὸν δηλοῖ. Σκιρτῶντα μὴν τὰ ὑποζύγια, ἢ βοῶντα τὸ ἔθος μᾶλλον, νοτερὸν χειμῶνα ἐσόμενον οἶδεν· εἰ δὲ ἢ ταῖς ὁπλαῖς κόνιν προσαναβάλλοιτο αὐτὰ, τὰ αὐτὰ δηλοῖ πω. Λαγωοὶ δὲ ἐν τοῖς αὐτοῖς χωρίοις ὁρώμενοι πολλοὶ δηλοῦσιν εὐδίαν. Πάντων δὲ τούτων ἀπολείπονται ἄνθρωποι, ἢ ἴσασιν αὐτὰ ὅτι γένωνται.

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ Ἱεράκων.

Ἱεράκων πέρι ἢ ταῦτα προσακήκοα. Οἱ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν τῇ Αἰγύπτῳ θεραπευταὶ λέγουσι καλεῖσθαί τινας ὕτως ἱερακοβοσκοὺς, οἵπερ εἰσὶ τῶν τοῦ θεοῦ ἱεράκων τροφεῖς τε ἢ μελεδωνοὶ μέντοι οἱ αὐτοί. Πᾶν μὲν ὂν τὸ τῶν ὀρνίθων φῦλον ἀνεῖται τῷ θεῷ τῷδε· ἤδη δέ τινες ἐκεῖθι ἢ ἱεραὶ τρέφονται τροφῇ πεφροντισμένῃ, ἢ δοκοῦσι τῶν ἀναθημάτων διαφέρειν ὠδέν. Οἱ τοίνυν τὴν τούτων ἐγκεχειρισμένοι κομιδὴν πρὸς τοὺς ἀγνοοῦντας λέγουσιν ἐν ταῖς νεοττίαις ἑκάστους (ἐν ἄλσει γὰρ ἱερῷ τρέφεται) τίκτειν· ὁμολογεῖσθαι δὲ τὴν ἄλλων μὲν, ἐκ τούτων δὲ ἔτι ἢ μᾶλλον. Τοῖς δὲ ἀρτιγενέσι προβάλλουσιν ὀρνίθων τεθηραμένων ἐξηρημένους τοὺς ἐγκεφάλους, τροφὴν ἀπαλὴν νεοττοῖς ὑγροῖς· τοῖς γε μὴν τελείοις ὥσι παραλιθέασι σάρκας τε

et fibras, quae ſcilicet aves rapaces ſolido et firmo nutrimento roborare poſſunt; mediis vero aetate inter utroſque corda objiciuntur, quorum etiam reliquiae videntur. Pulchre autem norunt accipitres pro ſua quiſque aetate convenientem ſibi cibum, nec alium attigerint. Accedunt et coturnicum et aliarum avium certo anni tempore greges, ex quibus ſacri iſti accipitres prandium habent.

CAP. X.

De Canum benevolentia erga ſuos nutritios.

FIRMISSIMAE benevolentiae, quam canes erga altores ſuos habent, illud certe magnam habet declarationem. Romae bello quodam civili Calvus Romanus cum necatus eſſet, hujus viri caput ex hoſtibus nemo abſcindere poterat, cum tamen ſumma contentione ſexcenti certarent, et facinus iſtud conſciſcere pulchrum ducerent; priuſquam canem, quem is aluiſſet, interfeciſſent, ei adſiſtentem, et benevolentiam erga illum ipſum fideliſſime ſervantem; et qui pro hero humi ſtrato, jamque extincto, ſic propugnabat, tanquam vir commilito, et contubernalis bonus, et ad extremum amicitiae obſervans. Iam fortiter et praeclare factum, quod non vir, ſed profecto canis, cum bonitate eximia, tum robore animi ſeptus fecit, diſcere operae pretium eſt. Pyrrhus Epirota, cum iter faceret, fortuito incidit in canem, cadaveri domini ſui adſtantem, et illud ipſum cum ſumma diligentia cuſtodientem, ne quis poſt mortem violaret. Is autem jam triduum ferens inediam diligenti cuſtodia aſſiduus illud ſervabat. Hoc ſimulatque Pyrrhus intellexiſſet, hunc quidem miſeratus ſepultura affici juſſit; cani vero plenum cibum ad ſe amandum allicientem dedit, paulatimque illum allectans abduxit, atque adeo attraxit. Sed haec quidem hactenus. Poſt paulum, cum exercitum luſtraret

τε καὶ κρέα καὶ ἴνας, ὅσα ἰσχυρὰν τροφὴν ὄρνισιν ἁρπακτικοῖς ἐργάζεται· τῶν δὲ ἐν μεθορίῳ τῶν ἀρτιγενῶν τε καὶ τῶν ἤδη τελείων καρδίαι κεῖνται, καὶ τούτων λείψανα ὁρᾶται. Καὶ ἥ γε διαφορότης ἡ προειρημένη τῆς τροφῆς ὁμολογεῖ, ὅτι τὸ ἁρμόττον ἡλικίᾳ ἑκάστῃ καὶ πρόσφορον ἴσασιν οἱ ἱέρακες, καὶ μάλα γε ἀκριβῶσι τοῦτο, καὶ τῆς παρ' ἡλικίαν τροφῆς οὐκ ἂν ἅψαιντο. Καθ' ὥραν δὲ ἄρα καὶ ὀρτύγων αὐτοῖς ἐπιδημίαι γίνονται, καὶ τῶν ἄλλων ὀρνίθων ἐπιφοιτῶσιν ἀγέλαι, καὶ ἔχουσιν οἵ γε ἱεροὶ ἐκεῖνοι καὶ ἐντεῦθεν θοίνην.

ΚΕΦ. ί.

Περὶ τῆς Κυνῶν εὐνοίας τῆς εἰς τὸς τρέφοντας αὐτούς.

Κυνὸς ἐς τὸς τρέφοντας αὐτὸν ἄμαχον εὔνοιαν ὁμολογεῖ καὶ ἐκεῖνο δήπου. Ἔν τινι τῶν ἐμφύλων πολέμων ἐν τῇ Ῥώμῃ Κάλβου τοῦ Ῥωμαίου σφαγέντος, ὠδεῖς μέντοι τῶν ἐχθρῶν τοῦ ἀνδρὸς ἠδυνήθη τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν, καί τοι μυρίων ἀγώνισμα τιθεμένων σφίσι καὶ καλλώπισμα τοῦτο, πρὶν ἢ τὸν παρεσῶτά οἱ κύνα ἀποκτεῖναι, ὑπ' αὐτοῦ τραφέντα, καὶ μέντοι καὶ τὴν εὔνοιάν οἱ πιστόταλα ἀποσώζοντα, καὶ ὑπερμαχοῦντα τοῦ κειμένου, ὥσπερ οὖν σωτῆρά τε, καὶ σύσκηνον ἀγαθὸν, καὶ εἰς τὰ ἔσχατα φίλον. Οἷον δ' αὖ καὶ τόδε ἔρρεξε οὐκ ἀνὴρ μὰ Δία, ἀλλ' ἀγαθὸς κύων, καὶ τὴν γνώμην καρτερὸς, μαθεῖν ἄξιον. Ὁ Ἠπειρώτης Πύρρος ὠδοιπόρει, εἶτα μέντοι περιτυγχάνει νεκρῷ πεφονευμένῳ, καὶ κυνὶ παρεσῶτι, καὶ φρουροῦντι τὸν δεσπότην, ἵνα μὴ πρὸς τῷ φόνῳ καὶ μέντοι τὸν νεκρὸν λυμήνηταί τις. Ἔτυχε δὲ ἄρα τρίτην ἔχων ὁ κύων ἀπόσιτος τὴν ἡμέραν ἐπὶ τῇ φιλοπόνῳ καὶ καρτερικωτάτῃ φρουρᾷ. Ὅπερ οὖν διδαχθεὶς ὁ Πύρρος τὸν μὲν ᾤκτειρε, καὶ ταφῆς ἠξίωσε· τόν γε μὴν κύνα προσέταξε τυχεῖν κηδεμονίας, καὶ ἐδίδου ὅσα κυνὶ παρόντι ἐκ χειρὸς, καὶ μάλα γε ἱκανὰ καὶ ἐφολκὰ εἰς τὴν ἑαυτοῦ φιλίαν τε καὶ εὔνοιαν, καὶ μικρὰ ὑπάγων τὸν κύνα ὁ Πύρρος. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον. Εἶτα μέντοι οὐ μετὰ μι-

ret Pyrrhus, militeſque recenſeret, et vero canis adeſſet, is non manſuetus ſolum, verum cetera quam tacitus erat. Vt vero in recenſione militum interfectores domini animadvertiſſet, tum non ſe continuit, quin vaſto latratu in eos irrumperet, atque unguibus laniaret, ſimul et ſe ad Pyrrhum convertens, quoad poterat, teſtem in hanc rem citabat, quod homicidas teneret. Quod factum religioni habuit Pyrrhus, eique in ſuſpicionem et circumſtantibus hi venerunt. Itaque quaeſtione adhibita, ea, quorum accuſarentur, confeſſi ſunt. Hanc autem narrationem fabuloſam eſſe exiſtimabunt, qui Iovis ſodalitii, atque amicitiae praeſidis ſanctione ſpreta, amicos ſuos, cum vivos, tum mortuos produnt. Ego vero probare illos non poſſum, qui naturam accuſant, quae ſi animantibus brutis benevolentiae et amoris vim inſevit, multo magis eadem ornavit homines ratione praeditos; illi vero naturae munus negligunt, nec eo utuntur. Quid nunc commemorem reliqua facinora, quae contra amicos ſpe mali lucri admittant, quot inſidias faciant, quas proditiones moliantur; ut profecto vehementer doleam, hominibus fideliorem et amantiorem canem inveniri?

CAP. XI.

De Polypo, et Aquila.

HAEC etiam de polypo auditione accepi. Cum in ſaxum non admodum e mari eminens polypus aliquando adrepens adſcendiſſet, ibique explicatis brachiis ſumma cum voluptate, quia frigida tempeſtas eſſet, a tepore ſolis caleſceret; neque ſane ſe in ſaxi colorem vertiſſet, quod quidem ipſum cum ad declinandas, tum ad moliendas piſcibus inſidias facere ſolet. Aquila acris et acuta in videndo praedam, non quidem ſibi futuram bonam, paratum

κρὸν ἐξέτασις ὁπλιτῶν ἦν, καὶ ὁ βασιλεὺς, ὃν προεῖπον, ἐθεᾶτο, καί οἱ παρῆν ἐκεῖνος ὁ κύων, καὶ τὰ μὲν ἄλλ' ἑαυτὸν σιγῇ εἶχε, καὶ πρᾳότατος ἦν. Ἐπεὶ δὲ ἄρα τὰς τοῦ δεσπότου φονέας ἐν τῇ τῶν στρατιωτῶν εἶδεν ἐξετάσει, ὅδε οὐκ ἐκαρτέρησεν ἐνταῦθα ἀτρεμεῖν, ἀλλ' εἰς αὐτὰς ἐπήδα καὶ ὑλάκτει, ἀμύσσων τοῖς ὄνυξι, καὶ ἐς τὸν Πύρρον ἅμα ἐπιστρεφόμενος, ὡς οἷός τε ἦν, ἐπήγετο μάρτυρα, ὅτι ἄρα τὰς ἀνδροφόνους ἔχει. Οὐκοῦν ὑπόνοια εἰσέρχεται καὶ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς περιεστῶτας αὐτὸν, καὶ ποιοῦνται ἐνθύμιον τὴν τοῦ κυνὸς ὑλακὴν τὴν εἰς τοὺς προειρημένους. Καὶ συλληφθέντες στρεβλοῦνται, καὶ κατεῖπον ὅσα ἐτόλμησαν. Καὶ δοκεῖ μὲν μῦθος ταῦτα τοῖς ἄλλοις, ὅσοι Διὸς ἑταιρείου καὶ φιλίου τοῦ αὐτοῦ δεσμὸν παλήσαντες, εἶτα μέντοι ζῶντας προὔδοσαν τοὺς φίλους καὶ ἀποθανόντας. Ἐγὼ δὲ οὐ πείθομαι τοῖς νοῦσι κακῶς τὰ τῆς φύσεως καλά· ἦπερ οὖν εἰ τοῖς ἀλόγοις μετέδωκεν εὐνοίας τε καὶ στοργῆς, πάντως που καὶ τῷδε τῷ ζώῳ τῷ λογικῷ μετέδωκε μᾶλλον· ἀλλ' οὐ χρῶνται τῷ δώρῳ. Καὶ τί δεῖ τὰ λοιπὰ ἐπιλέγειν, ὁπόσα ἄνθρωποι ὑπὲρ τοῦ πονηροῦ κέρδους κακὰ τοὺς ἑαυτῶν φίλους εἰργάσαντο, ἐπιβουλὰς ῥᾳπλοῦντες, καὶ προδιδόντες· ὡς ἐμέ γε ἀλγεῖν εἴπερ ἔν ἀνθρώπων εὐνούστερος καὶ πιστότερος ἐλήλεγκται καὶ κύων ὤν;

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ Πολύποδος καὶ Ἀετοῦ.

Πολύποδος εἰς ὃς ἐμὸν καὶ ἐκεῖνο ἦκεν. Ἦν πέτρα προήκουσα μὲν οὐ μὴν ἄγαν ὑψηλὴ, οὐκοῦν πολύπους πολὺ ἀνερπύσας, εἶτα ἥπλωσε τὰς πλεκτάνας, καὶ μάλα γε ἀσμένως ὑπεθάλπετο, καὶ γὰρ ἦν καὶ χειμερία ἐδόκει πως· οὐ μὲν ἑαυτὸν εἰς τὴν χρόαν τῆς πέτρας ἐκτρέψας ἤδη ἦν, πεφύκασι δὲ ἄρα δρᾶν τοῦτο οἱ πολύποδες, καὶ τὰς εἰς ἑαυτοὺς ἐπιβουλὰς φυλαττόμενοι, καὶ μέντοι καὶ αὐτοὶ τοὺς ἰχθῦς ἐλλοχῶντες. Ἰδὼν ἔν ὀξὺ μὲν, ἑαυτῷ δὲ οὐκ ἀγαθὸν τὸ θήραμα ἀετὸς ὡσπεροῦν ὁρμῆς τε ἅμα καὶ πτερῶν εἶχεν, ἐμπηδᾷ τῷ πολύποδι,

2

tum ſibi pulliſque ſuis prandium animo deſignans, quanto potuit maximo alarum impetu in polypum inſiluit. Ceterum piſcis hic, circumplicantibus aquilam et pertinaciter adhaereſcentibus cirris, in profundum detraxit hoſtem capitaliſſimam, quae quidem, lupus hians (ut eſt in proverbio) inani prandii ſpe illuſa deinde in mari mortua fluitabat. Sed aves innumera ejuſcemodi perpetiuntur, at plura homines. Sic Cambyſis filius Cyrus alter apud Maſſagetas, ab Herodoto decantatos; et Polycrates ad diripiendum aurum magno ſtudio et diligentia ad Oroetem profectus; etiam ipſe alter,

Qui alii mala fabricans, ſibi ipſi mala fabricatur.

At beſtiae ea pericula ignorant; homines vero non cavent, quin etiam ſcientes et prudentes in haec ipſa incurrunt. Ad quid vobis profuere lingua, oratio, praeceptores, et caſtigatio, o Cyre et Polycrates? Alios omitto. Quid enim ſurdos et ſtolidos vel utiliſſimis conſiliis juvarem?

CAP. XII.

Quod Canes etiam ventrem ferentes venantur.

Non elate ampleque nunc ſentiant Paeoniae mulieres, illaque praeclara facinora facientes magnos ſibi ſpiritus ſumant; quod uno tempore partim capite urnam aquae plenam ferant, ita cervicem erigentes, ut ipſis ingredientibus immota urna permanens, nulla inclinatione propendeat; partim infantem puerum e ſinu ſuo appenſum lactent; ſimul et brachio in habenam inſerto mariti equum ad aquam ducant, ſimul et manibus linum neant. Darius quidem magna admiratione adfectus eſt, cum ei jus dicenti Paeones quidam juvenes ſororem ipſorum, eo, quo dixi, modo exornatam adduxiſſent, ut ex ejus conſpectu Darius ſub jugum ſuum mittere Paeoniam aggrederetur, ſtudio adductus tam operoſae nationis. Sed quot Paeonibus praeſtantior eſt natura? Canis ventrem ferens leporem venabatur, quem captum ad dominum attulit, praedam

καὶ μέντοι καὶ δεῖπνον ἕξειν ἕτοιμον ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ καλέγραφε. Πλόκαμοι δὲ ἄρα ἰχθύος ἐκείνου περιβάλλουσι τῷ αἰετῷ ζφὰς ἑαυτοῦς, καὶ ἁπρὶξ ἐχόμενοι, εἶτα ἕλκουσι κάτω τὸν ἔχθιστον· καὶ χανὼν λύκος, ὡς ἂν εἴποις, εἶτα μέντοι νεκρὸς ἐπενήχετο τῇ θαλάττῃ ὁ ἀετὸς ὑπὲρ τοῦ δείπνου. Μυρία μὲν δὴ τοιαῦτα πάσχουσιν ὄρνιθες, πλείω δὲ ἄνθρωποι. Ἐν δὲ τοῖς ᾄδομένοις ὑφ' Ἡροδότου Μασσαγέταις, ὁ Καμβύσου Κῦρος ὁ ἕτερος· καὶ μέντοι καὶ Πολυκράτης εἰς Ὀροίτου ζπεύσας, ὡς τὸν χρυσὸν ἁρπασόμενος· καὶ ἄλλος

Τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἐῷ κακὸν ἤπατι τεύχει.

Καὶ ταῦτα μὲν οὐκ οἶδα τὰ ἄλογα, ἄνθρωποι δὲ οἱ εἰδότες οὐ φυλάττονται. Καὶ τί δεῖ γλώττης, καὶ λόγων, καὶ διδασκάλων, καὶ σοφιστῶν, ὦ Κῦρε καὶ Πολύκρατες; Τοὺς δὲ ἄλλους ἐῶ. Τί γάρ μοι κωφοῖς καὶ ἀνοήτοις ζυμβουλεύειν τὰ λυσιτελέστατα;

ΚΕΦ. ιϛ'.

Ὅτι καὶ κύνες Θηρῶσι.

Μέγα μὴ νῦν φρονείτωσαν αἱ Παιονίδες γυναῖκες, καὶ τὸ φρύαγμα αἰρέτωσαν, δρῶσαι τὰ ὑμνούμενα, ἔστι δὲ ταῦτα Τῇ μὲν κεφαλῇ φέρουσιν ὑδρίαν μεστὴν ὕδατος, καὶ τὸν αὐχένα ἀνέσησαν, ὥς τε αὐταῖς βαδιζούσαις ἄτρεπτόν τε καὶ ἀκλινῆ διαμένειν τὴν ὑδρίαν· ἐξαρπήσασαι δὲ τοῦ κόλπου θηλάζουσι τὰ βρέφη· καὶ εἰς τὸν βραχίονα τὸν ῥυπῆρα ἐνάψασαι τὸν τοῦ γήμαντος ἵππον εἰς ἀρδείαν ἄγουσι, καὶ ταῖς χερσὶ νήθουσι λῖνον. Ταῦτά τοι καὶ Δαρεῖος ἐθαύμασεν, ὅτε Παίονες νεανίαι τὴν ἑαυτῶν ἀδελφὴν ἅτως ζχευάσαντες, δικάζοντος αὐτοῦ, παρήγαγον αὐτὴν, ἵνα εἰς ἔρωτα ἐμπεσὼν τῆς ἅτως ἀθρόας αὐτουργίας ἕλῃ Παίονας. Ἀλλὰ ἡ φύσις ὅσων Παιόνων ζοβαρωτέρα; Κύων θηράσασα, λαγὼς δὲ ἦν τὸ ἄγρευμα αὐτῇ, καὶ ἑκοῦσα ἡ κύων, ἐπεὶ δὲ τῆς ζπουδῆς τῆς προκειμένης τετύχηκε,

τῷ

dam ei cedens; et mox abiens novem catulos peperit, quos aluit poſtea. Quod ſi Aegyptii eo magnificentius ſentiant, quod eorum uxores a partu ſtatim e lecto ſurgunt ad obeunda domeſtica munia; ante dictae canis factum audientes remittant ſpiritus inflatos, animique tumorem comprimant.

CAP. XIII.

De Cane, qui Athenis publicis ſumptibus alebatur, quia ſacrilegos in furto deprehenderat in templo Aeſculapii.

De mulo laborioſo, ſimul et de cibo publice ei ab Athenienſibus decreto, quod adfecta aetate opus ſponte ſubibat, cum Ariſtoteles meminit, tum vero nos opportuno loco ſupra meminimus; quod vero canis ſimiliter Athenis fecit, id quoque non alienum ab inſtituto declarare. Sacrilegus primum, obſervato tempore intempeſto, quo dormientes arctiſſimus ſomnus complecteretur, de multa nocte intra Aeſculapii templum ingreſſus eſt; deinde ut permulta donaria ex aede ſurripuiſſet, ſe latere arbitrabatur. At excubitor canis ad templi cuſtodiam intus advigilans, aeditimis, qui noctu ad ſacras aedes vigilias agebant, multo vigilantior, expilatorem direptoremque inſequebatur, quam maxime poterat commiſſum ſacrilegium horribili fremitu ſuo praedicans. Fur primum et ſocii hujus ſceleris ſaxis lapidatione facta, canem appetebant; deinde ubi is latrare non deſiſteret, illum demulcere conabatur, panes et offas, canum illecebras, objiciens: nam haec quoque provide, ut ipſe putabat, ſecum attulerat. Verum cuſtos incorruptus canis, vel fur cum evaſiſſet in domum, ubi habitabat, vel cum inde exiret, ſe illi implacabilem inexpiabilemque praebens, furem latrare non deſinebat; tandemque intellectum eſt, unde canis eſſet; ac ſimul animadverſum, quae ornamenta deeſſent. Itaque ex hac canis vocifcratione is eſſe, qui tale furtum feciſſet, in

Athe-

τῷ μὲν δεσπότῃ τῶ Θηράμαλος ἀπέσῃ· ἀναχωρήσασα δὲ ἐννέα, φασὶ, Σκύλακας ἀποκυήσασα, εἶτα ἐξέθρεψεν αὐτούς. Εἰ δὲ Αἰγυπλίων αἱ γυναῖκες μέγα φρονοῦσιν, ὅτι καὶκεῖναι τὴν ὠδῖνα ἀπολύσασαι, καὶ ἐξαναςᾶσαι, τῶν ἔργων ἔχονλαι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν· ἀκέσασαι τὸ τῆς κυνὸς ἔργον τῆς προειρημένης, τῶ φυσήμαλος ἀποςᾶσαι, πάνλως ἐγκαλύψονλαι.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ τῶ Κυνὸς τῶ δημοσίᾳ τρεφομένω ἐν ταῖς Ἀθήναις, διὰ τὸ καλαφωρᾶσαι τὸς Θεοσύλας ἐν Ἀσκληπιῶ.

Το μὲν τῶ ἡμιόνω τῶ φιλοπόνω, καὶ τῆς δημοσίας αὐτῷ δοθείσης τροφῆς ἐξ Ἀθηναίων ὑπὲρ τῶ ἐθελουργεῖν καθ' ἡλικίαν, Ἀριςοτέλης εἶπε, καὶ ἡμεῖς ἄνω τω καλῶς ὁρῶνλες· τὸ δὲ τῶ κυνὸς καὶ τοῦτο ἐν ταῖς Ἀθήναις γενόμενον εἰπεῖν ἠδὲν ἄτοπον. Εἰς Ἀσκληπιῶ παρῆλθε Θεοσύλης, τό,τε μεσαίτατον τῆς νυκλὸς παραφυλάξας, καὶ τῶν καθευδόντων τὸν βαρύταλον ὕπνον ἐπιληρήσας· εἶτα ὑφείλελο τῶν ἀναθημάτων πολλὰ, καὶ, ὥς γε ᾠέλο, ἐλελήθει. Ἦν δ' ἄρα Σκοπὸς ἀγαθὸς ἔνδον κύων, καὶ τῶν ζακόρων ἀμείνων, εἰς ἀγρυπνίαν· ὁσπερῶν εἴπελό οἱ διώκων καὶ ὑλακλῶν ἠκ ἀνίει, ἀλλ' ἡπερῶν ἔσθενε δυνάμει τὸ παχθὲν μαρλυρόμενος. Τὰ μὲν ὦν πρῶτα ἔβαλλεν αὐτὸν λίθοις, αὐτός τε καὶ οἱ τῆς κακῆς ἐκείνης πράξεως κοινωνοί· τὰ δὲ τελευλαῖα ὑποσείων ἄρλως τε καὶ μάζας· ἐπήγελο δὲ ἄρα καὶ ταῦτα δέλεαρ κυνῶν προμηθῶς, ὥς γε ὑπελάμβανεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ παρελθόνλος εἰς τὴν οἰκίαν, ὃ κατήγελο, ὑλάκτει, καὶ πάλιν προϊόνλος, ἐγνώσθη μὲν ὁ κύων, ἔνθεν ἦν· τὰ λείπονλα δὲ τῶν ἀναθημάτων ἐπόθεν αἱ γραφαί τε, καὶ αἱ χῶραι ἔνθα ἀνέκειντο. Συνέβαλον ὦν τῶτον ἐκεῖνον εἶναι

Athenienſium ſuſpicionem adductus eſt; atque ut tormentis in eum quaeſiviſſent, totam rem cognoverunt. Denique ex lege hic capite damnatus extremum dedit ſupplicium; cani vero cibus publice praebitus, et publicae curae, ut fidus cuſtos, habitus eſt, nempe qui aeditimorum nulli inferior vigilantia fuiſſet.

CAP. XIV.

Quomodo Capra ſuffuſionem oculorum medeatur.

CALIGINEM oculorum, quam ſuffuſionem medici vocant, caprinum pecus probe curare ſcit; et ab ipſa remedium ejuſdem homines quoque mutuati dicuntur, idque hujuſmodi eſt. Cum conturbatum oculum ſentit, eum ad rubi ſpinam et admovet, et reſerandum permittit; haec ut pupugit, pituita ſtatim evocatur; nullaque pupillae laeſione facta, videndi uſum recuperat: neque ſane hominum ſapientia ad faciendam ſibi medicinam eget.

CAP. XV.

Elephanti quomodo fluvios tranſeant, et de amore Elephantorum erga pullos ſuos; et de Laenilla muliere, quae filiorum necis cauſa fuit.

CVM flumen trajiciendum eſt, elephanti natu minores aquam ingreſſi natando trajiciunt; qui vero confirmata aetate jam grandes ſunt, ſi fluctibus obteguntur, promuſcides ſupra aquam attollunt; teneros vero pullos dentibus ſive cornubus matres ferunt. Iuniores ſane labores et pericula primi ſuſcipiunt; et majoribus aetate de cibo ac potione concedunt, obſervantia eoſdem proſequentes; et dum ſenectutem venerantur, Lycurgi legibus non indigent. Nunquam enim neque ex ſenectute infirmum, neque eum, qui morbo teneatur, ſui gregales deſerunt; ſed et fidiſſimi ei permanent, ejuſque cum ceteris in rebus ſtudent incolumitati, tum vero cum inſectatione urgentur, pro eo propugnant et vulnerari ſe potius defendendo

ναι οἱ Ἀθηναῖοι, ϗ ϛρεβλώσανλες τὸ ϖᾶν καλέγνωσαν. Καὶ ὁ μὲν ἐδικαιώθη τὰ ἐκ τᾶ νόμυ· ὁ δὲ κύων ἐτιμήθη δημοσίᾳ τροφῇ ϗ κηδεμονίᾳ, οἷα δήπυ φύλαξ ϖιϛὸς, ϗ τῶν νεωκόρων ἐδενὸς μείων καλὰ τὴν ἐπιμέλειαν.

ΚΕΦ. ιδ'.

Ὅπως ἰᾶται τὴν ἑαυλῆς ἡ Αἶξ ὑπόχυσιν.

Ἀγαθὴ δὲ ἄρα ἦν ἡ αἶξ ϗ τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἀχλὺν, ἣν περᾶν ϖαῖδες Ἀσκληπιαδῶν ὑπόχυσιν καλᾶσιν, ἀκέσασθαι· ϗ λέγονλαί γε οἱ ἄνθρωποι ϖαρ' ἐκείνης μαθεῖν τόδε τὸ ἴαμα. Τὸ δὲ ἄρα τοιᾶτόν ἐϛιν· ὅταν αἶξ νοήσῃ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιθολωθέντα αὐτῇ, ϖρόσεισι βάτῳ, ϗ ϖαραβάλλει τῇ ἀκάνθῃ τὸ ὄμμα, νύξαι αὐτό· ϗ ἡ μὲν ἐκέντησε, τὸ δὲ ὑγρὸν ἐξεχώρησε, μένει δὲ ἀπαθὴς ἡ κόρη, ϗ ὁρᾷ αὖθις· ϗ δεῖται Ϲοφίας ϗ χειρυργίας ἀνθρωπικῆς ὐδὲ ἕν.

ΚΕΦ. ιέ.

Ὅπως διέρχονλαι τὸν ϖόλαμὸν οἱ ἐλέφανλες, ϗ ϖερὶ τῆς φιλοϛοργίας τῶν ἐλεφάνλων, ϗ ϖερὶ Λαινίλλης γυναικὸς ϖαιδοφόνυ.

Ποταμὸν ἐλέφανλες διέρχονλαι, οἱ μὲν ἔτι νέοι διανηχόμενοι· οἱ δὲ ἤδη τέλειοι, ϗ εἰ καλύπλοινλο ὑπὸ τᾶ ῥεύμαλος, ἀνέχυσι μένλοι τὰς ϖροβοσκίδας ὑπὲρ τὸ ὕδωρ· τὰ δὲ ἀρλιγενῆ ϖώλια ἐπὶ τῶν ὀδόνλων ἢ κεράτων φέρυσι αἱ μηλέρες. Τῶν μὲν ἓν κινδύνων ϗ ϖόνων οἱ νέοι καλάρχονλαι· ϖοτᾶ δὲ ἄρα ϗ τροφῆς ἀφίσανλαι, τοῖς ϖρεσβυλέροις αἰδῶ νέμονλες, ϗ τῶν Λυκύργυ τιμῶντες τὸ γῆρας νόμων δέονλαι οἵδε ὐδέν. Γήρᾳ δὲ ϖαρειμένον ἐλέφανλα ἢ νόσῳ καλειλημμένον, ὐκ ἄν ϖοϛε οἱ Ϲυναγελαζόμενοι καλαλείποιεν· ἀλλὰ ϖιϛῶς ϖαραμένυσι, ϗ ἀναῤῥῶσαι Ϲπεύδυσι τῇ τε ἄλλῃ, ϗ ἂν διώκωνλαι, ϗ ὑπὲρ

ſendendo quam eum deſerere volunt, licet fugere eis integrum ſit. Pullos ſuos adhuc a partu recentes nunquam deſerunt matres; at ſane in illis a periculo tuendis conſtantiſſime permanent, priuſque animam amittunt, ſi urgeant venatores, quam ſuos pullos deſerant. Ego vero puer novi vetulam, Laenillam nomine, quae ab omnibus digito monſtrabatur, et de qua fabula narrabatur talis: ſeniores mihi referebant, iſtam ſervum vehementer amantem cum eo concubuiſſe, et ſuorum flagitiorum maculis liberos ſuos adfeciſſe; hi enim ex ordine ſenatorio erant, et jam inde a patre atque majoribus ſtirpem generis patritii trahebant. Itaque pudore et dolore impulſi, matrem cum leniter ſubmonuiſſent, et clam facinoris turpitudinem oſtendiſſent; haec libidine flagrans, ſimul et ex ea tantum efferata, ut liberis propriis amorem ſuum anteferret, filiorum nomina apud principem, qui tunc regnabat, detulit, ab eis inſidias ipſi factas dicens. Is autem ſuſpicioſus, et timidus, et calumniis aures facile patefacere ſolitus, quae degeneris animi indicia ſunt, mulieri fidem adhibuit. Ita factum eſt, ut filii, qui nefarium facinus nullum admiſiſſent, necarentur; mater vero hanc ex delatione mercedem adſequeretur, ut cum ſervo licentius ſtuprum facere poſſet. Quid igitur, o patrii dii, o Diana Lucina, atque Ilithyae Iunonis filiae, aut Medeam Colchidem, aut Procnen Atthidem, hic commemorem neceſſe eſt, cum memoriae noſtrae exempla immanitatis proferre queamus?

CAP. XVI.

De Teſtudine terreſtri, et Aquilis, et morte Aeſchyli poetae tragici.

TERRENAS teſtudines, a ſe comprehenſas, ex alto dejicientes aquilae ad ſaxa allidunt, et ita ex contritis earum teſtis extractam carnem exedunt. Sic Eleuſinius Aeſchylus, tragicus poeta, de vita migraſſe dicitur. Cum enim is in ſaxo ſedens ex conſue-

tudine

αὐτῷ μάχονται, καὶ τιτρώσκονται παρόντες, φυγεῖν δυνάμενοι. Καὶ τὰ βρέφη δὲ τὰ νεαρὰ ἐκ ἄν ποτε αἱ τεκοῦσαι προδοῖεν· ἀλλὰ καὶ ἐκείνοις ἐκεῖναι πιστῶς παραμένουσι, καί τοι τῶν θηρατῶν ἐγκειμένων, καὶ πρότερόν γε τὴν ψυχὴν ἀπολείποιεν ἄν, ἢ τὰ τέκνα. Ἐγὼ δὲ ἤδειν μειράκιον ὢν ἄνθρωπον πρεσβύτιν Λαινίλλαν ὄνομα, καὶ ἐδείκνυτο ὑπὸ πάντων, καὶ ἐπ' αὐτῇ μῦθος ἐλέγετο, καὶ ὅγε μῦθος τοιόσδε ἦν· Οἱ πρεσβύτεροι πρὸς μὲ ἔφασκον ἐκείνην τὴν ἄνθρωπον ἐρασθεῖσαν οἰκέτου θριμέως, αὐτῷ μὲν ξυκαθεύδειν, κηλῖδα δ' ἄρα παισὶ τοῖς ἑαυτῆς περιάπτειν· οἱ δὲ εὐγενεῖς ἦσαν, καὶ εἰς τὴν βουλὴν τὴν Ῥωμαίων ἐτέλουν ἐκ παλαιῶν τε καὶ τῶν ἄνω τοῦ γένους ἀρξάμενοι. Οἱ τοίνυν αἰδούμενοι τῇ μητρὶ ἤχθοντο τοιαῦτα δρώσῃ, καὶ πρᾴως ὑπενουθέτουν, καὶ τοῦ πρατομένου τὴν αἰσχύνην ἐπέλεγον ἡσυχῇ· ἡ δὲ κυμαίνουσα ἐκ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ τὸν ἔρωτα ἐπίπροσθεν τῶν υἱέων ποιησαμένη, καταγορεύει αὐτῶν πρὸς τὸν ἄρχοντα, ὃς ἦν τότε, καὶ λέγει ὡς ἐπιβουλεύοιεν αὐτῷ. Ὁ δὲ ἔχων εἰς διαβολὰς τὸ ὂς ῥᾴδιον, καὶ ὑπόπτης ὢν, καὶ δειλὸς, πάθη δὲ ταῦτα ἀγεννοῦς διανοίας, ἐπίστευσε. Καὶ οἱ μὲν οὐδὲν ἀδικοῦντες ἀπέθνησκον· ἡ δὲ ἆθλον τοῦ καταπεῖν ἠνέγκατο τὸ δοῦλῳ ξυκαθεύδειν ἀδεῶς. Ὦ πατρῷοι θεοὶ, καὶ Ἀρτεμιτοχεία, Εἰλήθυιαί τε Ἥρας θυγατέρες, τί ἂν ὂν ἔτι Μηδείαν εἴποιμεν τὴν Κόλχιν, ἢ Πρόκνην τὴν Ατθίδα, τῶν ἔνατχός τε καὶ καθ' ἡμᾶς παθῶν μνημονεύσαντες;

ΚΕΦ. ιϛ'.

Περὶ Χελώνης χερσαίας, καὶ Αἰετῶν, καὶ τελευτῆς Αἰσχύλου τοῦ τραγῳδοῦ.

ΤΑΣ χερσαίας χελώνας οἱ ἀετοὶ ξυλλαβόντες, εἶτα ἄνωθεν προσήρραξαν ταῖς πέτραις, καὶ τὸ χελώνιον ξυντρίψαντες, ὅτῳ ἐξαίρουσι τὴν σάρκα, καὶ ἐσθίουσι. Ταύτῃ τοι καὶ Αἰσχύλον τὸν Ἐλευσίνιον, τὸν τῆς τραγῳδίας ποιητὴν, τὸν βίον ἀκέω καταστρέψαι. Ὁ μὲν Αἰσχύλος ἐπί τινος πέτρας

tudine inſtitutoque ſuo, et philoſopharetur nimirum et ſcriberet, ejus caput a pilis nudum aquila ſaxum eſſe arbitrata, teſtudinem, quam in ſublime extulerat, in idipſum dejecit, et ſine aberratione ictum dirigens virum interfecit.

CAP. XVII.

De Alcedine et Carulo.

CARVLVS et alcedo aves ſimul vivere et compaſci ſolent. Porro carulos jam ſenectute adfectos alcedines eorum uxores medio dorſo geſtantes circumferunt. Mulieres contra maritos aetate provectos contemnunt, et adoleſcentibus adjiciunt oculos; tum etiam mariti in feminas adoleſcentes veneris inſania feruntur, et vetulas aſpernantur, a ratione remotius beſtiis ipſis viventes.

CAP. XVIII.

De Corvis circa Coptum.

QVI circa Coptum habitant, binos tantum corvos in eo tractu videri aiunt. Ex Romanis etiam, qui loca ibidem montana cuſtodiunt propter metalla ſmaragdi, totidem illic hujus generis alites degere aiunt. Eſt et delubrum Apollinis eo in loco, cui corvos ſacros eſſe perhibent.

CAP. XIX.

De timiditate animalium quorundam, aliorumque libidine; et de Canibus, ſpeciatim Memphiticis; et de Suibus, Hippopotamis, et Canibus.

HANC etiam vim et naturam quorundam animalium non alienum eſt explanare. Ovis et aſinus ſunt ignavi. Timidi exiſtimantur hinnuli, capreae, damae, et pygargi, item lepores, quos

καθῆσο, τὰ εἰθισμένα δήπθ φιλοσοφῶν ϗ γράφων· ἄθριξ δὲ ἦν τὴν κεφαλὴν ϗ ψιλός· οἰηθεὶς ἕν ὁ ἀε]ὸς πέτραν εἶναι τὴν κεφαλὴν, εἶτα μέν]οι κα]' αὐτῆς ἀφῆκεν, ἣν κα]εῖχε, χελώνην, ϗ ἔτυχε τῷ πθοειρημένῳ τὸ βέλος, ϗ ἀπέκ]εινε τὸν ἄνδρα.

ΚΕΦ. ιζ'.

Περὶ Κηρύλθ ϗ Ἀλκυόνος.

ΚΗρυλος δὲ ϗ ἀλκυὼν ὁμόνομα ϗ συμβιοῖ. Καὶ γήρᾳ γε πθαρειμένθς αὐτὲς ἐπιθέμεναι αἱ ἀλκυόνες πθριάγθσιν ἐπ' αὐτῶν τῶν καλθμένων μεσοπ]ερυγίων. Ἄνθρωποι δὲ ϗ τῶν ἀνδρῶν ὑποπ]άν]ων κα]αφρονῦσι, ϗ πθὸς τὰ μειράκια ἀφορῶσι· ϗ οἱ γήμαν]ες πθερὶ τὰς νέας μαίνον]αι, τῶν ἀφηλικεσέρων γαμε]ῶν ὥραν μὴ τιθέμενοι, ϗ ὐκ αἰδεῖν]αι οἱ ἔμφωνοι τῶν ἀλόγων ζώων βιῦντες ἀλογώτερον.

ΚΕΦ. ιή.

Περὶ τῶν ἐν Κοπ]ῷ Κοράκων.

ΛΕγθσι δὲ οἱ πθερὶ τὴν καλθμένην Κοπ]ὸν δύο μόνθς ὁρᾶσθαι κόρακας. Ἀλλὰ ϗ τῶν Ῥωμαίων οἱ τὴν ὄρειον πθαραφυλάτ]ον]ες διὰ τὸ τῆς Ζμαράγδθ μέταλλον, διϊσχυρίζον]αι ϗ οἵδε τοσύτθς ὄρνιθας τῦ γένθς τῦδε οἰκεῖν ϗ ἐκεῖθι. Νεὼς δὲ Ἀπόλλωνι τιμᾶται ἐν τῷ χωρίῳ ἐκείνῳ, ὅπερῦν ἱερὺς εἶναί φασιν αὐτές.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ δειλίας ζώων, ϗ ἀκολασίας ἑτέρων· ϗ πθερὶ κυνῶν, ἰδίως δὲ τῶν Μεμφι]ῶν· ϗ Συῶν, ϗ πθοταμίων Ἵππων, ϗ Κυνῶν.

ΚΑὶ ταῦτα δὲ τὰ ἴδια τῶν ζώων εἰπεῖν ὐ χεῖρόν ἐσιν. Νωθέσερά πως δοκεῖ πθρόβαλον ϗ ὄνος. Ἄτολμα δὲ νεβροὶ ϗ πθόκες, ϗ ζόρκες τε, ϗ πθύγαρ]οι, ϗ οἱ λαγὼ, ὃς δὴ ϗ πθῶκας

quos Graeci poetae a πλώτειν [pavendo] πλῶκας appellant; tum ex volucribus paſſeres; ex aquatilibus mugiles. Libidinoſi vero cynocephali et hirci, quos vel cum mulieribus rem habere nonnulli aiunt: et hoc admirari Pindarus videtur. Canes etiam cum mulieribus veneris conſuetudinem habere deprehenſi ſunt. Nam Romae mulier adulterii accuſata a marito fuiſſe dicitur: adulter in judicio canis eſſe praedicabatur. Audivi equidem cynocephalos aliquando virgines deperiiſſe, eiſque vim intuliſſe, majori quam adoleſcentes illi in Menandri Pannychidum fabula libidine incitatos. Eſt et perdix intemperans, et in adulteria pronus; itaque clam ad foeminas, et minimo cum ſtrepitu, accedere fertur. Porro inter canes cibi nulla eſt ſocietas; ut perſaepe de oſſe inter ſe ſic lacerent et diſtrahant, quemadmodum de Helena Paris et Menelaus. Solos vero Memphiticos canes in medium auditione accepi rapinas proponere, et una cum aliis comedere. Porcus ſane iniquum injuſtumque eſt animal, et ne cadaveribus quidem ſui generis abſtinet; ut neque piſcium plerique. Impiiſſimum vero dixerim hippopotamum, qui patrem quoque ſuum exeſt et conficit. Impudentia ſunt animalia, neque facile repelli queunt, muſcae et canes.

CAP. XX.

De Lupis.

LVPI ferociſſimi ſunt; eoſque ſe invicem devorare, et ad hunc modum mutuas ſibi inſidias moliri, ferunt Aegyptii. Primo in orbem circumaguntur, deinde excurrunt; et cum, ex vertigine currendi et caligine, eorum aliquis lapſus fuerit, in eum humi ſtratum ceteri omnes, facto impetu, ipſum laniant, et devorant. Hoc quidem facere ſolent, cum venationis facultate deſtituuntur. Ita enim prae fame omnia nugas putant, quemadmodum ſcelerati homines nihil non prae pecunia praeclare contemnunt.

CAP.

πῶκας οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν, ἐκ τοῦ πλώτειν δηλονότι· καὶ ἄλλα δὲ καὶ τῶν πτεινῶν ἐστιν ἄτολμα, ὥσπερ οἱ στρουθοί· καὶ τῶν ἐνύδρων οἱ κεστρεῖς. Ἀκόλαστα δὲ κυνοκέφαλοί τε καὶ τράγοι, ὅτοι μὲν καὶ ὁμιλεῖν γυναιξί φασιν αὐτούς· καὶ ἔοικεν αὐτὸ θαυμάζειν ὁ Πίνδαρος. Καὶ κύνες δὲ γυναιξὶν ἐπιπολμῶν ἐλέχθησαν. Καὶ μέντοι καὶ κριθῆναι λέγεται γυνὴ ἐν τῇ Ῥώμῃ μοιχείας ὑπὸ τοῦ γήμαντος· καὶ ὁ μὲν μοιχὸς ἐν τῇ δίκῃ κύων εἶναι ἐλέγετο. Ἧκουσα δὲ κυνοκεφάλου καὶ παρθένοις ἐπιμανῆναι, καὶ μέντοι καὶ βιάσασθαι, ὑπὲρ τὰ μειράκια τὰ τοῦ Μενάνδρου τὰ ἐν ταῖς Παννυχίσιν ἀκόλαστα. Λαγνίσταton δὲ καὶ ὁ πέρδιξ, καὶ μοιχικόν· λάθρα γοῦν ἐπὶ τὰς θηλείας, καί πως ἀψοφητί, λέγονται φοιτᾶν. Τροφῆς δὲ τὴν κοινωνίαν ἥκιστα ἐνδέχονται κύνες· πολλάκις γοῦν καὶ ὑπὲρ ὀστέου ἀλλήλους σπαράττουσιν, ὥσπερ ὁ Μενέλεως καὶ ὁ Πάρις ὑπὲρ τῆς Ἑλένης. Μόνους δὲ ἀκούω τοὺς Μεμφίτας κύνας εἰς μέσον τὰς ἁρπαγὰς καταθέσθαι, καὶ ἐσθίειν κοινῇ. Ἄσπονδον δὲ καὶ ἔκδικον ὁ ζῦς· ἀλλήλων γοῦν ὅτοι νεκρῶν ἐσθίουσι· καὶ οἱ ἰχθῦς δὲ οἱ πλεῖστοι δρῶσιν αὐτό. Ἀσεβέστατον δὲ ὁ πολέμιος ἵππος, γεύεται γὰρ καὶ τοῦ παλτοῦ. Ἀναιδῆ δὲ, καὶ μὴ ῥᾳδίως ὑποστελλόμενα, μῦαι καὶ κύνες.

ΚΕΦ. κ΄.

Περὶ Λύκων.

Ἀγριώτατον δὲ λύκοι· λέγουσι δὲ Αἰγύπτιοι, ὅτι καὶ ἀλλήλους ἐσθίουσι· τὸν τρόπον δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἐκεῖνόν φασιν. Εἰς κύκλον ἑαυτοὺς περιάγοντες, εἶτα μέντοι θέουσιν· ὅταν δέ τις αὐτῶν ὑπὸ τοῦ καθ' ὁδὸν ἰλίγγου σκοτοδινιάσῃ, καὶ περιλαπῇ, οἱ λοιποὶ κειμένῳ προσπεσόντες σπαράττουσιν αὐτὸν, καὶ ἐσθίουσι. Δρῶσι δὲ ἄρα τοῦτο, ἐπὰν ἀθηρίᾳ περιπέσωσι. Πρὸς γὰρ τὸ μὴ πτεινᾶν, πάντα λῆρον ἡγηνται, ὥσπερ οἱ τῶν ἀνθρώπων κακοὶ πρὸς τὸ ἀργύριον.

ΚΕΦ.

CAP. XXI.

De Simiis.

CVM caeteris in rebus omnium beſtiarum ſimia maxime maligna eſt, tum malignior in iis, in quibus hominem imitari conatur. Cum enim nutricem ex eminenti loco perſpexiſſet puerum infantem in pelvi lavare, et faſcias primum ſolvere, deinde a balneo iiſdem denuo involvere, atque quo reliquiſſet loco puerum obſervaſſet, ſimul et circa eum ipſum a cuſtodibus magnam introſpexiſſet ſolitudinem, feneſtella, quae tum pateret in domum, intravit ad puerum; quem, ſimiliter ut factitari a nutrice viderat, ex lecto ſublatum integumentis nudavit, et aquam, ſuccenſis carbonibus caleſcentem, in miſerum infantem infudit, atque interfecit.

CAP. XXII.

De Hyaena et Crocuta.

MALIGNA ſane animalia ſunt hyaena et crocuta. Hyaena noctu ad ſtabula adit, et vomentes imitatur. Canes, qui audierint, accedunt veluti ad hominem; quos illa correptos vorat. Ceterum crocutae malignitas, quam audivi, haec eſt. In ſylvis abſcondita ſecantium ligna et operariorum ſermones audit, et nomina, quibus ſe invicem appellant, addiſcit; tum ea imitatur, et eloquitur tanquam humana voce (niſi fabuloſum ſit, quod fertur) appellatque nominatim aliquem, cujus nomen audivit, iſque vocatus accedit; crocuta vero recedit, et denuo vocat; ſequitur ille vocem, et appropinquat; abductum vero tandem a ſociis et ſolitarium rapit, ac devorat fera.

CAP.

ΚΕΦ. κά.

Περὶ Πιθήκων.

ΚΑκοηθέσ᾽αʃον δὲ ἄρα τῶν ζώων ὁ πίθηκος ἦν, καὶ ἔτι πλέον ἐν οἷς πειρᾶται μιμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. Αὐτίκα γοῦν ἰδὼν τροφὸν λέαιναν παιδίον ἐν ζκάφῃ, καὶ πρῶτον μὲν ἀπολύσαν τὰ ζπάργανα, εἶτα δὲ ἐκ τοῦ λυθροῦ καθειλῆσαν αὐτὸ, παραφυλάξας ἔνθα ἀνέπαυσε τὸ βρέφος, ὡς εἶδεν ἐρημίαν, εἰσέθορε διά τινος ἀνεῳγμένης θυρίδος, ἐξ ἧς οἱ καὶ πάνʃα ζύνοπʃα ἦν· καὶ ἄρας ἐκ τῆς εὐνῆς τὸ παιδίον, καὶ γυμνώσας ὡς ἔτυχεν ἰδὼν, καὶ κομίσας εἰς μέσον τὴν ζκάφην, ζέον ὕδωρ (καὶ γὰρ ἦν ἐπί τινων ἀνθράκων θερμαινόμενον) τοῦ δυσυχοῦς παιδίου καθέχεε, καὶ μέντοι καὶ ἀπέκʃεινεν αὐτὸ οἴκτιʃα.

ΚΕΦ. κβ΄.

Περὶ Ὑαίνης, καὶ περὶ τοῦ καλουμένου Κροκότʃα.

ΚΑκόηθες δὲ ἄρα καὶ ὕαινα ἦν, καὶ ὃν καλοῦσι κροκότʃαν. Ἡ γοῦν ὕαινα πρὸς τὰ αὔλια νύκʃωρ φοιτᾷ, καὶ μιμεῖται τοὺς ἐμοῦνʃας. Ἀκόουʃες δὲ οἱ κυνὲς προσίασιν, ὡς ἐπ᾽ ἄνθρωπον· ἡ δὲ αὐτοὺς ζυλλαμβάνει, καὶ ἐσθίει. Πανουργίαν δὲ κροκότʃα, ἣν ἤκουσα, καὶ αὐτὸς ἔοικα λέξειν νῦν. Εἰς τὸς δρυμοὺς ἑαυʃὸν ἐγκρύψας, εἶτα μέντοι τῶν ὑλοργούντων ἀκούει, καὶ καλούντων ἀλλήλους ἐξ ὀνόματος, καὶ μέντοι λαλούντων αὐτά· εἶτα μέντοι μιμεῖται τὰς φωνὰς, καὶ φθέγγεται (εἰ καὶ μυθῶδες τὸ εἰρημένον) ἀνθρωπίνῃ γοῦν φωνῇ, καὶ καλεῖ τὸ ὄνομα, ὃ ἤκουσε, καὶ ὁ κληθεὶς προσεισιν· ὁ δὲ ἀναχωρεῖ, καὶ πάλιν καλεῖ· ὁ δὲ καὶ μᾶλλον καθὰ τὴν φωνὴν ἔρχεʃαι· ὅταν δὲ αὐτὸν τῶν ζυμπονούντων ἀπαγάγῃ, καὶ ἔρημον ἀποφήνῃ, ζυλλαβὼν ἀπέκʃεινε, καὶ ποιεῖται τροφὴν τὸ ἐνʃεῦθεν φωνῇ δελεάσας.

CAP. XXIII.

Quomodo Leo novit ulciſci eum a quo injuria adfectus fuit.

EVM a quo injuriam acceperit leo, probe novit ulciſci; et quamvis ex eo ipſo non ſtatim ultionem ceperit,

At certe et poſtea retinet ſimultatem, donec perfecerit,
Suo in pectore.

Huic rei teſtimonio eſt Iuba Maurus, pater illius, qui Romam miſſus eſt obſes. Is cum aliquando expeditionem per deſertam regionem faceret, adverſus gentes, quae ab ſe defeciſſent, e ſuo comitatu quiſpiam, cum praeſtanti nobilitate, tum egregia pulchritudine, adoleſcens rei venatoriae peritus, leonem caſu ſecundum viam animadverſum ſagitta appetens, non ab ictu directo aberravit, quin ei vulnus, non tamen mortem, intulit. Et cum expeditio acceleraretur, tum leo, vulnere excepto, ſtatim ſe ſubduxit; tum ille, qui vulnus ei inflixiſſet, una cum ceteris diſceſſit. Anno vertente exacto, Iuba, rebus, ad quas cum exercitu profectus fuiſſet, praeclare geſtis, eadem via regreſſus eſt ad eum locum, ubi leo vulnus exceperat. Is ſane, etſi maxima hominum multitudo erat, iſtuc accedens, ab invadendis tamen ceteris ſuum impetum ſuſtentavit: illum duntaxat, qui ſe anno ante laeſiſſet, corripuit, et furorem acerbiſſimum, quem tamdiu, quam dixi, ſervaſſet, in illum ipſum adoleſcentem, quem ab aliis internoſſet, effudit, atque eum dilaceravit; nec illum quiſpiam ab hac calamitate vindicare eſt auſus, ſed graviſſima et valde horrenda leonis ira perterrefacti, urgente etiam itineris ratione, omnes praeterierunt.

CAP. XXIV.

De Cancris.

CANCRORVM genera diverſa eſſe audio. Sunt enim quidam ſaxatiles; alii in limo, algis, aut arena gignuntur; quamobrem et formis et cognominibus differunt. Sunt, qui curſores, quod longe

ΚΕΦ. κγ'.

Πῶς οἶδεν ὁ Λέων ἀμύνεσθαι τὸν προαδικήσαντα.

Ἀμύνεσθαι δὲ τὸν προαδικήσαντα ὁ λέων οἶδε. Καὶ εἰ μὴ παραχρῆμα αὐτῷ τιμωρήσαι,

Ἀλλά γε καὶ μεθόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ,
Ἐν σήθεσσιν ἑοῖσι.

Καὶ τούτου μαρτύριον Ἰόβας ὁ Μαυρούσιος, ὃν τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ὁμηρεύσαντος παιδῶν. Ἤλαυνέ ποτε διὰ τῆς ἐρήμης ἐπί τινα ἔθνη τῶν ἀποστάντων, καί τις αὐτῷ τῶν παραθεόντων μειρακίσκος εὐγενὴς μὲν καὶ ὡραῖος, ἤδη δὲ θηρατικὸς, λέοντός που παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκφανέντα ἀκοντίῳ βάλλει, καὶ σκοπῶν μὲν ἔτυχε, καὶ ἔτρωσεν, ὃ μὴν ἀπέκτεινε. Καὶ σπουδὴν δὲ τῆς ἐλάσεως ὅσης, τὸ μὲν θηρίον ἀνεχώρησε· παρέδραμε δὲ καὶ ὁ τρώσας, καὶ οἱ λοιποί. Ἐνιαυτῷ γε μὴν διελθόντος ὁλοκλήρου, ὁ μὲν Ἰόβας καλορθώσας ἐφ' ἃ ἐσάλη, τὴν αὐτὴν ὑποστρέφων ἔρχεται καὶ τὸν τόπον, ἔνθα ἔτυχεν ὁ λέων τρωθείς· Καὶ ὄντος πλήθους παμπόλλου, πρόσεισι τὸ θηρίον ἐκεῖνο, καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀπέχεται· συλλαμβάνει δὲ τὸν τρώσαντα πρὸ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὸν θυμὸν, ὑπερῶν παρὰ τὸν χρόνον τὸν προειρημένον ἐφύλαττεν, ἀθρόον ἔχει, καὶ διασπᾷ τὸ μειράκιον γνωρίσας· ἐτιμώρησε δὲ ἀδεὶς, φοβηθέντες ὀργὴν λέοντος ἰσχυρὰν, καὶ δεινῶς ἐκπληκτικὴν, ἄλλως τε καὶ ἡ πορεία ἤπειγε.

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ Καρκίνων.

Καρκίνων γένη διάφορα, καὶ φῦλα ποικίλα, ἀκούω εἶναι. Καὶ γὰρ ἔν καὶ πελαγίοι εἰσὶ· ἀλλὰ καὶ πηλοὶ τίκτουσι καρκίνους, καὶ φυκία, καὶ ψάμμος, ἰδέαι τε αὐτῶν καὶ ἐπωνυμίαι πολ-

longe lateque vagentur, merito appellantur. Plerumque enim circum littora errant, ubi et nati ſunt; modo longius proficiſcuntur, non aliter quam perigrinationum ſtudioſi homines. Cauſa eis erroris eſt cupiditas in loca ſaxoſa, vel coenoſa ſaepe, perveniendi, dum amplius aliquid cibi perquirunt. Ceterum in Boſporo Thracio, cum vehementes aquarum fluctus a Ponto deferantur, cancri adverſus eoſdem nituntur; circa promontoria vero fluctuum vis major eſt, ita ut omnino repulſi averſique cancri (ut rationi conſentaneum eſt) impetum ſequi undarum cogerentur. Hoc praeſcientes cancri, ubi jam prope ad promontorium appulerint, ſinguli in ſinuoſo aliquo loco ſe tenent, ſimul et reliquos exſpectant; demum in eundem locum congregati, adrepentes per praecipites crepidines in ſiccum adſcendunt, et fluctuum vim, qua parte violentior erat, evadunt, iter pedibus conficientes; cum autem hanc violentiam pedibus praetergreſſi ſunt, rurſus per crepidines in mare recurrunt. Parcunt autem eis piſcatores, cum declinandi communis periculi gratia ſponte in terram exeunt; neque homines cum ſint, ipſo etiam maris impetu ſaeviores ipſis videri volunt.

CAP. XXV.

De Cane zelotypo.

QVEMADMODVM adulteris obtrectet et invideat porphyrio, animal etiam prudentiſſimum, non modo moderatiſſimum, alibi, ſi bona memoria ſum, me dixiſſe memini. Iam vero caniculam Siculam adulteris adverſari atque infeſtiſſimam fuiſſe auditione accepi. Cum enim adultera mulier conjugem ſuum peregre redire audiſſet, illum, qui cum ea ſtupri conſuetudinem haberet, in latebras bene penitus, ut ipſa putabat, occultavit. Verum etſi

ex

λαί. Πλανῶνται δὲ δεῦρο κἀκεῖσε, καλούμενοι δρομίαι, ὧδε γὰρ ἐπαινεῖν αὐτὰς πρεπωδέσαλον. Ἀτρεμεῖν γὰρ κ᾽ ἡσυχάζειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς χώρας ὅτε ἐθέλουσιν, ὅτε πεφύκασιν· ἀλλὰ περὶ τὰς αἰγιαλὰς ἀλῶνται, ὅθενπερ κ᾽ ἐξέφυσαν, ἤδη δὲ κ᾽ σέλλονται ποῤῥωλέρω, ὡσπερεῖν οἱ τῶν ἀνθρώπων φιλαπόδημοι. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς πλάνης ἐς τὰ πελρώδη χωρία ἐλθεῖν, κ᾽ ἐς τὰ πηλώδη πολλάκις· ὑπόθεσις δὲ αὐτοῖς τῆς τοσαύτης ἄλης, τὸ ἐθέλειν πλείονός τινος ἀπολαῦσαι. Ἐν δὲ τῷ Θρᾳκίῳ Βοσπόρῳ ἐπειδὰν τὸ ῥεῦμα βίαιον ἐκ Πόνλυ καλαφέρηται, βάλονται μὲν οἱ καρκίνοι πρὸς ἐναντίον ὠθούμενοι τὸν ῥοῦν βαδίζειν· ταῖς δὲ ἄκραις, ὡς τὸ εἰκὸς, βιαιότερον τὸ ῥεῦμα περιῤῥήγνυται, τὰς ἓν καρκίνους ὠθήσει τε πάντως κ᾽ ἀναλρέψει εἰ μέλλουσιν ἰέναι τῷ ῥῷ ὁμόσε. Οἱ δὲ ταῦτα προϊσασι, κ᾽ ἐπειδὰν ἀφίκωνται τῆς ἄκρας πλησίον, ἕκασος ἔν τινι κολπώδει χωρίῳ εἶτα ἑαυτὸν ἐπέχει, κ᾽ τὰς λοιπὰς ἀναμένει· εἶτα ἀθροισθέντες ἐν ταὐτῷ, προσανέρπουσιν ἐς τὴν γῆν, κ᾽ ἀναῤῥιχῶνται ἐπὶ τὰς κρημνὰς, τὰ μάλισα ῥοῶδες κ᾽ βίαιον τοῦ πελάγους πεζοὶ διέρχονται· εἶτα ἔξω τῆς ἄκρας γενόμενοι, κ᾽ παραμείψαντες αὐτὴν, εἰς τὴν θάλατταν καλίασιν αὖθις. Φείδονται δὲ αὐτῶν οἱ ἁλιεῖς, ὅτε ἐκόντες ἐπὶ τὴν γῆν προσέρπουσι, ζωθῆναι δεόμενοι ὁμοῦ αὐτοῖς· ἔκων αὐτοῖς ὑπομένουσι τοῦ κλύδωνος ἀγριώτεροι δοκεῖν οἱ ἄνθρωποι.

ΚΕΦ. κέ.

Περὶ Κυνὸς ζηλοτύπου.

ΖΗλοτυπίαν ζώου φρονιμωτάτου, κ᾽ μέντοι κ᾽ ζωφρονεστάτου ἄνω που οἶδα εἰπών· πορφυρίων δὲ ἄρα τὸ ζῶον ἦν, εἴτι μέντοι κ᾽ παῤ ἡμῖν μνήμης ὑγιοῦς ἀγαθόν ἐστι. Ἤδη δὲ κ᾽ κυνίδιον μοιχοῖς πολέμιον, κ᾽ ἔχθιστον τῷδε τῷ φύλῳ, πέπυσμαι Σικελικόν. Ὁ μὲν μοιχὸς ἔνδον ὑπεκρύπτετο, τῆς γυναικὸς τῆς μάχλου πυθομένης ἥκειν τὸν ἄνδρα ὡς ἐξ ἀποδημίας, κ᾽ ὥς γε ᾤετο ζκέπης ἐν καλῷ εἶναι. Οἱ γάρτοι τῶν οἰκετῶν δεκασθέντες

ex ſervis non lautiſſimi modo, ſed et janitores pecunia corrupti, cum dominam ad occultationem adulterii juvabant, tum adultero confidentiam ad inferendum ſtuprum adferebant; tantum tamen huic mulieri haec aſtutia abfuit ad praecavendum, ut certe canicula partim locum illum, quo adulter abdebatur, allatraret, partim pedibus fores conſtrupratoris receptatrices eouſque convellere adoriretur, domino ut non mediocris terror injiceretur, ex eoque ſuſpicaretur ibi malum aliquod latere. Quare fores effregit, adulterum comprehendit; qui eo animo cinctus gladio noctem expectabat, ut dominum domus interficeret, et mulierem, quam ante dixi, uxorem duceret.

CAP. XXVI.

Quaenam animalia interimat ſaliva hominis, et de Capris.

CAPRARVM ſolertia etiam haec eſt: ſalivam humanam pernicioſam eſſe ceteris animantibus probe norunt, atque ab ea ſibi cavent; quemadmodum nos quoque conamur, quae homini, ſi guſtaverit, ſunt pernicioſa, effugere. Verumtamen ſaepe imprudens ſibi noxia homo haurit: at non item capras ſaliva hominis latet: quae et marinas ſcolopendras interficere valet. Praenovit etiam capra cum proximum eſt, ut juguletur; quod vel inde conſtat, quoniam non amplius cibum attingit. Eadem indignum putans ſe in extremo ovilli pecoris agmine incedere, gregem quidem praecurrens antegreditur; at ipſam hircus tum barbae fiducia, tum naturae quodam inſtinctu, genus maſculum femineo praeferens antecedit.

CAP.

κασθέντες ὅσοι γῆν τῇ δεσποίνῃ τὸ κακὸν ζυναπέκρυπτον (ἦσαν δὲ ἄρα ὅσοι καὶ τὸ παλρῷον καὶ μύρων ἐπισάται φησὶν εἶναι Εὐριπίδης, καὶ οἱ θυρωροὶ δὲ) εἶτα μέντοι θαῤῥεῖν ἐποίουν τὸν τῆς εὐνῆς κλῶπα· ὁ μὴν ἀπήντησε ταύτῃ ταῦτα, ἐπεὶ καὶ πολλῶ δεῖ· τὸ γάρ τοι κυνίδιον, ἔνθα ὁ μοιχὸς ἦν, ὑλακτεῖ τε ἅμα, καὶ μέντοι καὶ ταῖς θύραις τὰς πόδας προσαῤῥάττει, ὡς ἐκπλῆξαι τὸν δεσπότην, καὶ ζυμβαλεῖν ἐκ τοῦ δρωμένου κακὸν εἶναί τι ὑπολανθάνον. Καὶ οἷα εἰκὸς δείσας, τὰς θύρας ἐκβαλὼν τὸν μοιχὸν καταλαμβάνει· καὶ εἶχε ξίφος ἐκεῖνος, καὶ νύκτα ἀνέμενεν, ἵνα ἀποκτείνῃ τῆς οἰκίας τὸν δεσπότην, καὶ τὴν προειρημένην ὑπογήμῃ γυναῖκα.

ΚΕΦ. κς΄.

Ὅσα ἀναιρεῖ τὸ τοῦ ἀνθρώπου Πτύελον, καὶ περὶ Αἰγῶν.

Σοφὰ δὲ αἰγῶν ἐστι καὶ ἐκεῖνα· πτύελον ἀνθρώπου θανατηφόρον εἶναι ζώῳ ἑτέρῳ καλῶς ἴσασι, καὶ φυλάττονται· ὥσπερ οὖν καὶ ἡμεῖς πειρώμεθα ἀποδιδράσκειν, ὅσα ἀνθρώπῳ κακόν ἐστιν, εἰ περ οὖν ἀποτεύσαιτο αὐτῶν. Ἤδη μέντοι τις καὶ ἄνθρωπος ἀγνοῶν καὶ λαθὼν καθέπτεν· αἱ δὲ αἶγες, ἐπὴν αὐτὰς λάθοι τὸ ἤδη προειρημένον· ἀποκτείνειν δὲ καὶ τὰς θαλαττίας Σκολοπένδρας τὸ αὐτὸ δήπου πτύελον δεινότατόν ἐστι. Μέλλουσα δὲ ἡ αἶξ ἀποσφάττεσθαι, σαφῶς οἶδε· καὶ τὸ μαρτύριον, ἐπὴν ἔτι τροφῆς προσάψαιτο. Οὐκ ἀξιοῖ δὲ προβάτων ἐραστεῖν, ἀλλ' ἡγεῖσθαι ἓν αὐτὴν δεῖν καὶ ἐκ τῆς βαδίσεως ὁμολογεῖ· προθεῖ γῆν ἐκεῖνα, καὶ μέντοι καὶ αὐτὰς τὰς αἶγας ὁ τράγος τῷ γενείῳ θαῤῥῶν, καὶ κατά τινα φύσιν θαυμαστὴν τοῦ θήλεως προκρίνων τὸ ἄῤῥεν.

ΚΕΦ.

CAP. XXVII.

De Ovibus.

OVES prae omnibus animalibus obedientes, et ad parendum a natura edoctae ſunt. Obtemperant enim et paſtori et canibus, et capras in via ſequuntur. Eaedem mutuo inter ſe amore vehementi devinciuntur, ejuſque gratia minus de luporum inſidiis periclitantur; neque enim quaevis ſeorſum oberrat, neque gregem temere ulla deſeruerit, ſicut caprae. Ceterum Arabes horum apud ſe pecorum greges muſica magis, quam paſcuis pingueſcere aiunt. Salſis delectantur, quod ſalis ſapor potum eis ſuaviorem reddat. Hoc etiam non ignorant oves, boream et auſtrum non minus, quam qui eas ineunt arietes, earum foecunditatem promovere; et inſuper ſciunt boream ad maſculae ſobolis generationem, auſtrum femineae efficacem eſſe; quamobrem vel ad hunc, vel ad illum, pro alterutrius deſiderio ſexus, quae initur ovis, ſeſe obvertit. Achilles quidem, ut amicus ejus Patroclus rogo impoſitus cremaretur, ſupplicatione opus habebat, unde Iris, o bone Homere, ventos ei rogatos advocat, quibus ille adflantibus ſacrificium tanquam mercedem promittit. Quin et Neoclis filius Athenienſes ventis ſacrificare edocuit. At oves facile, et abſque ullis ceremoniis, ventos ſuorum miniſtros conceptuum ſua ſponte et non appellatos et promptos habent, ad quos periti paſtores eas dirigunt: cum enim auſter flat, tunc ut femineae prolis numerus augeatur, ovibus arietes admittunt.

ΚΕΦ. κζ'.

Περὶ Προβάτων.

Ὑπειθέσθαι δὲ ἄρα τῶν ζώων τὰ πρόβατα ἦν, καὶ ἄρχεσθαι φύσει πεπαιδευμένα. Ὑπακούει γοῦν καὶ τῷ νομεῖ, καὶ τοῖς κυσὶ, καὶ μέντοι καὶ ἕπονται ταῖς αἰξί. Φιλεῖ δὲ καὶ ἄλληλα ἰσχυρῶς, καὶ ὑπό γε τῶν λύκων ἐπιβουλεύεσθαι ἧττον· ὁ γὰρ πλανᾶται ἰδίᾳ ἕκαστον, ὁδὲ μὴν ἀπὸ τοῦ συννόμου σχίζεσθαι, ὥσπερ οἱ αἶγες. Λέγουσι δὲ Ἄραβες, ὅτι ἄρα τὰ παρ' αὐτοῖς ποίμνια πιαίνεσθαι ὑπὸ μουσικῆς μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τοῦ χιλοῦ. Τῶν δὲ ἁλμυρῶν ἐσθίει ἥδιον, ποιεῖται γὰρ τὴν τοιαύτην τροφὴν πολὺ ὄψον. Τάγε μὴν πρόβατα καὶ ἐκεῖνο οἶδεν, ὅτι αὐτοῖς ὁ βορέας καὶ ὁ νότος συμμάχονται πρὸς τὸ τίκτειν, ὁ μεῖον τῶν κριῶν ἀναβαινόντων αὐτά· οἶδε καὶ τοῦτο, ὅτι ἄρα ὁ μὲν βορέας ἀρρενοποιός ἐστιν, ὁ δὲ νότος θηλυγόνος εἶναι πέφυκε· καὶ ἐὰν δέηται τοῦδε τοῦ ἐκγόνου ἢ τοῦδε, ὀχευομένη ἡ ὄϊς, πρὸς τὸν ἀπέβλεψεν, ἢ πρὸς τόν. Ἀχιλλεὺς μὲν, ἵνα φίλος αὐτῷ κείμενος ἐπὶ τῆς πυρᾶς καυθῇ, εὐχῆς ἐδεῖτο, καὶ ἡ Ἶρις παρεκάλει τοὺς ἀνέμους αὐτῷ, ὦ καλὲ Ὄμηρε, καὶ ὑπισχνεῖται ἥκουσιν ἱερουργίαν οἱονεὶ μισθόν. Καὶ ὁ τοῦ Νεοκλέους δὲ Ἀθηναίους ἐδίδασκε θύειν τοῖς πνεύμασιν. Αἱ δὲ ὄϊς ἀπραγμόνως, καὶ ἄνευ τινὸς τεραλείας, τοὺς ἀνέμους εἰς ὠδῖνα τὴν σφετέραν ὑπηρέτας ἑτοίμους καὶ ἀκλήτους ἔχουσι, σκοποὶ δὲ ἄρα τούτων εἰσὶ καὶ οἱ ποιμένες ἀγαθοί· ὅταν γοῦν ὁ νότος πνέῃ, τότε τοὺς κριοὺς ἐπὶ τὰς ὄϊς ἄγουσιν, ἵνα ἡ ἐπιγονὴ ἡ θηλύτονος ᾖ αὐτοῖς μᾶλλον.

CAP. XXVIII.

Quomodo Erigones canem ultus fuerit Apollo.

CVM Icarium occidiſſent populares eorum, qui primi vino epoto temulentia et ſomno capti ſunt, neſcientes, vinum mortem non inferre, ſed temulentum ſoporem, morbo laborarunt Atticae incolae, Baccho, ut mihi videtur, primum ſuae vitis cultorem, eumque ſenio gravem, ulciſcente. Itaque, conſulto Pythii oraculo, reſponſum tulerunt, ſi ſalvi eſſe cupiant, oportere ipſos ſacra facere Icario, et Erigonae ejus filiae, et cani ejuſdem, quem fama celebrat ex eo, quod prae nimia in heram benevolentia a morte ejus ſupereſſe noluerit. Euripides certe jocari mihi videtur his verſibus :

Si res herilis cedat infeliciter,
Aegre ferunt hoc et dolent ſervi boni.

Quis enim ſervum mihi propter dominum mortuum nominabit, cum id canis ſervus facere ſuſtinuerit ?

CAP. XXIX.

De Cane Colophonii.

CANVM benevolentiae proprium in altores ſuos illud de viro Colophonio teſtatur. Is ad mercatum Teon proficiſcens, uti quaedam ibi emeret (nam ejus in mercaturis faciendis verſabatur induſtria) pecuniam, ſervum, et canem ſecum accepit. Ac quidem ſervus, qui eam ipſam pecuniam ferebat, cum viae aliquantum proceſſiſſent, ad dejiciendam alvum ex inſtituto itinere divertit, quem ſecutus eſt canis. Servus igitur marſypium humi repoſuit, idemque iterum e terra tollere oblitus diſceſſit; at vero canis ibi remanſit marſypio incubans. Deinde ſimul ut Teon herus et ſervus veniſſent, re infecta, cum nummos ad emendum non

ΚΕΦ. κή.

Πῶς ἐτιμώρησε τῆς Ἠριγόνης κυνὶ ὁ Πύθιος.

ΟΤΕ τὸν Ἰκάριον ἀπέκτειναν οἱ ποσοήκοντες τοῖς ποῶτον ποιῆσιν οἶνον, καὶ εἰς ὕπνον ἐμπεσῆσιν, οὐκ εἰδότες πω μὴ θάνατον εἶναι τὸ ποαχθὲν, ἀλλ' οἰνηρὸν κάρον, νενόσηκαν οἱ κατὰ τὴν Ἀτθικὴν, ἐμοὶ δοκεῖν, τῆ Διονύσῳ τιμωρῆντος τῷ ποώτῳ γεωργῷ τῶν αὐτῆ φυτῶν, καὶ ποεσβυτάτῳ. Ὁ γὰν Πύθιος ἔχρησεν, εἰ βέλονται τυχεῖν σωτηρίας, Ἰκαρίῳ θύειν καὶ Ἠριγόνῃ τῇ τέτῳ παιδὶ, καὶ τῷ κυνὶ τῷ ἀδομένῳ, ὅτι ἄρα δι' ὑπερβολὴν εὐνοίας τὴν ποὸς τὴν δέσποιναν βιῶναι μετ' αὐτὴν οὐκ ἔγνω ἄν· παίζει δὲ Ευριπίδης λέγων·

Χρησοῖσι δέλοις συμφορὰ τὰ δεσποτῶν
Κακῶς ποτνῶντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται,

Πῆ γὰρ ἄνθρωπος ἐπὶ τῷ δεσπότῃ τέθνηκεν, κυνὸς δέλῳ δράσαντος αὐτό;

ΚΕΦ. κθ'.

Περὶ τῆ Κολοφωνίῳ κυνός.

ΙΔιον δὲ ἄρα τῆς τῶν κυνῶν εἰς τοὺς τρέφοντας εὐνοίας καὶ ἐκεῖνο μαρτυρεῖ. Ὁ Κολοφώνιος ἀνὴρ ποραγίνεται εἰς τὴν Τέων, συνωνησόμενός τινα (καὶ γὰρ ἦν ἐμποριχὸς, καὶ τὴν ἐκ τῶν ὠνίων καπηλείαν τε καὶ μεταβολὴν ποόσοδον εἶχεν) ἀργύριον δὲ ἐπηγάγετο, καὶ οἰκέτην, καὶ κύνα. Ἔφερε δὲ τὸ ἀργύριον ὁ δῆλος· ἐπεὶ δὲ ποὸ ὁδῆ ἦσαν, ὁ οἰκέτης ἐξετρέπετο, ἤπειγε γάρ τι αὐτὸν τῶν κατὰ φύσιν, ἠκολούθησε δὲ καὶ ὁ κύων. Τὸ τοίνυν φασκώλιον ἀνέπαυσεν ὁ νεανίας, καὶ ἀνελέσθαι πάλιν οὐκ ἐνενόησεν, ἀλλ' ᾤχετο ἀπιών· ὁ δὲ κύων ἑαυτὸν καταπλίνας ἐπὶ τῷ ἀργυρίῳ ἔμενεν ἥσυχος. Ἐλθόντες δὲ εἰς τὴν Τέων ὅτε δεσπότης καὶ ὁ οἰκέτης, εἶτα μέντοι ἄπρακτοι ἐπανῆλθον, ὅτε

non haberent, reverterunt; atque eadem via retro iter legentes ad locum pervenerunt, ubi ſervus marſypium reliquerat, atque canem marſypio incubantem, prae fame vix ſpirantem offendunt; qui vix dum herum et conſervum ſuum viderat, cum a marſypio ſe removens, uno et eodem tempore et cuſtodia et vita exceſſit. Argum igitur canem, o divine Homere, non tuum eſſe figmentum, neque poeticas nugas exiſtimandum eſt; ſiquidem ea, quae retuli, Teio evenerunt.

CAP. XXX.

De Cancris.

CANCRORVM genus lutarium colore aliis albius ſpectatur, et in luto naſcitur. Cum inceſſit eis timor, humo ſe excitant ad volatum, et perparvis alis ſublevantur, quibus quidem gradientes uti minime neceſſe habent. Cum autem injectus eis eſt metus, nonnihil in his ſubſidii, non tamen admodum firmi habent; enimvero comprehenduntur, quod ſurſum altius ſublevari non queunt. Quidam eos comedunt; et ex coxarum vertebris laborantibus etiam remedio eſſe ferunt.

CAP. XXXI.

De Cancellis.

A Conchis quidem inopes et nudi cancelli naſcuntur, deinde eas tanquam optima domicilia ad habitandum deligunt. Cum enim vacuas offenderunt conchulas purpurae aut ſtrombi, intra eas ingrediuntur; et quamdiu quidem eos tegunt, delectantur habitaculo; ſi vero creverint carne, in alteram domum tranſmigrant. Neque modo in ſupradictorum conchas immigrant, ſed et in permultas alias, ſi vacuae ſunt.

CAP.

ὠνήσονται ἢ ἔχοντες· τὴν αὐτήν γε μὴν ἐκτρέπονται πάλιν, ἔνθα ὁ οἰκέτης ἀπέλιπεν τὸ βαλάντιον, καὶ καταλαμβάνουσι τὸν σφέτερον κύνα ἐπικείμενον αὐτῷ, καὶ μόλις ἐμπνέοντα ὑπὸ λιμοῦ· ὁ δὲ, ὡς εἶδε τὸν δεσπότην καὶ τὸν ὁμόδουλον, αὐτὸν ἀποκλίνας τῇ φασκωλίᾳ, καταὶ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ τὴν φρυαὰν καὶ τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν. Οὔκουν ἀδὲ Ἄργος ὁ κύων μυθοποίημα ἦν, ὦ θεῖε Ὅμηρε, ζῶν, ἀδὲ κόμπος ποιητικὸς, εἰπερῶν καὶ τῷ Τηΐῳ ταῦτα ἀπήντησεν, ὅσα καὶ προεῖπον.

ΚΕΦ. λ΄.

Περὶ Καρκίνων.

ΓΕνος καρκίνων ἐστὶ, καὶ ποταμίαι ὄνομα αὐτοῖς. Τῶν μὲν ἓν ἄλλων ἰδεῖν εἰσι λευκότεροι, τίκτονται δὲ ἐν τῷ ποτῷ. Δείσαντες δὲ ἔτοι καὶ πέτονται, ἔχουσι γὰρ πτερύγια μικρὰ, ἀπερῶν αὐτοὺς ἡσυχῇ μετεωρίζει τε καὶ ἐλαφρίζει. Βαδίζοντες μὲν ἓν ἥκιστα τούτων δέονται, φοβηθέντες δὲ ἔχουσί τινα ἐπικουρίαν ἀ πάνυ καρτεράν· ἁλίσκονται γὰρ ὅτε ὑψηλοὶ πετόμενοι, ὅτε μὴν μετεωροπορεῖν οἷοί τε ὄντες. Τούτους μέντοι τοὺς καρκίνους ἐσθίουσί τινες· φασὶ δὲ καὶ ἰσχίου πόνῳ ἀγαθὰ εἶναι εἴ τις φάγοι ἀλγῶν.

ΚΕΦ. λά.

Περὶ Καρκινάδων.

Αἱ δὲ καρκινάδες τίκτονται μὲν γυμναὶ, τὸ δὲ ὄστρακον ἑαυταῖς αἱροῦνται, ὡς οἰκίαν οἰκήσαι τὴν ἀρίστην. Ὑποδύεται δὲ καὶ πορφύρας ὄστρακον κενῷ περιτυχοῦσα, καὶ στρόμβου· καὶ εἰς ὅσον μὲν αὐτὴν στέγει, χαίρει τῇ καταγωγῇ· ἐὰν δὲ αὐξήσῃ τὴν σάρκα, εἰς ἄλλον μετοικίζεται οἶκον. Περιτυγχάνει δὲ τοῖς προειρημένοις, καὶ πολλοῖς καὶ κενοῖς ὀστράκοις.

ΚΕΦ.

CAP. XXXII.

De Strombis.

STROMBI regem habent, cui ſe faciles ad obtemperandum praebent. Rex non modo magnitudine praeſtat, ſed longe etiam pulchritudine caeteris omnibus antecellit. Quod ſi commodum ei videatur demergi, hoc quidem ipſum primus facit; ſin emergere, idem incipit; itemque ſi commigrandum ſit, ipſe primus tentat, caeteri ſubſequuntur. Quicunque hunc regem ceperit, bene rem geret, omniaque ei commode cadent; ſed is etiam qui alium capientem viderit, alacrior diſcedit, veluti re proſpera fruiturus. In urbe Byzantio drachma Attica ei qui hunc comprehenderit, praemium proponitur, a ſingulis in piſcatione ſociis conferendum.

CAP. XXXIII.

De Echinis marinis.

FLVCTVS et tempeſtas ad terram echinos devolvens e mari funditus in aridum expellit, et violenter allidit. Hi ejus periculi metuentes, cum ſentiunt mare inhorreſcere, et ventorum acerbitate procellas cieri, ſuis ſpinis lapillos ad geſtandum faciles tollunt; ut libramentum ac firmamentum habeant, ne procellarum incurſus, ac ſuae ejectionis periculum, a quo ſibi timent, ſubeant.

CAP. XXXIV.

De Purpura.

PVRPVRA vehementer guloſa eſt, et longam habet linguam, eaque penetrat quaecunque poteſt, et attrahit quae comedit; eadem etiam capitur. Capiendi autem modus ejuſmodi eſt: Parva naſſa denſo contextu, exiguis maculis, contexitur; intus vero in media naſſa ſtrombus piſcis, illecebra, appenditur ad eam allicien-

ΚΕΦ. λβ΄.

Περὶ Στρόμβων.

Οἱ δὲ στρόμβοι καὶ βασιλέα ἔχουσι, καὶ μάλα γε εὐπειθῶς ἄρχονται. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ὗτος μεγέθει μέν ἐστι μέγιστος, κάλλει δὲ κάλλιστος. Καὶ εἰ μὲν εἴη οἱ καταδῦναι λῷον, ἔδρασε τοῦτο πρώτιστος· εἰ δὲ ἀναδῦναι, καὶ τούτου ἄρχει· μεταχινεμένῳ δὲ ἕπονται καὶ οἱ λοιποί. Ὅστις δ' ἂν ἕλῃ τόνδε τὸν βασιλέα, ὅτι ἄμεινον πράξει, καλῶς οἶδε· καὶ μέντοι καὶ εἴτις εἶδε θηρώμενον, εὐθυμότερος ἀπῆλθεν, ὥς τι χρηστὸν καὶ ἐκεῖνος ἔξων. Ἐν Βυζαντίῳ δὲ καὶ ἆθλον πρόκειται τῷ θηράσαντι τὸν προειρημένον· διδόασι δὲ οἱ συνθηραταὶ δραχμὴν Ἀττικὴν ἕκαστος τῷ ἑλόντι, καὶ τόγε ἆθλον τοῦτο ἐστίν.

ΚΕΦ. λγ΄.

Περὶ τῶν θαλαττίων Ἐχίνων.

Τοὺς ἐχίνους ὁ κλύδων κυλίων εἰς τὰ ἔξω, καὶ προσαράττων τῷ ξηρῷ τῆς θαλάττης βιαιόταται ἐκβάλλει. Τοῦτο τοίνυν ἐκεῖνοι δεδιότες, ὅταν αἴσθωνται φρίττον τὸ κῦμα, καὶ μέλλον πνεῦμα σφοδρότερον ὑπανίσασθαι, ταῖς ἀκάνθαις ἀναιροῦνται λιθίδια, ὅσα εὔκολά ἐστι φέρειν αὐτοῖς, καὶ ἔχουσιν ἔρμα, καὶ ἁ ῥᾳδίως κυλίονται, ἁδὲ πάσχουσιν ὃ δεδοίκασι.

ΚΕΦ. λδ΄.

Περὶ τοῦ ζώου τῆς Πορφύρας.

Ἡ Πορφύρα λίχνον ἐστὶν ἰσχυρῶς, καὶ ἔχει γλῶτταν προμηκεστέραν, καὶ διείρει διὰ παντὸς ὅπερ ἂν καὶ δύνηται, καὶ διὰ ταύτης ἕλκει ὅσα ἂν καὶ ἐσθίει· καὶ διὰ ταύτης δὲ ἁλίσκεται. Καὶ ὁ τρόπος τῆς θήρας ἐκεῖνός ἐστι. Διαπλέκεται κυρτὶς μικρὰ μέν, πυκνὴ δέ· καὶ ἐντὸς ἔχει στρόμβον τῇ πορφύρᾳ τὸ δέλεαρ

alliciendam. Purpura igitur majorem in modum linguam diſtendere contendens eo pertinere, et ſtrombum ipſum adſequi conatur; et ne ab eſca, quam ligurit, aberret, omnem eam neceſſe habet exerere; itaque, ipſa exerta, fugit eſcam, quoad plenitudine intumeſcentem iterum extrahere non poſſit; unde fit, ut eam piſcator liguritione irretitam comprehendat.

CAP. XXXV.

De Scolopendra ſive Centipeda.

SCOLOPENDRA marina terreſtri perquam ſimilis eſt; quam primum ut homo contigerit, ſtatim pruritu mordetur, et ſimili atque is, qui ab urtica terreſtri pungitur, doloris ſenſu adficitur. Vrticae pruritum movent, et uredinem concitant; ſed non tam acrem, quam centipeda. Poſt aequinoctium urticarum genus eſculentius eſt.

CAP. XXXVI.

De fuga Elephantorum.

CVM a venatoribus elephanti, tanquam milites in bello, funduntur et fugantur, non alii ab aliis ſeparatim, ſed omnes ſimul et communiter, in fugam ſe dant, ac ſimul inter ſe prementes ad gregales ſuos adhaereſcunt. Horum autem qui jam ſunt firmata et integra aetate, reliquos ſic circumcludunt, tanquam pugnaciſſimi propugnatores totum agmen circummuniunt; qui vero longius ſunt aetate provecti, atque matres ſub ſe quaeque ſuos pullos ita occultantes, perraro hi parvuli ut videantur, medium obtinent locum. Quod ſi hos ipſos frequentes coactos leones etiam perſpiciant, vel omnes recta, vel alii alio, tanquam hinnuli, ab elephantis ſibi timentes ſeſe in fugam conjiciunt, et antea formidabiles horum adſpectatione metu percelluntur. Nunquam vero elephas inſequentibus ſe opponit, niſi aut pullorum ſuorum, aut aegrotantium cauſa; tum vero inexpugnabilis eſt.

CAP.

δέλεαρ, ϗ διῆρται ἕτος ἐν τῇ κυρτίδι μέσῃ. Ἀγώνισμα ἔν τῇ ωορφύρᾳ διαλεῖναι τὴν γλῶτλάν ἐςι, ϗ ἐφικέσθαι αὐτῆ· ϗ ἀνάγκη ωᾶσαν αὐτὴν ωροβάλλειν, εἰ μέλλοι μὴ ἁμαρλήσεσθαι, ἢ γλίχελαι, λαβεῖν· ϗ ἐκβάλλεσα τὴν γλῶτλαν ἐκμυζᾷ, εἶτα διώδησεν ἑαυλὴν ἡ γλῶτλα ὑπὸ ωλησμονῆς, ϗ ἐξελκύσαι ἀδύναλός ἐςιν αὖθις, μένει τοίνυν ἁλοῦσα· ϗ ὁ ωορφυρεὺς αἰσθόμενος, ἐθήρασε δεύτερος ὑπὸ τῆς λιχνείας τὴν ωροειρημένην.

ΚΕΦ. λέ.

Περὶ τῆς Σκολοπένδρας τῆς θαλατλίας.

ΣΚολόπενδρα θαλάτλιον θηρίον, ϗ τῷ χερσαίῳ εἰπεῖν ὁμοιόταλόν ἐςιν· εἰ δὲ αὐτῆς ωροσάψελαι ἀνθρωπεία σὰρξ, ἀδαξᾶταί τε ωαραχρῆμα ϗ κνησιεῖ, ϗ ωάσχει τοιαῦτα, ὁποῖα ϗ ὑπὸ τῆς βοτάνης, ἣν καλοῦσι κνίδην. Ποιοῦσι δὲ ϗ ἀκαλῆφαι κνησμὸν, ἀλλ' ὅπω τοσοῦτον. Εἰσὶ δὲ ἐδώδιμοι μᾶλλον διελθούσης ἰσημερίας αἱ ἀκαλῆφαι.

ΚΕΦ λς.

Περὶ τῆς τῶν Ἐλεφάντων τροπῆς.

ΟΤαν ὑπὸ τῶν θηραλῶν, ὡς ἐν ωολέμῳ ςραλιῶται, τραπῶσιν οἱ ἐλέφανλες, ϗ εἰς φυγὴν ὁρμήσωσιν, ὐ φεύγουσι διηρημένοι, ὐδὲ καθ' ἕνα, ἀλλὰ κοινῇ, ϗ ωιέζουσιν ἀλλήλους τῶν συννόμων ἐχόμενοι. Καὶ κύκλῳ μὲν οἱ νέοι, ὡς εἰπεῖν τὸ μαχιμώταλον· ἐν μέσῳ δὲ οἱ γεγηρακότες, ϗ αἱ μητέρες, ὑπὸ ταύταις δὲ τὰ ωώλια ἑκάση τὸ ἴδιον ἀποκρύπλουσα· ϗ ὁρῶνταί γε οἵδε οἱ μικροὶ σπανιώταλα. Ἀθρόους δὲ αὐτοὺς ἐὰν ἀθρήσωσι ϗ λέονλες, ἢ φεύγουσι ωολροπάδην, ἢ ἄλλος ἄλλῃ καλέπληξαν, ὡς νεβροὶ, τοὺς ἐλέφανλας, οἱ τέως φοβεροὶ ϗ ἐκπληκλικοὶ καλαδείσανλες. Οὐκ ἀνθίσαλαι δὲ τοῖς διώκουσιν ἐλέφας, εἰ μή ωοτε ἄρα ὑπὲρ τῶν τέκνων, ϗ τῶν νοσούντων· ἐνταῦθα δὲ ἄμαχός ἐςιν.

CAP. XXXVII.

De Elephanto Pori regis.

PORO Indorum rege in praelio, quod cum Alexandro commiſit, vulnerato, elephantus, quo vehebatur, etſi multis etiam ipſe vulneribus adfectus, defixa tamen in corpore Pori tela leniter et caute promuſcide extrahere non prius deſtitit, quam dominum intellexiſſet ex redundanti ſanguinis profuſione debilitari et evaneſcere. Itaque leniter et ſenſim ſe demiſit, ac ita flexis genibus manſit, ut ne ex alto decidens Pori corpus gravi caſu affligeretur.

CAP. XXXVIII.

Quinam Canes in pugna ſocii dominorum fuerunt.

CVM Hyrcanis et Magneſiis canes quaſi ſocietatem bellorum gerendorum inire ſolebant, hiſque maximo ad bella inferenda adjumento erant. In pugna etiam ad Marathonem commiſſa Athenienſis quiſpiam ſibi commilitonem canem adduxit, et uterque in Poecile depictus eſt, nec canis contemptui habitus eſt, ſed pro periculo hoc praemium conſecutus eſt, ut inter Cynaegirum, Epizelum, et Callimachum ſpectaretur. Picturae hujus Nicon, vel, ut alii putant, Polygnotus Thaſius auctor fuit.

CAP. XXXIX.

Quinam dixerint Cervas etiam feminas cornua habere.

QVI cervae feminae cornua deeſſe aiunt, illi contrariae ſententiae adſertores non verentur: Sophoclem quidem dicentem,

Cornuta ab altis cerva collibus venit,
Ad paſcua prata:

et rurſus:

Sublime tollens cornuum
Graditur ſuorum ſpicula.

Haec

ΚΕΦ. λζ'.

Περὶ τῦ Ἐλέφαντος τῦ Πώρυ.

Πῶρυ τῦ τῶν Ἰνδῶν βασιλέως ὁ ἐλέφας, ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον μάχῃ τελρωμένυ, πολλὰ ἡσυχῇ καὶ μελὰ φειδῦς τῇ προβοσκίδι ἐξήρει τὰ ἀκόντια, καὶ μέντοι καὶ αὐτὸς τελρωμένος πολλὰ ὐ πρότερον εἶξε, πρὶν ἢ ζυνιέναι, ὅτι ἄρα ὁ δεσπότης αὐτῷ διὰ τὴν ῥύαν τῦ αἵματος τὴν πολλὴν παρεῖται καὶ ἐκθνήσκει. Οὐκῦν ἑαυτὸν ὑπέκλινε, καὶ ὀκλάσας ἔμεινεν, ἵνα μὴ ἄνωθεν πεσὼν ὁ Πῶρος, εἶτα μέντοι κακωθῇ τὸ σῶμα ἔτι μᾶλλον.

ΚΕΦ. λή.

Τίνες Ζυσραλιῶται Κύνες ἐγένονλο.

Υρκανοῖς καὶ Μάγνησιν οἱ κύνες Ζυνεσραλεύονλο, καὶ ἦν καὶ τῦτο Ζυμμαχικὸν ἀγαθὸν αὐτοῖς καὶ ἐπικυρικόν. Συσραλιώτην δέ τις Ἀθηναῖος ἐν τῇ μάχῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι ἐπήγελο καὶ κύνα, καὶ γραφῇ εἴκασαι ἐν τῇ Ποικίλῃ ἑκάτερος, μὴ ἀτιμασθέντος τῦ κυνὸς, ἀλλ' ὑπὲρ τῦ κινδύνυ μισθὸν εἰληφότος, ὁρᾶσθαι σὺν τοῖς ἀμφὶ τὸν Κυναίγειρον καὶ Ἐπίζηλόν τε καὶ Καλλίμαχον. Ἔσι δὲ καὶ ἕτοι καὶ ὁ κύων Νίκωνος γράμμα· οἱ δὲ ὐ τῦτυ, ἀλλὰ τῦ Θασίυ Πολυγνώτυ φασί.

ΚΕΦ. λθ'.

Ὅσοι ἔφασαν καὶ θῆλυν Ἔλαφον κέραλα ἔχειν.

Ὅσοι λέγυσι θῆλυν ἔλαφον τὰ κέραλα ὐ φύειν, ὐκ αἰδῦνλαι τὰς τῦ ἐναντίυ μάρλυρας· Σοφοκλέα μὲν εἰπόντα,

Νομὰς δέ τις κερῶσσ' ἀπ' ὀρθίων πάγων
Καθεῖρπεν ἔλαφος·

καὶ πάλιν·

Ἄρασα μύξας καὶ κερασφόρυς
Στόρθυγας εἶρπεν ἔκηλος.

Haec Sophili filius in fabula, quam Aleadas inſcripſit. Et Euripides in Iphigenia:

Objiciam Achivis cervam inſignem cornibus,
Quam pro tua falſi mactabunt filia.

Idem in fabula, cui titulus Temenidae, cervam cornutam Herculi propoſitum certaminis praemium ait, his verbis:

Acceſſit ad cervam aureis cornibus inſignitam,
Dum ſubit ingens certamen montibus in aſperis,
Et quaerit illam paſcuis,
Nemoribus, et pratis.

Item Thebanus ille poeta in epinicio quodam carmine:

Eu-
ryſthei cogebat neceſſitas a patre profecta
Auricornem cervam feminam adductu-
rum.

Denique Anacreon de cerva canit:

Vt hinnulum
Tenellum, lactentem,
Qui in ſylva cornuta
Derelictus a matre
Peribat.

Dictum autem fuit contra adulterantes; et qui pro κεράεσσα, id eſt, *cornuta*, ἐράεσσα, id eſt, *amabilis*, reponunt, adulterata lectione, ab Ariſtophane Byzantio egregie redarguuntur.

CAP. XL.

De Canum benevolentia.

Hoc ſane admirabilis canum amoris exſuperantiam declarat. Cum Polus, cujus dum viveret munus erat tragoedias agere, animam egiſſet, et pro more cremaretur, canis ejus alumnus in medios

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ τῦ Σοφίλυ ἐν τοῖς Ἀλεάδαις. Ὁ δὲ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ·

Ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις
Κερῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσυσι σὴν
Σφάζειν θυγατέρα.

Ἐν δὲ τοῖς Τημενίδαις τὸ Ἡράκλειον ἆθλον ἔλαφον κέρατα ἔχειν ὁ αὐτὸς Εὐριπίδης φησὶ, τὸν τρόπον τόνδε ᾄδων·

Ἦλθε δ' ἐπὶ χρυσόκερων ἔλαφον,
Μεγάλων ἄθλων ἵνα δεινὸν ὑποσὰς
Καθ' ἑναύλυς ὀρέων ἀβάτυς, ἐπί τε
Λειμῶνας, ποιμένιά τε ἄλση.

Ὁ δὲ Θηβαῖος μυσοποιὸς ἔν τινι τῶν ἐπινικίων ὑμνεῖ λέγων·

Εὐ-
ρυσθέος ἔντυ' ἀνάγκα, παγρόθεν
Χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξο-
θ'.

Καὶ Ἀνακρέων ἐπὶ θηλείας φησίν·

Οἵά τε νεβρὸν
Νεοθηλέα, γαλαθηνὸν,
Ὅς τ' ἐν ὕλῃ κεροέσσης
Ὑπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς
Ἐπλοήθη.

Πρὸς δὲ τὰς μοιχῶνας τὸ λεχθέν· καὶ μέντοι καὶ φάσκοντας δεῖν ἐροέσσης γράφειν, ἀντιλέγει καταπράτος Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ μεταίρει τῇ ἀντιλογίᾳ.

ΚΕΦ. μά.

Περὶ τῆς τῶν Κυνῶν εὐνοίας.

ΙΔΙΑ δὲ ἄρα κυνῶν καὶ ἐκεῖνα, εὐνοίας ὑπερβολὴν πᾶσαν ἐκνενικηκότα. Πώλῳ μὲν ὃν τῷ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτῇ ὁ κύων ὁ τρόφιμος αὐτῦ τεθνεῶτι, καὶ καιομένῳ, ἑαυτὸν συγκατέπρησε,

medios ignes inſiliens una cum altore ſuo exuſtus eſt. Rogo etiam eodem, in quem Mentor impoſitus fuiſſet, canes ejus Eretrici voluntariam mortem ſibi conſciverunt. Vt vero Theodorum pſalten ſui propinqui in ſepulchrum impoſuiſſent, ejus Melitenſis catellus, ultro ſeipſum in cadaveris thecam injiciens, pariter cum domino ſepultus eſt. Nationem Aethiopum eſſe audivi, quae canem habet regem ſuum, et illius etiam arbitrio paret; ſi ſuo quodam modo gannit vel murmurat, eum non iratum eſſe norunt; ſi latrat, iram agnoſcunt. Hoc, ſi cui teſtimonio ſufficiens videatur Hermippus, teſtem ſibi narrationis adducens Ariſtocleonem, credat; mihi vero non latens pulchre in memoriam venit.

CAP. XLI.

De Anſere, quem Lacydes philoſophus peripateticus habuit; et de Elephanto Pyrrhi Epirotae.

LACYDEN peripateticum, altorem ſuum, anſer tantopere amavit, ut et cum ipſo ſimul ambularet; et cum ille ſederet, hic quoque ab ambulando quieſceret; nec ipſum unquam relinqueret. Eum igitur Lacydes mortuum non minus ambitioſe, quam aut filium aut fratrem, ſepulturae honore affecit. Cum Pyrrhus, Epirotarum rex, ad Argos occubuiſſet, in eo conflictu elephantus fuit, qui domitorem ſuum tantopere amavit, ut non prius, quamvis moderator jam excidiſſet, currere omiſerit, quam ſuum nutricium ex hoſtibus et ſervaſſet, et intra fines amicos reportaſſet.

CAP. XLII.

De Mulo malefico, quem ultus fuit Thales.

MALITIOSE factum muli Thales Mileſius manifeſto deprehenſum ingenioſe admodum ultus eſt. Cum enim ille ſale onuſtus fluvium aliquando tranſmitteret, forte evenit, ut et caderet, et ſarcina everteretur; ſal autem aqua perfuſus liquefieret. Is

ex

τέρησε, τῇ ϖυρᾷ ἐμπηδήσας. Καιομένῳ δὲ ϰ᾽ Μέντορι σκύλακες Ἐρετριαὶ ἑαυτὰς συγκατέρησαν, ἑκοῦσαι κοινωνήσασαι τοῦ τέλους. Θεόδωρον δὲ ἄνδρα ψάλτην ἀγαθὸν, τὸν μὲν ἐς τὴν σορὸν ἐνέθεσαν οἱ ϖροσήκοντες, κυνίδιον δὲ Μελιταῖον ἑαυτὸ ἐνέβαλεν εἰς τὴν θήκην τοῦ νεκροῦ, ϰ᾽ συνετάφη. Πέπυσμαι δὲ ϰ᾽ Αἰθιόπων εἶναι ἔθνος, ἐν ᾧ βασιλεύει κύων, ϰ᾽ τῇ ἐκείνου ὁρμῇ ϖείθονται· ϰυζωμένου τε ἴσασιν, ὅτι μὴ θυμοῦται, ϰ᾽ ὑλακτοῦντος τὴν ὀργὴν συνιᾶσι. Τοῦτο εἴ τῳ ἱκανὸς Ἕρμιππος τεκμηριῶσαι, μάρτυρά οἱ τοῦ λόγου ἐπαγόμενος Ἀριστοκλέωνα, πειθέτω· ἐμὲ δὲ μὴ λαθὸν εἶτα ἐν καλῷ τῆς μνήμης ἀφίκετο.

ΚΕΦ. μά.

Περὶ τῆς Χηνὸς, ἣν Λακύδης ὁ ϖεριπατητικὸς εἶχε· ϰ᾽ Ἐλέφαντος Πύῤῥου τοῦ Ἠπειρώτου.

Λακύδῃ τῷ ϖεριπατητικῷ κτῆμα ἦν χηνός τι χρῆμα θαυμάσιον. Ἐφίλει γοῦν τὸν τροφέα ἰσχυρῶς, ϰ᾽ βαδίζοντι μὲν συνεβάδιζε, καθημένου δὲ ἀνεπαύετο, οὐκ ἀπελείπετο δὲ αὐτοῦ ἐν βραχεῖ· ὅνπερ ϰ᾽ ἀποθανόντα ὁ Λακύδης ἔθαψε ϰ᾽ ϖάνυ φιλοτίμως, ὥσπερ ἕν ἢ υἱὸν ἢ ἀδελφὸν ἐκεῖνος θάπτων. Πύῤῥου δὲ τοῦ Ἠπειρώτου ἦν ἐλέφας, ὅσπερ ἕν τὸν ἑαυτοῦ ϖωλευτὴν ὅτως ἠγάπησεν, ὡς ἀποθανόντος ἐν Ἄργει τοῦ Πύῤῥου, ἐκπεσόντος δὲ τοῦ ἐλαύνοντος, οὐ ϖρότερον ὑπέμεινεν ἀτρεμῆσαι ϰ᾽ ἡσυχάσαι, ϖρὶν ἢ ἀνασώσασθαι τοῦτον αὐτὸν ἐκ τῶν ϖολεμίων, ϰ᾽ ἐς τὸ φίλον μεταγαγεῖν.

ΚΕΦ. μβ΄.

Περὶ Ἡμιόνου κακέργου, ὃν ἠμύναλο Θαλῆς ὁ σοφός.

Κακεργίαν δὲ ὀρέως Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἠμύναλο, καλαφωράσας ϖάνυ ἀποῤῥήτως. Ἅλας ἡμίονος ἦγε φόρτον, καί ϖοτε διὰ ϖοταμοῦ ἰὼν καλὰ τύχην καλώλισθε, ϰ᾽ ϖεριετράπη. Βραχέντες ἕν οἱ ἅλες καλελάκησαν, ϰ᾽ κοῦφος ὁ ὀρεὺς γενό-

ex eo, quod jam ab onere ſolutus eſſet, magnam laetitiam cepit; et ſimul ut, quantum inter laborem et otium intereſſet, cognoviſſet, in reliquum tempus fortunam ſibi jam magiſtram ſtatuens, quam primo labem et caſum invitus feciſſet, deinde prudens et ſciens admittebat. Non poterat autem agaſo alia, quam per fluvium, via iter facere. Hoc igitur Thales ubi intellexiſſet, ſapientia ulciſcendam illius malitiam arbitratus pro ſale eum ſpongiis et lana onerari praecepit. Mulus inſtructarum ſibi inſidiarum ignarus ex conſueto more cecidit. Cum autem aqua repletum onus eſſe gravius ſenſiſſet, atque aſtutiam in detrimentum ſibi verſam percepiſſet, ex eo tempore ſine moleſtia flumina tranſiens ab omni lapſu tibias ſuſtinebat, et ſalem ab eo incommodo integrum conſervabat.

CAP. XLIII.

De Elephanto in Antiochia Syriae civitate.

In Antiochia Syriae urbe audio cicurem elephantum fuiſſe; huncque, dum ad paſtiones iret, mulierem corollas vendentem quam ſuaviſſime adſpexiſſe, et quam libentiſſime in illius conſpectu acquieviſſe, atque hujus faciem promuſcide terſiſſe; mulierem viciſſim ex ſuo artificio illecebras amatorias, corollas videlicet, quas anni tempus permittebat, contexuiſſe, elephanto obtuliſſe; et quotidie illum quidem accipere, hanc vero largiri conſueviſſe. Poſtea autem quam mulier exceſſit e vita, elephantus nec priſtinae conſuetudinis compos, nec quam amaret amplius mulierem videns, tanquam amans, qui amaſiam amiſiſſet, efferabatur; et, qui ante manſuetus fuerat, feritatem induebat, inſtar hominum, qui triſtitia ac moerore vehementer laborantes mentis impotes fiunt.

CAP.

γενόμενος ἤσθη· καὶ συνιδὼν ὁπόσον τὸ μεταξὺ ἦν τοῦ μόχθου καὶ τῆς ῥᾳσώνης, τοῦ λοιποῦ τὴν τύχην διδάσκαλον ποιησάμενος, ὃ πρότερον ἄκων ἔπαθεν, εἶτα μέντοι τοῦτο εἰργάζετο ἑκών. Ἄλλην δὲ τῷ ὀρεοκόμῳ ἐλαύνειν, καὶ ἔξω τοῦ πολαμοῦ, ἄπορον ἦν. Τοῦτό τοι διηπορημένου ὁ Θαλῆς ὡς ἐπύθετο, σοφίᾳ ἀμύνασθαι τῆς κακουργίας τὸν ὀρέα φήθη δεῖν, καὶ προσάτλει ὑπὲρ τῶν ἁλῶν σποργιαῖς καὶ ἐρίοις ἐπισάξαι αὐτόν. Ὁ δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἐκ εἰδὼς καλὰ τὸ σύνηθες ὤλισθε, καὶ ἀναπλήσας ὕδατος τὰ ἐπικείμενα τοῦ ἄχθους ἤσθετο, καὶ ὅπως οἱ τὸ σόφισμα ἐτράπη ἐπὶ κακῷ, καὶ ἐξ ἐκείνου ἡσυχῇ διερχόμενος, καὶ κρατῶν τῶν σκελῶν, ἀπαθεῖς τοὺς ἄλας διεφύλατε.

ΚΕΦ. μγ'.

Περὶ τοῦ ἐν Ἀντιοχίᾳ τῇ Σύρων Ἐλέφαντος.

Πυνθάνομαι δὲ ἐν τῇ Ἀντιόχου πόλει τῇ Σύρων γενέσθαι πρᾶον ἐλέφαντα· ἰόντά τε αὐτὸν ἐπὶ τὰς νομὰς σεφανόπωλιν γυναῖκα ὁρᾶν ἡδέως, καὶ προσεσάναι αὐτῇ, καὶ τῇ προβοσκίδι τὸ πρόσωπον τῆς ἀνθρώπου καθαίρειν· δέλεαρ δὲ ἄρα ἐκείνη καθίει τοῦ φίλτρου αὐτῷ, σέφανον ἀεὶ τῶν ἐκ τῆς τέχνης τὸν καθ' ὥραν πλεκόμενον· καὶ τῷ μὲν ὁσημέραι λαμβάνειν ἔργον ἦν, τῇ δὲ διδόναι. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἡ μὲν ἄνθρωπος τὸν βίον καλέσρεψεν, ὁ δὲ ἐλέφας τῆς συνηθείας διαμαρλάγων, καὶ ἐκ ὁρῶν, ἣν ἐπόθει, γυναῖκα, ὥσπερ ἂν ἐραστὴς ἐρωμένης ἀτυχῶν, ἐξηγριώθη· καὶ ὃς τέως πραότατος ἦν, εἰς θυμὸν ἐξήφθη, ὥσπερ ἂν καὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ ἄγαν ὑπὸ τῆς λύπης ἐπικλυσθέντες καὶ ἔκφρονες γεγενημένοι.

CAP. XLIV.

Quod exorientem ſolem adorant Elephanti, et quomodo Deus iſte illorum curam gerat.

EXORIENTEM ſolem elephanti adorant, promuſcides, tanquam manus, adverſus ſolis radios allevantes, unde etiam deo cari ſunt; cujus rei Philopator Ptolemaeus teſtis eſt nobis locuples. In bello, quod cum Antiocho geſſit, victoria penes illum fuit; cumque ſoli ſacra faceret, proque victoria ei gratias perſolveret, tum quod ad reliqua magnifica ſacrificavit, tum vero etiam quatuor elephantos maxima magnitudine, exiſtimans ſe illo ſacrificio deum religioſe colere, primum immolavit. Deinde cum in ſomniis minis dei perculſus fuiſſet, ob inuſitatam et alienam hoſtiam, religionis metu permotus, pro immolatis ex aere quatuor elephantes in honorem ſolis excitavit, hoc ut ſupplici facto hunc ſibi placatum efficeret. Ergo deos elephanti adorant; homines autem, num dii exſiſtant, et, ſi ſint, num humanarum rerum curam gerant, dubitant.

CAP. XLV.

De potu Ibidis, atque iterum de Elephantis.

SACERDOTES in Aegypto non quavis aqua ſe luſtrant, nec utcunque obvia, ſed ex qua ibidem bibiſſe credant. Norunt enim optime hanc avem nunquam guſtare aquam ſordidam, aut ullis infectam venenis; ut quam divinandi arte quoque praeditam, veluti avem ſacram, exiſtiment. Caeterum ex elephantis auſlio eos, qui integri nec vulnerati ſunt, vulneratorum ſpicula et jacula leniter extrahere, veluti chirurgiae peritos, et hanc artem edoctos. Priſcis animalia, vel quae ratione carent, adeo curae fuerunt, ut Pyrrho Epirotae gratum fuerit Aquilae cognomen; Antiocho autem,

ΚΕΦ. μδ'.

Ὅτι τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα προσκυνοῦσιν οἱ ἐλέφαντες, καὶ ὅπως αὐτῶν μήδεται ὁ θεός.

ΤΟΝ ἥλιον ἀνίσχοντα προσκυνοῦσιν ἐλέφαντες, τὰς προβοσκίδας εὐθὺ τῆς ἀκτῖνος, ὡς χεῖρας, ἀνατείναντες, ἔνθεν τοι καὶ τῷ θεῷ φιλοῦνται· μάρτυς ἀγαθὸς ὁ Φιλοπάτωρ ἡμῖν Πτολεμαῖος ἔσω. Ἡ μὲν καλὰ Ἀνιόχου νίκη σὺν αὐτῷ ἐγένετο, θύων δὲ ἐπινίκια, καὶ ἱλεούμενος τὸν ἥλιον ὁ Πτολεμαῖος, τῇ τε ἄλλῃ μεγαλοπρεπῶς ἔθυσε· καὶ ἓν καὶ τέτταρας ἐλέφαντας μεγέθει μεγάλους παρέσησεν ἱερεῖα, ὥς γε ᾤετο καὶ ταύτῃ τῇ θυσίᾳ γεραίρων ἐκεῖνος τὸ θεῖον. Ἐνύπνιον δὲ αὐτὸν διεπάραξεν, ὡς ἀπειλοῦντος τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῇ ἀήθει τε καὶ ξένῃ θυσίᾳ, καὶ δείσας ἐκεῖνος, χαλκοῦς τέτταρας ποιησάμενος ἀνῆψε τῷ θεῷ ὑπὲρ τῶν ἀνηρημένων, δεόμενός τε καὶ εὐμενιζόμενος αὐτόν. Ἐλέφαντες μὲν ἓν θεοὺς προσκυνοῦσιν· οἱ δὲ ἄνθρωποι, εἰ ἄρα γε εἰσὶ θεοὶ, καὶ ὅπως εἰ φρονίζουσιν ἡμῶν, διαποροῦσι.

ΚΕΦ. με.

Περὶ τοῦ τῆς Ἴβιδος πολοῦ, καὶ πάλιν περὶ Ἐλεφάντων.

ΟΙ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἱερεῖς ἑαυτοὺς περιῤῥαίνουσιν ὑ πάντι ὕδατι, οὐδὲ μὴν οὐδὲ τῷ παραπυχόντι, ἀλλ' ἐκείνῳ, ἐξ οὗ πεπιστεύκασιν, ὅτι ἄρα καὶ ἶβις πέπωκεν. Ἴσασι γὰρ κάλλιστα, ὅτι μήποτε ἂν πίῃ ὕδατος ἐκείνη ῥυπαροῦ, καὶ λελυμασμένου ἔκ τινων φαρμάκων· ἔχειν γάρ τι πιστεύουσιν ἐν ἑαυτῷ τὸ ζῶον καὶ μαντικῆς, ἅτε ἱερόν. Ἐλέφαντας δὲ ἀκούω τῶν τετρωμένων τοὺς ἀτρώτους πεφεισμένως ἐξαιρεῖν καὶ ξυσὰ καὶ ἀκόντια, ὥσπερ οὖν χειρουργίας ἐπισήμονας, καὶ μαθόντας τὴν ἐν τοῖσδε σοφίαν. Οὕτω δὴ ἄρα ἦν διὰ σπουδῆς τοῖς ἄνω τοῦ

autem, ut fertur, Accipitris. Haec licet argumento diverſa, a nobis conjunctim dicta ſunt, hominibus ſtudioſis cognitu non indigna.

CAP. XLVI.

Quibuſnam cuſtodibus ſe commiſit Mithridates Ponticus.

MITHRIDATES Ponticus, cum ſomnum caperet, ſui corporis cuſtodiam non modo armis et ſatellitibus committebat, ſed magis etiam tauro, equo, et cervo, quos manſuefactos cuſtodes habebat. Hi enim ad cuſtodiam ejus dormientis advigilantes, ſi quis accederet, illius ſenſum ex ipſa reſpiratione mox percipiebant; atque ille mugitu, alter hinnitu, alius ſua propria voce, eum e ſomno excitabant.

CAP. XLVII.

De diverſis nominibus, quibus Animalium ferorum foetus, et ipſa quaedam adulta nominantur.

TENERI ferarum animantium foetus nomina invenerunt diverſa, plerique etiam gemina ſortiuntur. Nam leonum σκύμνοι dicuntur, et λεονῆιδεῖς, Ariſtophane Byzantio teſte. Pantherarum ſimiliter vel σκύμνοι, vel ἄρκηλοι, ſed aliqui ἀρκήλικες genus a pantheris diverſum faciunt. Porro thoum et tigridum foetus non alio quam σκύμνων nomine vocari ſolent; item formicarum, et pantherum. Lyncis etiam ſoboli non aliud inditum nomen puto, nam Laſus in Dithyrambis ſic ſcribit: *Lynciſque ſoboles, quae* σκύμνος *appellatur*. At ſimiarum ut σκύμνοι, ita πιθηκιδεῖς dicuntur. Bubalidum autem πῶλες et orygum, canum vero et luporum σκύλακας vocari idem Ariſtophanes ait; at ex lupis etiam λυκιδεῖς dicuntur; aetate vero et magnitudine jam provecta eadem beſtia μονόλυκος [ſolitarius lupus] dici ſolet. Leporum foetura λαγιδεῖς ſunt; ex iis adultum poetae etiam πῶκα [pavidum] nuncu-

χρόνῳ ϗ τὰ ἄλοϛα· ἔχαιρε μὲν ἀκόων Ἀεὶὸς ὁ Ἠπειρώτης Πύῤῥος, ὁ δὲ τὸ δὴ λεγόμενον Ἱέραξ ὁ Ἀνϯίοχος. Διάφορα μὲν δὴ ταῦτα ϗ ἀθρόα εἰρήσεϛαι, τῷ συνιέντι μαθεῖν ἄξια.

ΚΕΦ. μϛ΄.

Τίσι φαρμακοῖς ἑαυϯὸν ἐπίσευεν ὁ Μιθριδάτης ὁ Πονϯικός.

Μιθριδάτης ὁ Πονϯικὸς τὴν ἑαυϯοῦ φαρμακὰν καθεύδονϯος ἐπίσευεν ἤϯϯον ϗ τοῖς ὅπλοις ϗ τοῖς δορυφόροις· ϗ διὰ ταῦτα ἡμερωθέντας εἶχε φύλακας ταύρον, ϗ ἵππον, ϗ ἔλαφον. Καθεύδονϯα γὲν ἐφράρων αὐτὸν οἵδε οἱ θῆρες, εἴτις ϖροσίοι, τάχισα ἐκ τῆς ἀναπνοῆς αἰσθανόμενοι· ϗ ὁ μὲν τῷ μυκήμαϯι, ὁ δὲ τῷ χρεμεϯίσμαϯι, ὁ δὲ τῇ μηκῇ διύπνιζον αὐτόν.

ΚΕΦ. μζ΄.

Περὶ τῆς διαφορότηϯος τῶν ὀνομάτων, ἅπερ ἔν ἔχει τὰ ἔκγονα τῶν ἀγρίων Ζώων, ϗ ἔνια αὐτῶν τέλεια.

ΤΩΝ ἀγρίων ζώων τὰ ἔκγονα τὰ νέα διαφόρως ὀνομάζεϯαι· ϗ τάγε ϖλείω διπλῆν τὴν ἐπωνυμίαν ἔχει. Λεόντων γὲν σκύμνοι ϗ λεοντιδεῖς ὀνομάζονϯαι, ὡς Ἀριϛοφάνης ὁ Βυζάντιος μαρϯυρεῖ. Παρδάλεων δὲ σκύμνοι τε ϗ ἄρκηλοι· εἰσὶ δὲ, οἵ φασι γένος ἕτερον τῶν ϖαρδάλεων τὲς ἀρκήλες εἶναι. Θώων δὲ μόνοι σκύμνοι φιλῶσι καλεῖσθαι, ϗ τίγρεων ὁμοίως· ϗ μυρμήκων δὲ, ϗ ϖανθήρων. Ἔοικε δὲ ϗ τὰ τῶν λυγῶν ἔκγονα ὁμοίως ὀνομάζεσθαι, ἐν γὲν τοῖς Λασῶ λεγομένοις Διθυράμβοις ἔτως εὑρίσκεϯαι· Σκύμνος εἰρημένον τὸ βρέφος τὸ τῆς λυγός. Πιθήκων δὲ ἀκόομεν σκύμνες τε ϗ ϖιθηκιδεῖς τὲς αὐτές. Βαβαλίδων δὲ ϖώλες, εἰ δὲ ϗ ὀρύγων, ἔκ ἂν θαυμάσαιμι ὁ αὐτὸς Ἀριϛοφάνης φησί· κυνῶν δὲ ϗ λύκων σκύλακες καλοῖνϯο ἂν ἦδ᾽ ὅς· ἤδη δὲ ϗ λυκιδεῖς καλῶνται οἱ τῶν λύκων, ὁ δὲ τέλειος ϗ μέγιϛος καλοῖϯο ἂν μονόλυκος. Τῶν μὲν

nuncuparunt; Lacedaemonii vero ταχίναν. Vulpis foetus ἀλωπεκιδεῖς dicuntur; ipſa quidem mater κερδὼ, σκαφώρη, et σκινδαπὸς dicta. Aprorum porcellos μολόβρια vocitant; unde et ſus μολοβρίτης Hipponacti cognominatur; eſt et ſus quidam μόνιος [ſolitarius.] Capreas autem ζόρκας, et πρόκας vocare ſolent. Hiſtricum et hujuſmodi ferarum proles ὄβελα dicuntur; cujus nominis mentio fit in Peliadibus Euripidis, et Aeſchyli Agamemnone ac Dictyulcis. Quae autem utero adhuc continentur, ἔμβρυα: quo nomine appellant illa avium, ſerpentum, et crocodilorum; quidam vero ἔμβρυα et ψακάλυς vocant, inter quos et Theſſali ſunt. Aviculas recens natas νεοτ]ὺς et ὀρταλίχυς et gallinaceos pullos aliqui ἀλεκ]ορίδας appellant; item πέρυσιν [pullum annotinum] cognominant, ut vinum annotinum. Licebit et χηνιδεῖς, et χηναλοπεκιδεῖς dicere, et aliarum quoque avium pullos ſimiliter; Achaeus vero, tragoediarum auctor, hirundinis pullum μόχον dixit.

CAP. XLVIII.

De memoria Animalium.

MEMORIAE vim, quae beneficium agnoſcat, animalibus ineſſe ſine ulla arte et doctrina, quam quidam oſtentatores ſe excogitaſſe gloriantur, illa etiam argumento ſunt. Cum a ſenatore Romano ſervus, cui nomen Androcles erat, aufugiſſet, quia facinus quodpiam nefarium (id vero quale fuerit ignoro) admiſiſſet, et in Africam veniſſet, relictis urbibus, quarum ſitum ex aſtris (quod ajunt) conjiciebat, in deſertiſſimam proceſſit regionem; ibique, cum vehementi ardore ſolis torreretur, ſpeluncam lubenter ſubiens ab aeſtu requieſcebat: haec autem ſpelunca leonis erat cubile. Poſtea autem quam ex venatu leo ſummo cum dolore, quo laborabat

μὲν δὴ λαγῶν λαγιδεῖς· ὁ δὲ τέλειος, καὶ πλῶκα αὐτὸν φιλῶσιν ὀνομάζειν οἱ Ποιηταὶ, Λακεδαιμόνιοι δὲ ταχίναν. Ἀλωπέκων δὲ τὰ ἔκγονα ἀλωπεκιδεῖς κέκληνται· αὐτὴ δὲ ἡ μήτηρ καὶ κερδὼ, καὶ σκαφώρη, καὶ σκινδακός. Τῶν δὲ ἀγρίων ὑῶν τὰ τέκνα μολόβρια ὀνομάζουσιν, ἀκούσαις δ' ἂν τῶ Ἱππώνακτος καὶ αὐτὸν τὸν ὗν μολοβρίτην ὡς λέγοντος· καλοῦνται δὲ καὶ τῶν ὑῶν μονιοί τινες. Τάς γε μὴν δορκάδας, καὶ ζόρκας, καὶ πρόκας εἰώθασι ὀνομάζειν. Τῶν δὲ ὑστρίχων καὶ τῶν τοιούτων ἀγρίων τὰ ἔκγονα ὄβρια καλεῖται· καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελειάσι τῶ ὀνόματος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ Δικτυουλκοῖς. Τὰ δὲ ἔτι ἐν τῇ γαστρὶ, ἔμβρυα· καλοῦσι δὲ τὰ τῶν ὀρνίθων, καὶ τὰ τῶν ὄφεων, καὶ τῶν κροκοδείλων· ἔνιοι δὲ ἔμβρυα καὶ ψακάλους καλοῦσιν, ὧν εἰσι καὶ Θετταλοί. Τὰ δὲ πρόσφατα ὀρνίφια νεοττοὺς, καὶ ὀρταλίχους ἀλεκτρυόνων τε ἀλεκτορίδας λέγουσι· καὶ τόνδε πέρυσιν ὀνομάζουσιν, ὡς καὶ τὸν οἶνον· καὶ αὖ πάλιν χηνιδεῖς, καὶ χηναλωπεκιδεῖς, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, καλὰ τὰ αὐτὰ σχηματίζουσιν· Ἀχαιὸς δὲ, ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς, τὸν νεοττὸν τῆς χελιδόνος μόσχον ὠνόμασεν.

ΚΕΦ. μή.

Περὶ τῆς τῶν Ζώων μνήμης.

ΜΝήμην δὲ παρακολουθεῖν καὶ τοῖς ζώοις, καὶ ἴδιον αὐτῶν καὶ τοῦτο εἶναι χωρὶς τῆς εἰς αὐτὴν τέχνης τε καὶ σοφίας, ἣν τεραλευόμενοί τινες ἐπινοῆσαι κομπάζουσι, τεκμηριοῖ καὶ ἐκεῖνα. Τὸν δεσπότην ὅλα τῶν ἐκ τῆς Ῥωμαίας βουλῆς ἀπέδρα Ἀνδροκλῆς ὄνομα, οἰκέτης τὴν τύχην, ὅ,τι κακουργήσας, καὶ ἡλίκον, οὐκ οἶδα εἰπεῖν· ἦκε δ' ἔν ἐς τὴν Λιβύην, καὶ τὰς μὲν πάλεις ἀπελίμπανε, καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἄτροις αὐτὰς ἐσημαίνετο, πρωΐει δὲ ἐς τὴν ἔρημον· φρυγόμενος δὲ ὑπὸ πολλῆς διαπύρου τῆς ἀκτῖνος, ἀσμένως ὕπαυλρόν τινα πέτραν ὑποδραμὼν, ἡσύχαζε· λέοντος δὲ ἄρα κοίτη ἥδε ἡ πετρα ἦν.

Ἐπάνειαι

rabat ex pede transfixo ſtipite ad ſummum praeacuto, revertiſſet, atque in juvenem incidiſſet, ipſum leniter adſpexit, ac blandiri coepit, pedemque porrexit, et, quoad poterat, ſibi ſtipitem extrahi rogabat. Ille primo, etſi mors certa ei inſtaret, ab eo pertimuit; deinde poſtquam manſuetam vidiſſet belluam, eamque ex pede laborare cognoviſſet, tum id quod pedem vexaret, evellit, tum vero illam dolore liberavit. Qua curatione leo delectatus, illum hoſpitaliter et amice tractando, et quae venaretur cum illo communicando, praemium ſalutis perſolvit. Is quidem incoctis, ut leonum mos fert, paſcebatur; ille vero aſſis veſcebatur; communique menſa ſecundum ſuam uterque vivendi rationem utebantur. Itaque totum triennium hoc modo Androcles vixit; et cum tandem corpus ei omnino incomptum illotumque prurigine nimia vexaretur, a leone diſcedens ſe fortunae commiſit. Cumque ubi eſſet intellectum fuiſſet, comprehenderunt eum, vinctumque Romam ad dominum miſerunt. Hunc dominus tum de his, quae admiſiſſet, facinoribus reum facit; factumque eſt, ut is ſic capite damnaretur, ut diſtrahendus beſtiis daretur. Tum vero ille Libycus leo forte captus fuit, et in theatrum immiſſus; ſimul et eo utpote periturus conjectus eſt juvenis, leonis aliquando hoſpes et convictor. Is primum quidem belluam non recognovit; leo contra ſtatim hominem agnovit, ſuaviterque blanditus eſt, et totius corporis inclinatione ad pedes hominis ſe abjecit. Androcles tandem ſuum hoſpitem recognovit, et leonem tanquam peregre venientem amicum amplexatur. Quamobrem, cum artis magicae peritus videretur Androcles, immiſſa eſt in ipſum etiam pardalis; quae cum invadere eum aggrederetur, leo, communis menſae memor, illum, qui videlicet ei aliquando ſalutem attuliſſet, ab hujus laniatu ſervavit, illamque laceravit. Spectatores, ut par erat, incredibili tenebantur admiratione; qui autem ſpectacula praebebat, Androclem accerſivit,

Ἐπάνεισι τοίνυν ἐκ θήρας ὁ λέων, σκόλοπι βιαίῳ περιπαρεὶς καὶ κολαζόμενος, καὶ ἐντυχὼν τῷ νεανίᾳ εἶδεν αὐτὸν πράως, καὶ σαίνειν ἤρξαλο, καὶ πρᾶτεινε τὸν πόδα, καὶ ἐδείκνυτο, ὡς ἠδύναλο, ἐξαιρεθῆναι τὸν σκόλοπα. Ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα, καίτοι θανάτῳ δεόμενος, καλέπληξεν· ἐπεὶ δὲ πρᾶον τὸν θῆρα ἐθεάσαλο, καὶ τὸ καλὰ τὸν πόδα συνεῖδε πάθος, ἐξεῖλε τὸ λυπροῦν τοῦ ποδὸς, καὶ τῆς ὀδύνης ἀπήλλαξεν. Ἡσθεὶς ἐν τῇ θεραπείᾳ ὁ λέων, ἰαλρεῖά οἱ ἐκλίνων ξένον τε ἐνόμιζε καὶ φίλον, καὶ ὧν ἐθήρα ἐκοινώνει. Καὶ ὁ μὲν ἐσιλεῖτο ὠμὰ, ἧ λεόντων νόμος· ὁ δὲ ἑαυτῷ ὤπλα· καὶ κοινῆς ἀπέλαυον τραπέζης, καλὰ φύσιν τὴν αὐτοῦ ἑκάτερος. Καὶ τριῶν μὲν ἐτῶν τὸν τρόπον τοῦτον διεβίωσεν ὁ Ἀνδροκλῆς· εἶτα ὑπεράγαν κυριῶν, καὶ ὀδαξησμῷ βιαίῳ καλειλημμένος, τὸν μὲν λέονλα ἀπολιμπάνει, ἑαυλὸν δὲ μεθίησι τῇ τύχῃ. Εἶτα ἁλώμενον αὐτὸν συλλαβόντες, καὶ ὅτου εἴη πυθόμενοι, ἐς τὴν Ῥώμην τῷ δεσπότῃ δήσανλες ἀποπέμπουσι. Ὁ δὲ, ἐφ' οἷς ἠδικήθη, εὐθύνει τὸν οἰκέτην, καὶ κατεγνώσθη ἐκεῖνος θηρίοις βορὰ παραδοθῆναι. Ἐθηράθη δέ πως καὶ ὁ Λίβυς ἐκεῖνος λέων, καὶ ἀφέθη ἐν τῷ θεάτρῳ· καὶ ὁ νεανίας δὲ ὡς ἀπολόμενος, ὁ πολὲ αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ λέονλι σύνοικός τε καὶ σύσκηνος γελενημένος. Καὶ ὁ μὲν ἄνθρωπος ἐκ ἐγνώρισε τὸν θῆρα· ἐκεῖνος δὲ παραχρῆμα ἀνεγνώρισε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἔσαινεν αὐτὸν, καὶ ὑποκλίνας τὸ πᾶν σῶμα, ἔῤῥιπλό οἱ παρὰ τοῖς ποσίν. Ὄψὲ δὲ καὶ Ἀνδροκλῆς ἐγνώρισε τὸν αὐτοῦ ξένον, καὶ περιλαβὼν τὸν λέονλα, ὡς ἥκονλα ἑταῖρον ἐξ ἀποδημίας καλησπάζελο. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει γόης, ἀφείθη οἱ καὶ πάρδαλις· ὁρμώσης δὲ αὐτῆς ἐπὶ τὸν Ἀνδροκλέα, ὁ λέων ἀμύνων τῷ πολε ἰασαμένῳ, καὶ κοινῆς τραπέζης μεμνημένος, διασπᾷ τὴν πάρδαλιν. Οἷα τοίνυν εἰκὸς, οἱ θεώμενοι ἐκπλήτλονλαι· καὶ ὁ διδοὺς τὰς θέας καλεῖ τὸν Ἀνδροκλέα, καὶ τὸ πᾶν μανθάνει. Καὶ θροῦς εἰς τὸ πλῆθος διαῤῥεῖ, καὶ τὸ σαφὲς ὁ δῆμος μαθόντες ἐκβοῶσιν ἐλευθέρους ἀφεῖσθαι καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὸν λέονλα.

vit, ab eoque totam rem cognovit. Inde primo rumor in multitudinem effluxit, deinde, re cognita, populus clamavit, homini ipſi et leoni eſſe largiendam libertatem. Conſtat igitur brutis quoque non deeſſe memoriam. His modo commemoratis ſimilis eſt hiſtoria de Leone in Samo in templo Bacchi cum hiatu cognominato, quam ſi quis ſcitu dignam exiſtimet, ex Eratoſthene, Euphorione, aliiſque, qui eandem referunt, noſſe poterit.

AELIANI

Ἴδιον δὴ τῶν ζώων καὶ ἡ μνήμη· καὶ συνῳδὸν τοῖς προειρημένοις, καὶ ἐς τὸ αὐτὸ δ' ἐστὶν εὔδονλος ἐν τῇ Σάμῳ, ἐπὶ τῷ κεχηνότος Διονύσου νομίζοιλο ἂν καὶ τὸ φωλιὸν εἰδέναι. Καὶ τοῦτο ἀκούετω Ἐραλοσθένους τε καὶ Ἐυφορίωνος, καὶ ἄλλων περιηγουμένων αὐτό.

AELIANI
DE
NATVRA ANIMALIVM
LIBER VIII.

CAPVT I.

De Canibus Indicis denuo comperta.

EX Indicarum rerum ſcriptis iſta etiam docemur: Canes feminas multo generoſiſſimas, tum ad inveſtiganda ferarum veſtigia praeſtantiſſimas, tum vero ad curſum velociſſimas, in loca feris abundantia, venationis periti, perductas ut primum ad arborem alligarunt, aleamque, ut vulgo dicitur, jecerunt, diſcedunt. In has autem tigres incurrentes, venationis inopia ex fame laborantes, lacerant; ſi autem libidine inflammati, et cibo repleti ſint, cum canibus complexu venereo junguntur; namque illi quoque cum ſunt exſaturati, ad venerem proni ſunt. Ex hac tigridis conſuetudine cum cane non canis, ſed tigris, ut ferunt, procreatur; et ex hoc et cane femina etiamnum tigris; qui vero deinceps ex hoc et cane concipitur, matri ſimilis eſt, et ſeminis in deterius degeneratione, canis naſcitur. Neque hoc negaverit Ariſtoteles. Ii canes tigride patre nati, ut vel cervi vel apri venatum praeclare ſpernunt, ſic leones invadere, et ſui generis nobilitatem ita teſtari gaudent. Horum igitur canum virtutis ſpecimen Indi Alexandro Philippi filio exhibuerunt, hoc modo: Primo cervum emiſe-

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Η'.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Τὰ περὶ τῶν Ἰνδικῶν Κυνῶν προσευρεθέντα.

ΙΝΔΙΚΟΙ λόγοι διδάσκουσιν ἡμᾶς καὶ ἐκεῖνα· Τὰς κύνας ἄγουσιν ἐς τὰ ἔνθηρα χωρία οἱ θηραλικοὶ, τὰς εὐγενεῖς τε καὶ ἴχνη καλαγνῶναι θηρίων ἀγαθὰς, καὶ ὠκίσας εἰς δρόμον, καὶ τοῖς δένδροις προσδήσαντες, εἶτα μέντοι ἀπαλλάττονται, τοῦτο δήπου τὸ λεγόμενον ἀτεχνῶς, κύβον ἀναρρίψαντες. Οἱ δὲ τίγρεις ἐνλυχόντες αὐταῖς, ἀθηρίᾳ μὲν καὶ λιμῷ συμπεσόντες, διασπῶσιν αὐτάς· ἐὰν δὲ ὀργῶντες ἀφίκωνται καὶ κεκορεσμένοι, συμπλέκονται τε αὐταῖς, καὶ τῆς ἀφροδίτης ἐν πλησμονῇ καὶ ἐκεῖνοι μέμνηνται. Ἐκ δὲ τῆς ὁμιλίας ταύτης ὐκ κύων, φασὶν, ἀλλὰ τίγρις τίκτεται· ἐκ δὲ τούτου καὶ κυνὸς θηλείας, ἔτι τίγρις τεχθείη ἄν· ὁ δὲ ἐκ τούτου καὶ κυνὸς εἰς τὴν μητέρα ἀποκρίνεται, καὶ καλῶλισθεν ἡ σπορὰ πρὸς τὸ χεῖρον, καὶ κύων τίκτεται. Πρὸς ταῦτα Ἀριστότελης ὐκ ἀνθιφήσει. Οὗτοι δὲ ἄρα οἱ κύνες, οἷς πάρεσι παλαιὰ αὐχεῖν τὸν τίγριν, ἔλαφον μὲν θηράσαι, ἢ συῒ συμπεσεῖν ἀτιμάζουσι· χαίρουσι δὲ ἐπὶ τοὺς λέοντας ἄττοντες, καὶ τοὺς ἄνω τοῦ γένους ἀποδεικνύντες ἐντεῦθεν. Ἀλεξάνδρῳ γοῦν τῷ Φιλίππου πεῖραν ἔδοσαν οἱ Ἰνδοὶ τῆς τῶν κυνῶν τούτων

emiſerunt, at canis ſe quietum tenuit; deinde aprum, at idem immotus permanſit; tum vero urſum, at urſus eum nihil excitavit; ad extremum leonem protulerunt, quem ut vidit, vehementiori ira exarſit, et tanquam verum adverſarium conſpicatus, ſine mora intrepidus invaſit, atque acriter comprehenſum tenens illius fauces premebat, et ſuffocabat. Tum Indus, qui hoc ſpectaculum regi praebebat, quique probe ſciebat ejus robur animi et conſtantiam, primum huic caudam abſcindi juſſit; at canis ſibi caudam facile abſcindi patiebatur. Deinde etiam crus unum ſuffringi imperavit; is vero aeque ut a principio urgebat, et perinde nihil remittebat, quaſi alienum crus et ad ſe nihil pertinens ſuffringeretur: poſt, alterum, unde quoque is de morſu nihil remiſit: tum tertium incidi praecepit, is ſimiliter ut ante leonem conſtrictum tenuit: tum etiam quartum crus abſcindi juſſit, is nihilo minus leonem mordicus tenere perſeveravit. Denique etſi caput a reliquo corpore abſciſſum erat, illius tamen dentes ex illa leonis parte, in quam primum defixi fuiſſent, pendebant; et quamvis is, qui eos in initio defixiſſet, jam mortuus eſſet, ejus tamen ipſius etiam nunc ex leone appenſum caput ſublime ferebatur. Hic Alexander non mediocri dolore adficiebatur, a cane obſtupefactus, quod is, qui tale virtutis experimentum dediſſet, e vita, quam ex robore animi, contra quam timidi ſolent, cedere maluiſſet. Quare Indus videns Alexandrum ex hujus caſu dolorem non mediocrem cepiſſe, quatuor canes huic ſimillimos illius donavit: ille vero laetus eos munere accepit, Indumque, qui dediſſet, tanto precio, quanto par eſſet, remuneratus eſt. Itaque horum quatuor dono nactum Alexandrum doloris, quem ex primo ſuſcepiſſet, oblivio cepit.

CAP.

τῶνδε ἀλκῆς, τὸν τρόπον τοῦτον· Ἀφῆκαν ἔλαφον, καὶ ὁ κύων ἠσύχαζεν· εἶτα σῦν, ὁ δὲ ἀτρεμῶν καθέμενε· καὶ ἐπὶ τούτοις ἄρκτον, καὶ ἔκνιζεν αὐτὸν ἄρκτος ὀδέν· λέοντος δὲ ἀφεθέντος, ὅδε ὡς εἶδεν, ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος, καὶ οἷα δὴ τὸ θεασάμενος τὸν ὄντως ἀντίπαλον, ὅτε ἔμελλεν, ὅτε ἠτρέμει, ἀλλ' αἴξας ἐπ' αὐτὸν, εἶτα μέντοι καρτερᾷ τῇ λαβῇ εἶχεν, πιέζων καὶ ἄγχων. Ὁ τοίνυν Ἰνδὸς, ὁ τὴν θέαν τῷ βασιλεῖ τήνδε παρέχων, κάλλιστα εἰδὼς τοῦ κυνὸς τὸ καρτερικὸν, προσέταξέν οἱ τὴν ὠρὰν ἀποκοπῆναι· καὶ ἡ μὲν ἀπεκόπτετο, ὁ δὲ οὐκ ἐφρόντιζε. Προσέταξεν οὖν ὁ Ἰνδὸς καὶ τῶν σκελῶν ἓν ἀποκόψαι, καὶ ἀπεκόπη· ὁ δὲ ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐνέφυ, εἶχεν, καὶ οὐκ ἀνίει, ὥσπερ οὖν ἀλλοτρίᾳ κοπτομένῳ σκέλει καὶ ὀθνείῳ· καὶ ἄλλο ἀπεκόπτετο, καὶ τὸ δῆγμα ὁ κύων ὑπελίμπανε· καὶ τρίτον ἕτερον, εἶχε καὶ ὅδε· καὶ τὸ τέταρτον ἐπ' ἐκείνοις, καὶ ἦν ἐγκρατὴς τοῦ δήγματος ἔτι. Καὶ τελευτῶντες τῆς κεφαλῆς τὸ λοιπὸν σῶμα ἀφεῖλον· ὀδόντες δὲ ἐκείνη ἤρτητο τῆς ἐξ ἀρχῆς ἀντιλαβῆς, καὶ ἡ κεφαλὴ ὡρεῖτο μετέωρος ἐκ τοῦ λέοντος, αὐτοῦ μέντοι τοῦ δακόντος ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἔτι ὄντος. Ἀλέξανδρος οὖν ἐνταῦθα ἠνιᾶτο, τὸν κύνα ἐκπλαγεὶς, ὅτι ἄρα πεῖραν ἑαυτοῦ διδοὺς εἶτα ἀπολώλει, τὸ ἐναντίον τοῖς δειλοῖς πάθων, θάνατον δὲ ὑπὲρ τῆς ἀνδρείας ἠλλάξατο. Ἰδὼν οὖν ὁ Ἰνδὸς αὐτὸν ἀνιώμενον, τέτταρας ὁμοίους ἐκείνου κύνας ἔδωκέν οἱ· ὁ δὲ ἧσθη λαβὼν, καὶ ἀντέδωκεν ὁποῖα ἦν εἰκός. Καὶ τῆς γε ἐπὶ τῷ πρώτῳ λύπης ἔλαβε λήθην ὁ τοῦ Φιλίππου παῖς, λαβὼν τοὺς τέτταρας.

ΚΕΦ.

CAP. II.

De fide, quam Canes dominis in venando ſervant.

OMNIS canis venaticus ex eo, quod ceperit feram, non mediocri voluptate afficitur; et tanquam praemio, ſi dominus ei permittat, ſic ea capta utitur: ſi vero non concedat, beſtiam vivam ſervat, quoad venator adventarit, de totaque captura pro ſuo arbitratu ſtatuerit. Quod ſi mortuo vel apro vel lepori inciderit, non attingit quidem; nec enim alienis ſe laboribus adſcribit, nec quae ad ſe non pertineant, ſibi adſumere dignatur. Ex quo apparet magnanimitatis natura eum non expertem eſſe; quippe qui non carnes quaerat, ſed victoriam amet. Nec jam alienum eſt explicare, quid uſu venandi peritus canis agat, dum venatur: Longo vinculo alligatus antecedit, et ſilentio odoratur ſimul, et quamdiu nulla ei praeda occurrit, nec in ullam incidit, ante venatorem praecurrit, ut ex adſpectu conjeceris, triſtior, et pergens ulterius venatorem impigre et fortiter attrahit et allicit. Si vero forte veſtigia deprehenderit, et beſtiam alicubi olfecerit, iſtic ſiſtit pedem; et domino ad ſe propius accedenti, quod venationis proventus prope ſit, gaudio perfuſus blanditur, ejuſque pedes oſculatur; ac ſimul ad inſtitutam venationem incumbere perſeverat, et pedetentim uſque eo procedit, dum ad cubile pervenerit, nec ultra progreditur. Quo animadverſo, venator propria venatorum ſignificatione praedam adeſſe his, qui retia ferunt, denunciat; hi autem retia circumjiciunt. Tum canis, intelligens voce opus eſſe ad excitandam feram, latrat, ut ex fuga in caſſes incidens comprehendatur; eaque capta, canis victoriae ſuae paeana concinit, et laetabundus exſultat, non aliter quam milites, qui hoſtes vicerint. Haec circa apros et cervos agunt canes.

CAP.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ τῆς καλὰ τὴν θήραν τῶν κυνῶν πρὸς τὸς δεσπότας πίστεως.

Κυων ἀγρευλικὸς ἅπας, αὐτὸς μὲν λαβὼν θηρίον ἥδελαι, καὶ κέχρηλαι τῇ ἄγρᾳ ὡς ἄθλῳ, ἐὰν αὐτὸν συγχωρήσῃ ὁ δεσπότης· εἰ δὲ μὴ, φυλάτλει ζῶνλα, ἔς τ' ἂν ὁ θηραλὴς ἀφίκηλαι, καὶ κρίνῃ γε ὑπὲρ τοῦ ληφθένλος ὅ,τι καὶ θέλοι. Νεκρῷ δὲ ἐνλυχὼν ἢ λαγῷ τινι ἢ συὶ, οὐκ ἂν ἅψοιλο, τοῖς ἀλλοτρίοις ἑαυλὸν πόνοις οὐκ ἐπιγράφων, οὐδὲ ἀξιῶν σφετερίζεσθαι τὰ προσήκονλά οἱ ἤκιστα. Ἔοικε δὲ ἐκ τούτων ἔχειν τι καὶ φιλοτιμίας ἐν ἑαυτῷ φυσικῆς· μὴ γὰρ δεῖσθαι κρεῶν, ἀλλὰ νίκης ἐρᾶν. Ἀκοῦσαι δὲ ἄξιον, ὅ,τι καὶ δρᾷ παρὰ τὸν τῆς θήρας καιρὸν ὁ κύων ὁ θηραλικός. Προηγεῖται τοῦ κυνηγέτου ἱμάντι μακρῷ προσημμένος, καὶ ῥινηλατεῖ, τῆς φωνῆς ἔχων ἐγκρατῶς καὶ σιωπῶν· καὶ εἰς ὅσον μὲν ἀθηρία ἀπανλᾷ αὐτῷ, καὶ οὐδενὶ ἐνλυγχάνει, προέισιν ὡς ἰδεῖν καὶ τεκμήρασθαι καληφέσερος, καὶ μέντοι καὶ εἰς τὸ πρόσω ἰὼν ἐπάγελαι τὸν θηραλὴν προθύμως τε καὶ καρτερικῶς εὖ μάλα ὁ κύων. Εἰ δὲ ἰχνεύσειε τυχὸν, καὶ ὀσμῇ τινι προσπέσοι που θηρίου, ἐνταῦθα ἔσηκεν· ὁ δὲ κυνηγέτης ἔρχελαι πλησίον, καὶ ὁ κύων περιχαρὴς τῇ εὑρεμίᾳ ὧν αἰκάλλει τὸν δεσπότην, καὶ φιλεῖ τῷ πόδε· καὶ πάλιν τῆς ἐξ ἀρχῆς ἰχνεύσεως ἔχελαι, καὶ προέισι βάδην ἔς τ' ἂν ἀφίκηλαι πρὸς τὴν κοίτην, καὶ περαιτέρω ἐ προέισι. Συνῆκεν ἦν ὁ θηραλὴς, καὶ ὑποθωΰξας σημαίνει τοῖς ἀρκυωροῖς· οἱ δὲ περιβάλλυσι τὰς ἄρκυς. Καὶ ἐνταῦθα τοῦ καιροῦ ὑλάκτησεν ὁ κύων, νοεῖ δὲ αὐτῷ τηνικαῦτα ἡ βοὴ εἰς ἀνάσασιν τὸν σῦν ὑποθῆξαι, ἵνα ἐμπέσῃ φεύγων, καὶ τοῖς διώκυοις καλαληφθῇ· ἁλόντος δὲ τοῦ θηρὸς, ὅδε ἐπινίκιόν τινα οἱονεὶ παιᾶνα ἐκβοᾷ, καὶ γέγηθε καὶ σκιρτᾷ, ὥσπερ ἦν οἱ τοὺς ἐχθροὺς ὁπλῖται νενικηκότες. Ταῦτα ἐπὶ συῶν καὶ ἐλάφων δρῶσιν οἱ κύνες.

CAP. III.

Quod gratiam Delphini bene de ſe meritis referunt.

Ad referendam gratiam delphini hominibus juſtiores ſunt, cum tamen lege Perſarum, quam laudibus tollit Xenophon, minime teneantur. Coeranus nomine, natione Parius, delphinos quoſdam ad Byzantium captos a piſcatoribus argento redemit, et liberos dimiſit; pro quo hanc gratiam collegit, ut nave quinquaginta remorum (ſicut in ſermonem hominum venit) Mileſiis vectoribus plena, in qua et ipſe vehebatur, in freto Parii maris ſubmerſa, et vectoribus naufragio perditis, illum ipſum delphini ex hoc periculo ſervarint, beneficio, quo prius ipſos adfecerat, vicem ei reponentes: quod quidem ipſum, promontorium nomine Coeranium, quo ipſum expoſuerunt, ubi et ſpelunca in ſaxo viſitur, facile oſtendit. Itaque poſtea Coeranum mortuum ſecundum mare illud cognatione ei proximi ſepultura adfecerunt; quod quidem ipſum ut delphini ſenſerunt, frequentes tanquam ad juſta funeri perſolvenda ad litus convenerunt, et quoad pyra arderet, tandiu ſicut amicis fidi amici permanſerunt; deinde, exſtincto rogo, diſceſſerunt. Non item certe homines, ſed potius vivos colunt, et eos quidem divites et fortunatos; contra vero mortuos, vel aliquo infortunio preſſos averſantur, ne gratiam pro beneficio, quo adfecti fuerunt, perſolvant.

CAP. IV.

De Piſcium obedientia, ſi appellentur.

Pisces quoque cicures et manſueti evadunt, et appellati intelligunt, et e manu largientium cibos capiunt: ut anguilla ſacra in Arethuſa. Muraenam etiam Craſſi Romani celebrant; quae ſic inauribus et gemmis diſtincto monili, tanquam ſane eximia formae

ΚΕΦ. γ΄.

Ὅτι Δελφῖνες ἴσασι τοῖς εὐεργέταις τὴν χάριν ἀποδοῦναι.

ΧΑριν δὲ ἄρα καὶ δελφῖνες τῶν ἀνθρώπων ἀποδοῦναι ἦσαν δικαιότεροι, καὶ τῷ νόμῳ τῶν Περσῶν, ὃν ἐπαινεῖ καὶ Ξενοφῶν, ἐκ ἐνέχονται· ὃ δὲ λέγω τοιοῦτόν ἐστι. Κοίρανος ὄνομα, τὸ γένος ἐκ Πάρου, δελφίνων τινῶν ἐν Βυζαντίῳ βόλῳ περιπεσόντων καὶ ἁλωκότων, δοὺς ἀργύριον οἱονεὶ λύτρα τοῖς ἠγρευκόσιν ἀφῆκεν αὐτοὺς ἐλευθέρους, ἀνθ' ὧν τὴν χάριν ἀπείληφεν. Ἔπλει γοῦν πενταηκόντορον ἔχων, ὡς λόγος, Μιλησίους τινὰς ἄγουσαν ἄνδρας, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τῆς Πάρου πορθμῷ τῆς νεὼς ἀναστραπείσης, καὶ τῶν ἄλλων διαφθαρέντων, τὸν Κοίρανον ἔσωσαν δελφῖνες, ὑπὲρ ἧς φθάσαντες εἶχον εὐεργεσίας τὴν ἴσην ἀντιδιδόντες· καὶ ἔνθα ἐξενήξαντο ὀχοῦντες αὐτὸν, ἄκρα δείκνυται καὶ ὕπαντος πέτρα, καὶ καλεῖται ὁ χῶρος, Κοιράνειος χῶρος. Χρόνῳ δὲ ὕστερον τεθνεῶτα τόνδε τὸν Κοίρανον θαλάττης πλησίον ἔκαιον· εἶτα μέντοι αἰσθόμενοί ποθεν οἱ δελφῖνες ἠθροίσθησαν, ὥσπερ ἓν ἐπὶ τὸ κῆδος ἥκοντες, καὶ εἰς ὅσον ἡ πυρὰ ἥκμαζε καιομένη, παρέμειναν ὡς φίλῳ φίλος πιστός· εἶτα μέντοι καταστεσθείσης, οἴδε ἀπενήξαντο. Ἄνθρωποί γε μὴν ζῶντας τε καὶ πλεῖστα καὶ εὖ πράττειν δοκοῦντας θεραπεύσι, νεκροὺς δὲ ἀποστρέφονται, ἢ καὶ δυσυχοῦντας, ἵνα μή τινα ἐκτίσωσιν εὖ παθόντες χάριν.

ΚΕΦ. δ΄.

Περὶ τῆς τῶν Ἰχθύων πρὸς τὴν κλῆσιν εὐπειθείας.

ΗΣαν δὲ ἄρα καὶ ἰχθύες πρᾷοί τε ἅμα καὶ χειροήθεις, καὶ οἷοι καλούμενοι ὑπακούειν, καὶ διδόντων τροφὰς ἑτοίμως δέχεσθαι· ὥσπερ ἓν ἡ ἐν Ἀρεθούσῃ ἱερὰ ἔγχελυς. Τὴν Κράσσου τε τοῦ Ῥωμαίου μύραιναν ᾄδουσιν· ἥπερ ἓν καὶ ἐνωτίοις καὶ ὁρμίσ-

formae pulchritudine puella, ornabatur: et appellantis vocem Craſſi agnoſcebat, atque ad eum adnatabat; cumque quippiam ei porrigebat edendum, prompto et parato animo accipiebat. Hanc ille mortuam, ut audio, flevit atque honore ſepulturae adfecit. Et cum aliquando Domitius in hunc dixiſſet; Stulte Craſſe, Muraenam fleviſti mortuam: ad haec reſpondens Craſſus, Equidem, inquit, de beſtiae morte flevi; tu vero nullum ne ex tribus quidem uxoribus, quas ad ſepulturam dediſti, luctum percepiſti. De crocodilis quidem hanc auditionem ex Aegyptiis accepi, ſacros eſſe, et manſueſcere, et a miniſtris ſe facile contrectari ſuſtinere, et ſibi fruſta eſculenta in dentes inſita extrahentibus patulum os praebere. Porro antiquiores et praeſtantiores divinatione pollere Aegyptii ferunt, idque Ptolemaei (quotus autem is fuerit, ipſos interrogate) teſtimonio comprobant; qui cum ex crocodilis praeſtantiſſimum appellaret, eum non exauditum fuiſſe ajunt, et cum cibaria ei comedenda objeciſſet, rejeciſſe: inde ſacerdotes collegiſſe, ex Ptolemaeo idcirco crocodilum, quod eum vicinum ad moriendum praenoſceret, cibum capere noluiſſe.

CAP. V.

De Lyciorum divinatione per Piſces.

AVDIO quoſdam auſpiciis divinare, et avibus adſidentes, earum volatus et ſedes explorare; et in hac arte celebres praedicantur Tireſias, Polydamas, et Polyidus, ac Theoclymenus, multique alii. Viſcerum vero ſitus et naturam praeclare intellexerunt Silanus, Megiſtias, et Euclides, et praeter eos quamplures. Audivi etiam dicentes, quod quidam per farinas, et cribra, ac caſeos vaticinantur. Verum etiam intellexi in vico quodam Lyciae, nomine Syrrha, inter Myra et Phellon, quoſdam vaticinari piſcibus adſidentes, et ſcire, quid velit piſcium evocatorum acceſſus et receſſus; et

κοις διαλίθοις κεκόσμηλο, οἷα δήπε ὡραία κόρη· κ) καλῦντος τῦ Κράσσε τὸ φώνημα ἐγνώριζε, κ) ἀνενήχελο· κ) ὀρέγονλος ὁτιῦν, ἤδε ἤσθιε ωροθύμως κ) ἑτοίμως λαμβάνεσα. Ταύτην τοι κ) ἔκλαυσεν ὁ Κράσσος, ὡς ἀκέω, τὸν βίον καλασρέψασαν, κ) ἔθαψε. Καί ωοτε Δομετίε ωρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Ὦ μωρὲ, μύραιναν ἔκλαυσας τεθνεῶσαν· ὁ δὲ ὑπολαβῶν, Ἐγὼ θηρίον, ἔφαλο, σὺ δὲ τρεῖς γυναῖκας θάψας οὐκ ἔκλαυσας. Αἰγυπλίων δὲ ἀκέω λεγόντων τὰς ἱερὰς κροκοδείλες εἶναι ωράες, κ) τῶν γε θεραπευλήρων ἐπιψαυόνλων κ) ἐπαφωμένων ὑπομένειν κ) κέφως φέρειν, κ) κεχηνέναι καθιέντων ἐκείνων, κ) τὰς ὀδόντας σφισὶ καθαιρόντων, κ) τὰ εἰσδυόμενα τῶν σαρκίων ἐξαιρέντων. Ἤδη μέντοι κ) μανλικῆς μετειληχέναι τὰς ωροτιμοτέρες κροκοδείλες Αἰγύπλιοί φασι, κ) τὸ μαρτύριον ἐκεῖνο ωροάγονλαι Πτολεμαίε, (ὁπόσος δὲ ἦν ἕτος, ἐκείνες ἔρεσθε) καλῦντος τὸν ωρολιμότερον τῶν κροκοδείλων μὴ ὑπακῦσαί φασι, κ) τροφὰς ὀρέγονλος μὴ ωροσίεσθαι· συνιέντας δὲ τὰς ἱερέας, ὅτι τὸ τέλος τῷ Πτολεμαίῳ ωροσιὸν εἰδὼς ὁ κροκόδειλος, εἶτα μέντοι τὴν ἐξ αὐτῦ τροφὴν ἠτίμασε λαβεῖν.

ΚΕΦ. ε΄.

Περὶ τῆς τῶν ἐν Λυκίᾳ μαντείας τῆς διὰ τῶν Ἰχθύων.

Οἰωνοῖς μανλευομένες ἀκέω τινὰς, κ) ἐπ' ὄρνισι καθημένες ἐξελάζειν ωλήσεις τε αὐτῶν κ) ἕδρας· κ) ᾄδονταί γε ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ Τειρεσίαι τε, κ) Πολυδάμανλες, κ) Πολύειδοι, κ) Θεοκλύμενοι, κ) ἄλλοι ωολλοί. Σπλάγχνων δὲ ἄρα θέσεις κ) φύσεις καλαγνῶναι δεινοὶ ἦσαν κ) Σιλανοὶ, κ) Μελισίαι, κ) Εὐκλεῖδαι, κ) ἐπὶ τέτοις ωολὺς κατάλογος. Ἀκέω μέντοι τινῶν λεγόντων, ὅτι κ) ἀλφίτοις μαντεύονλαί τινες, κ) κοσκίνοις, κ) τυρίσκοις. Πέπυσμαι δὲ κ) κώμην τινὰ Λυκιακὴν μεταξὺ Μύρων κ) Φελλῶ, Σύρραν ὄνομα, ἐν ᾗ μανλεύονλαί τινες ἐπ' ἰχθῦσι καθήμενοι, κ) ἴσασιν, ὅ,τι κ) νοεῖ ἥτε ἄφιξις αὐτῶν κληθέν-

et quid oſtendant, ſi non paruerint; et cum multi advenerint, quid ſignificent. Atque ejus divinationis periti ſciunt, quid, cum ſalit piſcis, demonſtret; quid cum mortuus fluitat, quid cibum ſumens, quid etiam recuſans, praeſignificet.

CAP. VI.

Quaenam facile capiantur a quibuſdam.

NVLLO negotio a lupis aſini comprehenduntur, et facile e vita tolluntur, a meropibus apes, ab hirundinibus cicadae, a cervis ſerpentes; pardalis curſus celeritate cum alia pleraque, tum vero maxime ſimias adſequitur.

CAP. VII.

Quod quaedam Animalia ſine morſu mortem inferunt.

MEGASTHENEM audio dicentem in mari Indico quendam piſciculum naſci, eumque, quoad vivit, in profundo quidem natantem non apparere, mortuum vero ad ſummam aquam fluitare; qui eum contigerit, animi defectu laborare, et deinde obire mortem. In libro De venenatis animalibus Apollodorus ait, eum qui cherſydrum conculcaverit, etſi morſus non fuerit, omnino mori; quod ſolus ejus tactus quiddam omnino tabificum habere dicatur: tum ei, qui curare et quoquo modo remedium adferre morienti tentaverit, ex ſolo ejus, qui conculcavit, cóntactu puſtulas in manibus exoriri. Ariſtoxenus quodam loco dicit, virum, qui ſerpentem quandam manibus interfeciſſet, nullo morſu ab ea affectum, ex ſolo tactu vitam amiſiſſe: illiuſque veſtem, quam eo tempore, cum ſerpentem interimebat, geſtaret, non ita multo poſt putruiſſe.

CAP.

κληθέντων, καὶ ἡ ἀναχώρησις· καὶ ὅταν μὴ ὑπακούσωσι, τί δηλοῦσι· καὶ ὅταν ἔλθωσι πολλοὶ, τί σημαίνουσιν. Ἀκούει δὲ τὰ μανθικὰ τῶν σοφῶν ταῦτα, καὶ πηδήσαντος ἰχθύος, καὶ ἀναπλεύσαντος νεκροῦ, καὶ τροφὴν προσιεμένου, καὶ αὖ πάλιν μὴ λαβόντος.

ΚΕΦ. ε'.

Τίνα ὑπὸ τίνων ἁλίσκεται ῥᾳδίως.

Ἡν δὲ ἄρα εὐχείρωτα, καὶ αἱρεῖν ῥᾴστα, οἱ ὄνοι μὲν τοῖς λύκοις, τοῖς μέροψι δὲ αἱ μέλιτται, ταῖς γε μὴν χελιδόσιν οἱ τέττιγες, ταῖς δὲ ἐλάφοις οἱ ὄφεις· ἡ πάρδαλις δὲ αἱρεῖ θεωμένη τὰ πλεῖστα, καὶ ἔτι καὶ μᾶλλον τὸν πίθηκον.

ΚΕΦ. ζ'.

Ὅτι ἔνια τῶν Ζώων καὶ μὴ δακόντα ἀναιρεῖ.

Μεγασθένης ἀκούω λέγοντος περὶ τὴν τῶν Ἰνδῶν θάλατταν γίνεσθαί τι ἰχθύδιον, καὶ τοῦτο μὲν ὅταν ζῇ, ἀθέατον εἶναι, κάτω που νηχόμενον καὶ ἐν βυθῷ, ἀποθανὸν δὲ ἀναπλεῖν· ὃ τὸν ἁψάμενον λειποθυμεῖν καὶ ἐκθνήσκειν τὰ πρῶτα, εἶτα μέντοι καὶ ἀποθνήσκειν. Τὸν δὲ χέρσυδρον πατήσας τις, καὶ εἰ μὴ δηχθείη, ὡς Ἀπολλόδωρός φησιν ἐν τῷ Θηριακῷ λόγῳ, ἀποθνήσκει πάντως· ἔχειν γάρ τι σηπτικὸν καὶ τὴν μόνην τοῦ ζώου ἐπίψαυσιν λέγει· καὶ μέντοι καὶ τὸν πειρώμενον θεραπεύειν, καὶ ἐπικουρεῖν ἀμωσγέπως τῷ ἀποθνήσκοντι, φλυκταίνας ἴσχειν ἐν ταῖς χερσὶν, ἐπεὶ μόνον τοῦ πατήσαντος προσέψαυσεν. Ἀριστόξενος δὲ πού φησιν, ἄνδρα ταῖς χερσὶν ὄφιν τινὰ ἀποκτεῖναι, καὶ μὴ δηχθέντα ὅμως θιγόντα ἀποθανεῖν· καὶ τὴν ἐσθῆτα δὲ αὐτοῦ, ἣν ἔτυχε φορῶν, ὅτε τὸν ὄφιν ἀνῄρει, καὶ ἐκείνην ζαπῆναι ὑπὸ μελαχρόν.

ΚΕΦ.

CAP. VIII.

De Amphisbaena.

NICANDER Amphisbaenae pellem inquit bacillo circumjectam omnes serpentes pellere, et reliquas etiam animantes quae non morsu, sed ictu venenato interimunt.

CAP. IX.

Quemadmodum canes purgent, et seipsos curent.

CVM redundantia canis vexatur, herbam in maceriis nascentem novit; qua comesa, omne id, quo adfligitur, cum pituita et bile evomit, et alvo pariter plurimum siccioris excrementi reddit, et ipse sibi sine ullius medici opera salutem adfert. Quin et atrae bilis copiam excernit, quae retenta rabiem facit, periculosum canibus morbum. Lumbricis vexati frumenti aristas devorant, ut Aristoteles ait. Si vulnus acceperint, cum vulnerum obligationibus tum pharmacorum temperationibus multam salutem dicentes, lingua huic medicinam faciunt, qua vulneratam partem lingunt, et pristinae integritati restituunt. Hoc quoque non ignorat canis, fraxini fructum, quo saginantur sues, dolorem coxendicis sibi inferre; et licet videat suillum pecus hoc fructu ceu dulci avidissime ingurgitari, eo tamen abstinet, ac sibimet imperat. Homines contra illecebris ciborum, quae vel nolentes invitant, immoderate abutuntur.

CAP.

ΚΕΦ. ή.

Περὶ Ἀμφισβαίνης.

ΑΜφισβαίνης δὲ τὴν δορὰν βακτηρίᾳ περιχειμένην ἐλαύνειν λέγει Νίκανδρος τὺς ὄφεις πάντας καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, ὅσα μὴ δακόντα μὲν, παίσαντα δὲ ἀναιρεῖ.

ΚΕΦ. θ'.

Πῶς ἑαυτὺς οἱ κύνες καθαίρυσι, καὶ ἰῶνται.

ΚΎων ὑπὸ πλήθυς ὀχλύμενος οἶδε πόαν ἐν ταῖς αἱμασιαῖς φυομένην, ἥσπερ ἓν γευσάμενος ἐμεῖ πᾶν τὸ λυπῦν μετὰ φλέγματος καὶ χολῆς, ὑποχωρεῖ δὲ αὐτῷ καὶ τῶν Σκυβάλων πάμπολλα, καὶ πορίζει Σωτηρίαν ἑαυτῷ, δεηθεὶς ἰατρῶν Συμμάχων ὐδέν. Καὶ μελαίνης μέντοι χολῆς ἐκκρίνει πλῆθος, ἥπερ ἓν μείνασα λύτταν ἐργάζεται, κυσὶ νόσημα ἀργαλέον. Ἐλμίνθων δὲ πεπληρωμένοι τῦ Σίτυ τὺς ἀθέρας ἐσθίυσιν, ὡς Ἀριστότελης λέγει. Τρωθέντες δὲ ἔχυσι τὴν γλῶτταν φάρμακον, ἥπερ ἓν περιλιχμώμενοι τὸ τρωθὲν μέρος εἰς ὑγιείαν ἐπανάγυσι, ἐπίδεσμα καὶ Σπληνία καὶ κράσεις φαρμάκων μακρὰν χαίρειν ἀπολιπόντες. Κύνα δὲ καὶ ἐκεῖνο ὐ διαλέληθεν, ὅτι ἄρα τῆς μελίας ὁ καρπὸς τὺς μὲν ὗς πιαίνει, αὐτῷ δὲ ἄλγημα ἰσχίυ προξενεῖ· καὶ ὁρῶν ἐμφορυμένην τῦ προειρημένυ τὴν ὗν, ἀφίσταται αὐτῆ πάνυ ἐκλαθῶς, καὶ τῦ δοκῦντος ἡδέος. Ἄνθρωποι δὲ, τῶν πειθόντων ἄκουσας ἐσθίειν, ἠτῶνται πολλάκις πάνυ ἀκρατῶς.

CAP. X.

Quemadmodum erga inſidias ſe gerant Elephanti.

INSIDIAE elephantos non facile latent. Nam cum ad foveam, quam contra ipſos ſuffodere venatores ſolent, proximi acceſſerunt, ſeu naturali quadam intelligentia, ſeu retruſa et abdita praeſenſione et ſcientia rerum futurarum, a progrediendo ulterius ſe ſuſtinent; ac quam mox, itinere converſo, in venatores invadunt, vique et impreſſione, ſeſe in medios inſidiatores incitant, ſimul et eos evertere conantur, fuga ut ſalutem contra inſidias ſuperiores facti adipiſcantur. Id igitur temporis cum atrox pugna, tum vero vel hominum, vel elephantorum, caedes fit. Hujus pugnae ratio talis eſt: Homines quidem eminus haſtas et jacula intorquentes, ac collimantes, ictu directo eos feriunt; contra elephanti, ex hominibus ſi quem cecidiſſe animadverterint, ſtatim violenter illum et corripiunt, et ad terram a ſe abjectum proterunt et conculcant; ſimul et cornibus tamdiu profligant, quoad miſerabili et referta acerrimis doloribus morte eum adfecerint. Cum autem hujuſcemodi animalia invadunt, tanquam vela ex animi incitatione aures pandunt more magnarum ſtruthionum, quae, vel dum fugiunt, vel dum invadunt, explicatis alis feruntur; itemque promuſcidibus ſub cornua contractis, quemadmodum roſtra navium plenis velis propulſa, ſic elephanti vehementi impreſſione irruentes, multos mortales funditus evertunt; et boantes vehementer et acute inſtar tubae clamores vaſtiſſimos edunt. Humi porro proſtratorum, et genibus contritorum, et oſſium obtritorum, tantus eſt ſtrepitus, ut vel illinc longiſſime exaudiatur; nec non ſaepe eliſis oculis, naribus diſtractis, fronte diſrupta, facieique forma amiſſa, non vel a proximis cognatione ſibi noſcuntur. Jam ex iis nonnulli ad hunc modum inopinato ſervantur: Quamvis enim ſane venatorem bellua

curſus

ΚΕΦ. ί.

Πῶς ἔχυσι πρὸς τὰς ἐνέδρας οἱ Ἐλέφανλες.

ΟΥΚ ἄν πολε ῥᾳδίως ἐνέδρα τὺς ἐλέφανλας λάθοι. Ὅταν ξὺν γένωνλαι τῆς τάφρυ πλησίον, ἣν εἰώθασιν ὑπορύττειν οἱ θηρῶντες αὐτὺς, εἴτε ἐννοίᾳ τινὶ φυσικῇ, εἴτε μανλικῇ ναὶ μὰ Δία ἀπορῥήτῳ, τῦ μὲν περαιέρω χωρεῖν ἀνασέλλονται· ἑαυλὺς δὲ ἐπισρέψανλες, εἶτα μέντοι ὡς ἐν πολέμῳ ἀνθίσανλαι μάλα καρτερῶς, ϗ ἀναιρέψαι πειρῶνται τὺς θηραλὰς, ϗ δι' αὐτῶν ὠσάμενοι, φυγῇ πορίσασθαι τὴν ζωληρίαν κρείττυς γενόμενοι τῶν ἀντιπολέμων. Γίνελαι τοίνυν ἐνταῦθα τῦ καιρῦ μάχη καρτερὰ ϗ φόνος τῶν ϗ τῶν. Ὁ μέντοι τρόπος τῆσδε τῆς μάχης τοιῦτός ἐσιν· Οἱ μὲν ἄνθρωποι δόρατα ἰσχυρὰ, λόγχας ἀφιᾶσι, σοχαζόμενοι αὐτῶν· οἱ δὲ ἐλέφανλες τὸν παραπεσόντα ἁρπάζυσι, ϗ τῇ γῇ προσαῤῥάξανλες, πατοῦντές τε, ϗ τοῖς κέρασι τιλρώσκονλες, οἰκλίσῳ περιβάλλυσι τῷ τέλει ϗ ἀλγεινολάτῳ. Ἐπιᾶσι δὲ οἱ θῆρες ὑπὸ τῦ θυμῦ τὰ ὦτα ἐκπελαννύντες ὡς ἱσία, δίκην τῶν σρυθῶν τῶν μεγάλων, αἴπερ ξὺν τὰς πλέρυγας ἁπλώσασαι ἢ φεύγυσιν, ἢ ἐπιᾶσιν· ἐπισιμώσανλες δὲ ϗ τὴν προβοσκίδα οἱ ἐλέφανλες, ϗ ὑπὸ τοῖς κέρασι πλύξανλες, ὥσπερ ξὺν νεὼς ἔμβολον ζὺν πολλῷ τῷ ῥοθίῳ φερομένης, ἐμπεσόντες τε ῥύμῃ σφοδρολάτῃ, πολλὺς ἀναιρέπυσι, βοῶντες διάτορόν τε ϗ ὀξὺ δίκην ζάλπιγγος. Παλυμένων δὲ τῶν ἁλισκομένων, ϗ ἁλοωμένων τοῖς γόνασι, ἄραβος πολὺς τῶν ὀσέων ζυνῃριβομένων ἀκύελαι, ϗ πόῤῥωθεν· τὰ πρόσωπα δὲ ἐκθλιβομένων τῶν ὀφθαλμῶν, ϗ τῆς ῥινὸς ζυνθλωμένης, ϗ ῥηγνυμένυ τῦ μελώπυ, τὸ ἐναργὲς τῦ εἴδυς ἀπόλλυσι, ϗ ἀγνῶτες γίνονλαι πολλάκις ϗ τοῖς ἐγγυλάτω προσήκυσι. Σώζονλαι δὲ παραδόξως ἄλλοι τὸν τρόπον τῦτον· Συνειλημμαι μὲν ὁ θηραλὴς, ὑφ' ὁρμῆς δὴ τὸ θηρίον ὑπερῆλθεν αὐτὸν, ϗ τὰ γόναλα ἐς τὴν γῆν ἐπήρεισε, ϗ προσκαλέπηξε τὰ κέραλα

curſus celeritate comprehenderit; prae tamen vehementi impetu, hunc tranſcurrens, genibus in terram praecipitibus actis, cornua aut in radicem, frutetumve, aut in quippiam aliud tale compingit, ex quo retinetur, ac vix dum ſe retraxit, cum venator elapſus jam ſalutem fuga eſt conſecutus. In hac igitur pugna elephanti ſaepe vincunt, ſaepe item, variis terroribus injectis, vincuntur. Tubarum enim clangor ingentem ſtrepitum efficit, ipſique homines clypeos haſtis contundentes, tum vero partim in terra ignem incendentes, partim in ſublime tollentes, ac tanquam funda eum contorquentes, ignitoſque torres jaculantes, atque etiam longas faces in ferarum oculos magna vi quaſſantes, eis haec omnia aegre intuentibus timorem adferunt, unde adeo impelluntur, exterrenturque, ut interdum in foveam, quam ante declinabant, detrudantur.

CAP. XI.

De Dracone Theſſalo, qui Alevam paſtorem Theſſalum amavit.

HEGEMON in Dardanicis carminibus cum alia de Aleva Theſſalo conſcribit, tum ejus amore captum fuiſſe draconem. Erat Alevae coma, ut fingit Hegemon, aurea, quam ego flavam dixerim. Et in Oſſa, inquit ille, ad Theſſalicum fontem, nomine Haemonium, boves paſcebat, ut in Ida olim Anchiſes. Ad hunc adamatum draco ingentis magnitudinis ſenſim adrepere ſolebat, ejuſque comam deoſculari, et lingua faciem lambendo detergere, et varia de venatu ſuo munera adferre. Quod ſi Glaucae citharistriae amore incenſus et Ptolemaei Philadelphi rivalis, aries, et in Iſſo urbe puerum delphinus amavit; quid vetat draconem amore in forma praeſtantem paſtorem flagraſſe, et cum oculos acres atque acutos haberet, bonum eximiae pulchritudinis judicem fuiſſe?

εἰς θάμνον ἢ εἰς ῥίζαν, ἢ ἄλλό τι τοιοῦτον, καὶ ἔχεται, καὶ μόγις ἀνασπᾷ καὶ ἐξαιρεῖ, ἐν δὲ τῷ τέως διεκδὺς ὁ κυνηγέτης ἀπαλλάττεται. Οὐκοῦν ἐν τῇ τοιαύτῃ μάχῃ πολλάκις μὲν κρατοῦσιν οἱ ἐλέφαντες, πολλάκις δὲ καὶ ἡττῶνται, δείματα ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ δέα ποικίλα ἐπαγόντων. Καὶ γὰρ βάλπιγγες ᾄδουσι, καὶ δοῦπόν τε καὶ κλύπον ἐργάζονται, καὶ πρὸς τὰς ἀσπίδας ἀράττοντες τὰ δοράτια, καὶ πῦρ τὸ μέν τι ἐπὶ τῆς γῆς ἐξάπτοντες, τὸ δὲ ὑψοῦ μετέωρον αἴροντες, καὶ ἄλλο βρενδονῶντες, δαλοὺς διαπύρους ἀκοντίζοντες, καὶ δᾷδας μακρὰς πυρὸς ἐναγκάζοντος τοῖς θηρίοις καταὶ πρόσωπα βιαίως ἐπισείοντες, ἅπερ ἦν τὰ θηρία δεδιότα καὶ δυσωπούμενα ὠθεῖται, ἔστιν ὅτε καὶ ἐκνικᾶται ἐκπεσεῖν εἰς τὴν τάφρον, ἣν τέως ἐφυλάττετο.

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ τοῦ Δράκοντος τοῦ Θετταλοῦ, ὅσπερ ἦν ἠράσθη Ἀλεύα τοῦ Θετταλοῦ ποιμαίνοντος.

Ἡγήμων ἐν τοῖς Δαρδανικοῖς μέτροις περὶ Ἀλεύα τοῦ Θετταλοῦ φησι καὶ ἄλλα μέν, ἐν δὲ τοῖς καὶ ὅτι ἠράσθη δράκων αὐτοῦ. Καὶ ὅτι μὲν εἶχε κόμην χρυσῆν ὅδε Ἀλεύας, λέγων τεραλεύεται ὁ Ἡγήμων δηλονότι, ἐμοὶ δὲ ἔτω ξανθή. Καὶ βουκολεῖν μὲν αὐτὸν ἐν τῇ Ὄσσῃ φησὶν, ὡς ἔδεισε τῇ Ἴδῃ τὸν Ἀγχίσην· παρὰ δὲ τῇ κρήνῃ νέμειν τὰς βοῦς τῇ καλουμένῃ Αἱμονίᾳ, Θετταλὴ δ' ἂν καὶ ἡ κρήνη εἴη. Δράκοντα δ' ἦν μεγέθει μέγιστον ἐρασθῆναι τοῦ Ἀλεύα, καὶ ἀνέρπειν εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν κόμην οἱ καταφιλεῖν, καὶ τῇ γλώττῃ περιλιχμώμενον τὸ πρόσωπον τοῦ ἐρωμένου καθαίρειν, καὶ δωροφορεῖν αὐτῷ θηρῶντα πάμπολλα. Εἰ δὲ Γλαύκης τῆς κιθαρῳδοῦ κριὸς ἤττητο, καὶ Πτολεμαίῳ γε τῷ Φιλαδέλφῳ ἀντήρα, καὶ ἐν Ἰσσῷ δελφὶς ἑτέρου· τί κωλύει καὶ δράκοντα ἐρασθῆναι νομέως ὡραίου, τὸν ὀξυωπέστατον, κάλλους διαπρεποῦς ἀγαθὸν κριτὴν γεγενημένον; Ἦν δὲ ἄρα ἴδιον ζώων καὶ ἐρασθῆναι μὴ μόνον τοῦ συννόμου τε

fuiſſe? E natura igitur beſtiarum eſt, non modo ſui generis, ſed etiam alieni animalia, modo formoſa, amare.

CAP. XII.

De Paria ſerpente.

PARIAS, ſeu paruas (ſic enim vult Apollodorus) igneo colore eſt, acerrimo oculorum ſenſu, et largo ore; nihil mordendo nocet, ſed mitis eſt; unde humaniſſimo deorum Aeſculapio ipſum conſecrarunt, et ejus miniſtrum eſſe praedicarunt, qui ante nos haec inveſtigarunt.

CAP. XIII.

De Scorpiis in Aethiopia; item de Hydris, et Typhlopibus.

IN Aethiopia ſcorpios Sibritas, quos ita nimirum indigenae ſolent nominare, lacertis audio expleri, et aſpidibus, et verticillis, blattiſque omnique ſerpentium genere; et eorum excrementa calcantes exulcerari. In Corcyra vero procreantur hydrae ſerpentes, quae ſe retroverſus ad inſequentes retorquent, et ſpiritum malum anhelantes ab impetu ſuos inſectatores reprimunt, ab ſeque avertunt. Typhlopa, quam etiam typhlinen nominant, et cophiam, muraenae caput habere ſimile in ſermonem hominum venit; tum perparvulis oculis eſſe, unde et alterum ex his duobus nominibus traxit; cophiae vero nomen idcirco habet, quod hebetes eidem aures ſint; adeo item dura eſt pelle, vix ut tandem ſecari queat. Porro jaculus, ajunt, idem eſt cherſydro ſerpens, qui multo tempore in ſicco degit, et omni animantium generi inſidias molitur. Hujus ſolertia in faciendis inſidiis ejuſmodi eſt, ut ſecundum vias publicas abdite lateat, perſaepe etiam repens in arborem adſcendat, ibique ſeſe contorte concludens, et in orbem coarctans, caputque in ſpiram occultans, ut praetereuntes tacitus ex occulto perſpexerit,

in

τε ἅμα καὶ Συμφυᾶς, ἀλλὰ καὶ τᾶ προσήκοντος ἥκιστα, ὡραίᾳ μέντοι.

ΚΕΦ. ιϐ'.

Περὶ τᾶ Παρείᾳ ὄφεως.

Ο Παρείας, ἢ παρέας (ἔτω γὰρ Ἀπολλόδωρος ἐθέλει) πυῤῥὰς τὴν χρόαν, εὔωπις τὸ ἄμμα, πλαῖὺς τὸ σόμα, δακεῖν δ' Ὀφαλερὸς, ἀλλὰ πρᾷος· ἐνθέντοι καὶ τῷ φιλανθρωποτάτῳ θεῶν ἱερὸν ἀφῆκαν αὐτὸν, καὶ ἐπευφήμισαν Ἀσκληπιᾷ θεράποντα εἶναι, οἱ πρῶτοί μιν ταῦτα ἀνιχνεύσαντες.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ τῶν Σκορπίων ἐν Αἰθιοπίᾳ· Ὕδρων τε, καὶ Τυφλώπων πέρι.

Εν Αἰθιοπίᾳ τὰς καλεμένας Σιβρικὰς Σκορπίως, ἔτω δὲ αὐτὰς ὡς εἰκὸς οἱ ἐπιχώριοι φιλᾶσιν ἀνομάζειν, ἀκέω σιτεῖσθαι καὶ Σαύρας, καὶ ἀσπίδας, καὶ Σφονδύλας, καὶ τίφας, καὶ πᾶν ἑρπετόν· τὸν δὲ ἐπιβάλα αὐτῶν τοῖς περιτλώμασιν ἑλκῶσθαι πέπυσμαι. Περὶ Κέρκυραν δὲ γίνονται αἱ καλέμεναι ὕδραι, αἵπερ ἦν τὰς διώκοντας ἐπισραφεῖσαι, καὶ φυσήσασαι πνεῦμα ἄτοπον, εἶτα ἀνασέλλεσι τῆς ὁρμῆς, καὶ ἀποσρέφεσι. Τὸν τύφλωπα δὲ, ὃν καὶ τυφλίνην καλᾶσι, καὶ κωφίαν δὲ προσέτι, κεφαλὴν μὲν παραπλησίαν ἔχειν μυραίνῃ λέγει τις λόγος, ὀφθαλμὰς δὲ ἄγαν βραχίσας, καὶ θάτερον μὲν τοῖν ὀνομάτοιν ἐντεῦθεν εἴληφε· τὸν μὲν δὴ κωφίαν, ἐπεὶ νωθὴς ἐσι τὴν ἀκοήν· δορὰν δὲ ἰσχυρὰν ἔχει, καὶ διακοπομένην βραδύταλα. Τὸν δὲ ἀκοντίαν χέρσυδρον εἶναί φασι, χρόνῳ γὰρ ἐν ξηρῷ ποιεῖσθαι τὴν διαῖριβὴν πολλᾷ, καὶ ἑλλοχᾶν ζῶον πᾶν. Ἡ δὲ Σοφία τᾶς ἐπιβολᾶς τᾶς ἐξ αὐτᾶ τοιάδε ἐσίν· ἐν ταῖς λεωφόροις ποιλαθὼν ὑποκρύπτεται, πολλάκις δὲ καὶ ἐπί τι δένδρον ἀνερπύσας, εἶτα ἑαυτὸν Συνειλήσας, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐν τῇ Σπείρᾳ ὑποκρύψας,

in id ipſum, quod praeterit, ſive fuerit beſtia, ſive homo, ſe jaculetur. Nam ſaltu valet, et, ſi opus ſit, viginti cubitorum ſpatium tranſilire poteſt, protinuſque ad ea, quae ſaltu appetit, inhaereſcit.

CAP. XIV.

Quemadmodum boves in paludem delapſos capiunt Lupi.

SI bovi, qui in profundam paludem delapſus ſit, inciderint lupi, extrinſecus eum terrefaciunt et perturbant, neque tranſnare et in terram adſcendere permittunt; ſed diu multumque ſe contorquentem, et huc illuc verſantem, ſuffocari cogunt. Tum qui ex iis robore plurimum valet in aquam proſiliens adnatat, et bovem cauda mordicus arreptum extrahit. Lupum autem primum ſecundus ſimiliter cauda apprehenſum trahit, ſecundum tertius, hunc quartus, et ita deinceps ad poſtremum uſque, qui extra aquam eſt. Et hoc modo extractum bovem epulantur. Quod ſi vitulus bovis alicubi aberrarit, inſidiantes lupi eum invadunt, et naribus correptum trahunt; renititur autem ille, atque ita ſummis utrinque viribus certatur, dum hi attrahendo vincere, ille reluctando effugere conatur. Tandem vero lupi tantopere renitentem ſubito remittunt, unde fit, ut prae nimio in contrarium niſu vitulus evertatur; quem mox invadentes lupi, ventre laniato, vorant.

CAP. XV.

Quomodo Elephanti foſſas inſidioſas tranſeant.

CVM elephanti foſſam tranſilire non queunt, de his unus, qui magnitudine praeſtat, in hanc ſeſe demittit, et tranſverſus foſſae ſtans, partim vacuitatem occupat, partim pontis ſe vicarium praeſtat, ceteri ſupra hunc gradientes tranſmittunt, et evadunt; ſimul

et

κρύψας, τὲς παριόντας ἡσυχῆ κ᾽ λανθάνων ὑποβλέπει· εἶτα ἑαυτὸν ἀφίησιν εἰς τὸ παριὸν, εἴτε ἄλογον εἴη ζῶον, εἴτε ἄνθρωπος. Ἔσι δὲ ἀλλικὸν θηρίον, κ᾽ διαπηδῆσαι κ᾽ εἴκοσιν, εἰ δέοι, πήχεις οἷόν τε, ἀλλόμενον δὲ παραχρῆμα ἐνέφυ.

ΚΕΦ. ιδ᾽.

Πῶς αἴρυσι τὲς εἰς τέλμα ἐμπεσόνλας βῦς οἱ Λύκοι.

Λύκοι βοὶ εἰς τέλμα βαθὺ ἐμπεσόντι ἐάν πως περιλύχωσι, ταράτλυσι μὲν αὐτὸν ἔξωθεν κ᾽ φοβῦσι, διανήξασθαι κ᾽ ἐπιβῆναι τῆς γῆς ὐκ ἐπιτρέπουλες· ἀναλκάζυσι δὲ τῷ χρόνῳ κρεβλύμενον κ᾽ ἰλυσπώμενον ἀποπνιγῆναι. Εἶτα εἰς αὐτὸν ὁ τελεώταλος ἐμπηδήσας τῷ ὕδαλι, κ᾽ προσνεύσας, ἐλάβελο τῷ κόμαλι τῆς ὠρᾶς τῦ βοὸς, κ᾽ ἕλκει εἰς τὸ ἔξω. Καὶ ἕτερος τῆς ἐκείνυ λαβόμενος αὐτὸν ἕλκει, κ᾽ τὸν δεύτερον ὁ τρίτος, κ᾽ τῦτον ὁ τέταρλος, κ᾽ δρᾶται τὸ εἰρημένον μέχρι τῦ τελευλαίυ, ὅσπερ ἂν ἔξω τῦ ὕδαλος ἔσηκε. Καὶ τὸν τρόπον τῦτον ἐξαγαγόντες τὸν βῦν ποιῦνλαι δεῖπνον. Βοὸς δὲ μόσχον πεπλανημένον ἐλλοχήσανλες, εἶτα αὐτῷ προσπηδῶσι, κ᾽ τὲς μυκτῆρας λαβόμενοι ἕλκυσιν· ὁ δὲ ἀντισπᾷ ἑαυτὸν, κ᾽ ἅμιλλα ὑπὲρ τύτυ πολλὴ τῶν μὲν ἐκβιάσασθαι πειρωμένων, τῦ δὲ μὴ εἶξαι ἀγῶνισμα ποιυμένυ. Ὅλαν δὲ αὐτὸν ἔτω θεάσωνται Ϛφόδρα ἀντιλείνονλα, μεθῆκαν, κ᾽ ἐκεῖνος ὑπὸ τῆς εἰς τὸ ὀπίσω βίας ἀναλέτραπλαι· κ᾽ οἱ λύκοι προσπεσόντες ἀνέῤῥηξαν τὴν νηδὺν, κ᾽ ἐσθίυσιν αὐτόν.

ΚΕΦ. ιέ.

Πῶς τὰς ἐλλοχώσας τάφρυς ὑπερβαίνυσιν οἱ Ἐλέφανλες.

Ὅταν ὑπερβῆναι τάφρον οἱ ἐλέφανλες μὴ δύνωνλαι, εἷς ὁ μέλισος ἑαυτὸν εἰς αὐτὴν ἐμβάλλει, κ᾽ πλάγιος ἵσαλαι, κ᾽ γεφυροῖ τὸ κενὸν, κ᾽ καλ᾽ αὐτῦ βαίνονλες εἰς τὸ ἀντιπέραν ἴασι, κ᾽ ἀποδιδράσκυσι, πρότερον μέντοι ἐκεῖνον ἀνασώσανλες.

et eum, qui pontis loco erat, hoc modo ex foſſa conſervant. Superiore enim ex loco quiſpiam porrigit pedem, quem is, qui infra eſt, promuſcide circumplicat; reliqui autem virgultorum faſces, et ligna celeriter dejiciunt, quae ille conſcendens, et ad pedem demiſſum fortiter cauteque inhaerens, facile ſubtrahitur. Apud Indos tractus eſt, cui nomen Phalacra [Calvus] cujus nominis ratio eſt, quod, qui herbam in eo naſcentem guſtaverit, et pilos et cornua amittit. Itaque elephanti, niſi cogantur, non accedunt ad locum illum; imo vero prope cum acceſſerint, quidquid noxii fugientes, perinde atque homines prudentiſſimi, pedem referunt.

CAP. XVI.

Quomodo Spongia ſe nutriat.

SPONGIAM dirigit puſilla beſtia, non ſpecie quidem cancro, ſed magis araneo ſimilis; neque enim inanima, nec ſanguinis expers ſpongia eſt, ſed partus maris animans ſaxis innaſcitur, quemadmodum et alia quaedam animalia. Habet et ipſa ſuum quendam motum; veruntamen animalculo ad ſe ſenſu adficiendam, atque illud admonendam, quod ſit animata, eget. Nam, propter quandam raritatem ingenitam et mollitudinem obtuſam, non ipſa ſeſe commovet; ſed cum quippiam in ſua foramina inciderit, ab ea beſtiola, quam dixi araneo ſimilem, excitata, id comprehendit et exedit. Cum autem ad evellendam eam e ſaxis homo accedit, ab eodem animali convictore ſuo ſtimulata inhorreſcit, et contorquens ſe arctiſſime contrahit; quae cauſa hercule eſt, cur piſcatori plurimum negotii faceſſatur.

CAP. XVII.

De caſtitate Elephantorum.

DE elephantis quidem ſeorſum dixi, quae vero nunc dicam, ejuſmodi ſunt. Per vitae ſuae tempus a libidine ſe continent; et quomodo pudicitiam colant, explicare convenit. Non enim

ut

Ὁ δὲ τῆς Ϛωτηρίας τρόπος ὅτός ἐϛιν· ἄνωθέν τις τὸν ϖόδα ϖρολείνει, ϗ ἐκείνῳ ϖαρέχει τὴν ϖροβοσκίδα ϖεριπλέξαι· οἱ δὲ ἄλλοι φρύϛανα ἐμβάλλϐσι ϗ ξύλα ὤκισα, ὧν ἐπιβαίνων, εἰλημμένος τὲς ϖόδας μάλα ἐγκραλῶς τε ϗ εὐλαβῶς, ἀνασπᾶται ῥᾷσα. Ἔϛι δὲ ἐν τοῖς Ἰνδοῖς ἄρϐρα, ϗ κέκληϊαι Φαλάκρα· τὸ δὲ αἴτιον τῦ ὀνόμαϛος, ὁ γευσάμενος τῆς ἐνταῦθα γενομένης ϖόας, ϗ τὰς τρίχας ἀποβάλλει ϗ τὰ κέρατα. Οὐκῦν οἱ ἐλέφανϛες ἑκόντες εἶναι ἀ ϖροσίασι τῇδε τῇ ἀρϐρᾳ, ἀλλ' ἀποϛρέφονϛαι ϖλησίον γενόμενοι, ϖᾶν τὸ βλάϖτον φεύγονϛες, ὡς ἄνθρωποι φρόνιμοι, οἱ ἐλέφανϛες.

ΚΕΦ. ιε'.

Πῶς τρέφεται ἡ Σπογγιά.

Τὴν Ϛογγιὰν ἰθύνει βραχὺ ζῶον ἀ καρκίνῳ τὴν ἰδέαν ϖαραπλήσιον, ἀλλ' ἀράχνῃ μᾶλλον· ἀ γὰρ ἄψυχον ἀδὲ αἵμαϛος ἄμοιρον ἡ Ϛογγιά, κύημα δ' ἐϛὶ θαλάττης, ϗ ϖέφυκεν εἶναι ζῶον, ϗ ταῖς ϖέτραις ϖροσφύεϛαι, ὥϖερ ἕν ϗ ἕτερα. Ἔχει δέ τινα κίνησιν ἰδίαν, δεῖται δὲ, ὡς ἂν εἴϖοις, τῦ ὑϖομνήσονϛος αὐτὴν, ὅτι ἔμψυχός ἐϛιν. Ἀτρεμῦσα γὰρ ὡς ὑϖό τινος Ϛυμφυῦς μανότητος, ϗ ἡσυχάζϐσα, τοῖς τρήμαϹιν αὐτῆς ὅταν ϖροσπέσῃ τι, ἐνταῦθα ὑϖὸ τῦ ἀραχνώδϐς ζώϐ νύτϛαι, ϗ Ϛυλλαμβάνει τὸ ἐμπεσὸν, ϗ τροφὴν ἴσχει. Ὅταν δὲ ἄνθρωπος ϖροσίῃ ἐϖ' ἐκλομῇ αὐτῆς, ἐκκενϛμένη ὑϖὸ τῦ ζώϐ τῦ Ϛυνϛρόφϐ φρίττει, ϗ ἑαυτὴν Ϛυσρέφει, ϗ αἰτία ϖόνϐ τε ϗ καμάτϐ γίνεϛαι τῷ θηραϛῇ ναὶ μὰ Δία ϖολλῦ.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Περὶ τῆς τῶν Ἐλεφάντων Ϛωφροσύνης.

Εἰρῆϛαι μὲν ἕν ἡμῖν ἐλεφάντων ϖέρι ἰδίᾳ, τὰ δὲ ϗ εἰρήσεται ὑϖωσί· Κραϛεῖ μὲν βίϐ, Ϛωφροσύνης δὲ ὅϖως μεϛειλήχασιν, εἰϖεῖν ϖρεϖωδέσαϛον. Οὐ γὰρ ὡς ὑβρίζονϛες, ἀδὲ

ut libidinoſi, neque ut laſcivi, cum femina coeunt; ſed tanquam generis ſucceſſione carentes liberis procreandis dant operam, ne ſtirps ſua deficeret. Neque ſane pluſquam ſemel in vita coeunt, et eo duntaxat tempore, cum ſe iniri feminae patiuntur; ut autem eorum quiſque uxorem impleverit, non eam amplius attingit. Aperte porro ac palam in aliorum conſpectu non coeunt, ſed ſecedentes, aut ſeſe in arbores denſas et frequentem ſylvam occultant, aut in concavum locum et profundum, ad occultandos eos idoneum, ſe abdunt. Haec de elephantorum temperantia; de quorum etiam juſtitia, et fortitudine, alibi dictum eſt ſupra. Jam quemadmodum ſceleratos deteſtentur, ſi cui eſt otium, attendat animum ad ea, quae conſequuntur. Cum vir quidam, cicuris elephanti moderator, conjugem aetate provectam, ſed fane divitem, haberet, amore alterius captus, eamque uxorem ducere ſtudens, priorem ſtrangulavit, ac prope ab elephanti praeſepi homo praecipiti conſilio defodit, et alteram in matrimonium duxit. Elephantus autem, ſuapte natura a malis abhorrens, novam uxorem eo perduxit, ubi humata altera jacebat, et cadavere cornibus refoſſo et denudato, quae dicere nequibat, ipſo opere mulieri oſtendere conabatur, eam edocens, quibus eſſet moribus praeditus is, cui ipſa nupſerat.

CAP. XVIII.

De Engraulibus ſive Encraſicholis piſcibus.

ENGRAVLES piſces, quos alii encraſicholos, alii alio nomine lycoſtomos appellant, parvuli piſciculi ſunt, natura foecundi, et ſpecie albiſſimi. Et quod a piſcibus, qui gregatim natant, exedi et confici metuant, idcirco ad inſidias, quibus ſunt opportuni, vitandas, eatenus confertis turmis denſi natant, et eorum quiſque ad vicinum proximum adhaereſcit; ut ne ſcaphae quidem incurrentes

eos

ὡς λάγνοι ἐπὶ τὴν ὁμιλίαν τὴν πρὸς τὴν θήλειαν ἔρχονται· ἀλλ' ὥσπερ ἦν οἱ γένος διαδοχῆς δεόμενοι καὶ παιδοσποροῦντες, ἵνα μὴ αὐτοῖς ἐπιλίπῃ ἡ ἐπιγονὴ ἡ ἐξ ἀλλήλων. Ἐάσασι δὲ σπέρμα, ἅπαξ γᾶν ἐν τῷ βίῳ τῷ ἑαυτῶν μνημονεύσασιν ἀφροδίτης, ὅταν ἡ θήλεια ὑπομένῃ καὶ αὐτή· εἶτα ἐμπλήσας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ τούτοις οὐκ οἶδεν αὐτήν. Συμπλέκονται δὲ οὐκ ἀνέδην, οὐδὲ ἐν τῇ τῶν ἄλλων ὄψει, ἀλλ' ἀναχωρήσαντες, καὶ ἑαυτῶν προβάλλονται ἢ δένδρα δασέα, ἢ ὕλην τινὰ συμφυῆ, ἢ χῶρον κοῖλον καὶ βαθύν, τοῦ λαθεῖν αὐτοῖς παρέχοντα ἀφθονίαν. Ὡς μὲν οὖν εἰσι δίκαιοι ἄνω εἶπον, καὶ τὸ ἀνδρεῖον αὐτῶν καὶ τοῦτο ἤδη λέλεκται· καὶ τὸ σῶφρον δὲ ἀπολέλεκται τὰ νῦν ταῦτα. Ἀλλὰ καὶ τὸ μισοπόνηρον ὅτῳ σχολὴ μανθάνειν, ἔστος ὑπέχων τὰ ὦτα ἀκουέτω. Ἐλέφαντι ἡμέρῳ πωλευτὴς ἦν, καὶ εἶχε γυναῖκα ἀφηλικεστέραν μὲν, πλουσίαν δέ· ἐκεῖν ἑτέρας ἐρῶν, καὶ τὰ τῆς συνοικούσης σπεύδων ἐκείνῃ γίνεσθαι, ταύτην μὲν ἀποπνίγει, καὶ τῆς τοῦ ἐλέφαντος φάτνης καθορᾷ πλησίον ὁ θερμόβουλος ἄνθρωπος· ἄγεται δὲ τὴν ἄλλην. Ἐνταῦθα ἦν ὁ ἐλέφας τῇ προβοσκίδι λαβόμενος τὴν νεωστὶ ἀφιγμένην ἄγει τῆς νεκροῦ πλησίον, καὶ τοῖς κέρασιν ἀνορύξας καὶ γυμνώσας τὸ σῶμα, ἃ εἰπεῖν οὐκ ἐδύνατο, ταῦτα ἐπεδείκνυε δι' αὐτῶν τῶν ἔργων, τὴν γυναῖκα τὸν τρόπον τοῦ γήμαντος αὐτὴν ἐκδιδάσκων ὁ μισοπόνηρος ἐλέφας.

ΚΕΦ. ιή.

Περὶ τῶν Ἐγγραύλεων ἢ Ἐγκρασιχόλων τῶν ἰχθύων.

Ἐγγραύλεις, οἱ δὲ ἐγκρασιχόλους καλοῦσιν αὐτὰς, προσακήκοά γε μὴν καὶ τρίτον ὄνομα αὐτῶν, εἰσὶ γὰρ οἳ καὶ λυκοσόμους αὐτὰς ὀνομάζουσιν· ἔστι δὲ μικρὰ ἰχθύδια, καὶ πολύγονα φύσει, λευκόταλα δὲ ἰδεῖν. Ἐσθίουσί γε μὴν μάλιστα οἱ ἁλιεῖς τῶν ἰχθύων αὐτὰ, δείσαντα μὴν συνθεῖ εἰς ἄλληλα, καὶ ἔχόμενον τοῦ πλησίον ἕκαστον τῇ σφίγξει τὸ ῥᾳδίως ἐπιβουλεύεσθαι

eos diſſocient, nec ſi quis remo aut conto diſpergere conetur, eorum ſocietatem dirimere poſſit. Ita vero inter ſe reſtricte et pertinaciter quaſi contexti contrahuntur, ut tanquam ex acervo frumentorum aut fabarum, ſi quis in eos immiſerit manum, accipere queat: non tamen ſine vi abſtrahuntur, quin perſaepe diſtrahuntur, ut et eorum alteram partem abruptam capias, et alteram relinquas; & in pleriſque caudam retineas, in aliis non adſequaris; ex aliis caput reportes, et alteram partem in mari reliquam facias. Eorum conferta et continens natatio βόλος appellatur, quorum unus quinquaginta piſcatorias naves ſaepe implet, ut teſtatur rei piſcatoriae peritus.

CAP. XIX.

Quomodo Sues agnoſcunt vocem ſubulci.

PORCVLATORIS vocem ſuillum pecus ſic agnoſcit, ut etiamſi ab eo procul ſeductum fuerit, appellantem intelligat; cui quidem rei teſtimonio eſt id, quod proxime ſequitur. Cum maris praedones ad Tyrrhenam terram piraticam navem appuliſſent, ex hara permultos ſues furto abactos impoſuerunt in navim, et funibus, quibus religata erat, ſolutis, ad navigandum incubuerunt. Subulci, praeſentibus piratis, ſilentium tenebant, quoad ex portu latrones ſe eripuiſſent, et a terra tantum abeſſent ſpatii, quanto adhuc vox clamantis audiri poterat; tum conſueta voce ſuarii clamantes, eos retro verſus ad ſe revocabant. Porci primum ut ſublatum clamorem exaudierunt, ſtatim ſe in alterum navis latus compellentes eam everterunt. Ita malefici piratae naufragio mox funditus perierunt, ſues vero ad ſuos enatarunt.

CAP.

εσθαι διαπέφευγε· τοσαύτη δὲ ἄρα αὐτῶν ἡ ἕνωσις γίνεται συνδραμόντων, ὡς καὶ πορθμίδας ἐπιθεῖσας μὴ διασχίζειν αὐτὰ, καὶ μέντοι καὶ κώπην ἢ κοντὸν εἴ τις αὐτῶν διεῖραι θελήσειε, τάδε ἀ διαξαίνεται, ἀλλὰ ἔχεται ἀλλήλων ὡς συνυφασμένα. Καθεὶς δὲ τὴν χεῖρα, ὡς ἐκ σωρῦ πυρῶν ἢ κυάμων, λάβοι ἂν βιαίως ἀποσπάσας, ὡς καὶ διασπᾶσθαι πολλάκις· καὶ τὰ μὲν ἡμίτομα τῶν ἰχθυδίων λαμβάνεσθαι, τὰ δὲ ἀπολείπεσθαι· καὶ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τὸ μὲν ἡραῖον καθέξεις, μένει δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ λοιπόν· ἢ κεφαλὴν κομιεῖς οἴκαδε σὺν τοῖς ἄλλοις, μένει δὲ ἐν τῇ θαλάττῃ τὸ λοιπόν. Καλεῖται δὲ αὐτῶν ἡ πυκνή τε καὶ συνεχὴς νῆξις βόλος, καὶ πεντήκοντα ἁλιάδας ἐπλήρωσε πολλάκις εἷς βόλος, ὥς φησιν ὁ θαλατιεργός.

ΚΕΦ. ιθ΄.

Ὅπως ἡ Ὗς γνωρίζει τὸ τροφέως σύβωτα τὴν φωνήν.

Ἡ Ὗς γνωρίζει τὸ σύβωτα τὴν φωνὴν, καὶ ὑπακούει καλοῦντος, κἂν ἢ πλανηθεῖσα· πλησίον δὲ τούτου τὸ μαρτύριον. Τῇ γῇ τῇ Τυρρηνίδι κακοῦργοι ναῦν λῃσειραν προσέσχον, καὶ προσελθόντες αὐλίῳ περιτυγχάνουσι, καὶ ἦν συβοτῶν τὸ αὔλιον, καὶ εἶχεν ὗς πολλάς· ταύτας ἕν συλλαβόντες εἰς τὴν ναῦν ἐνέβαλον, καὶ ἀπολύσαντες τὰ πείσματα εἶχοντο τοῦ πλοῦ. Οἱ τοίνυν σύβωται, παρόντων μὲν τῶν λῃστῶν, ἡσύχαζον, ἐπεὶ δὲ ἔτυχον τῆς γῆς ἀποσαλεύσαντες, ὅσον τε γέγωνε βοήσας ἐνταῦθά τοι τὰς σῦς τῇ συνήθει βοῇ ὀπίσω καὶ παρὰ σφᾶς ἀπεκάλουν οἱ σύβωται. Αἱ δὲ ὡς ἤκουσαν, ἐπὶ θάτερα τοῦ πλοίου ἑαυτὰς συνώσασαι ἀνέτρεψαν αὐτό. Καὶ οἱ μὲν κακοῦργοι παραχρῆμα διεφθάρησαν, οἱ δὲ ὗς παρὰ τοὺς ἑαυτῶν δεσπότας ἀπενήξαντο.

ΚΕΦ.

CAP. XX.

Quod Ciconiae rivali invidia laborant.

CICONIA rivali invidia laborare fertur. Nam cum in Crannone Theſſaliae formoſa mulier, cui nomen eſſet Alcinoe, a conjuge peregre profecto domi relicta, ſtupri conſuetudinem cum ſervo quodam habuiſſet; hoc quidem ipſum ciconia domeſtica intelligens non tulit, ſed herum ulta fuit, atque impetu in mulierem facto, eam oculis privavit. Porphyrionis quidem zelotypiae, atque canis, in ſuperioribus mentio a me facta eſt, nunc vero ciconiae ſimiles adfectus erga nuptias adulterio laborantes.

CAP. XXI.

De colore, quem mutant Animalia pro potus differentia.

PRO differentia potus colorem mutant oves juxta naturam fluviorum; anni autem tempus, quo id ipſis uſu venit, eſt, cum ineuntur. Itaque ex albis commutantur in nigras, contraque ex nigris in albas convertuntur. Haec autem cum ad Antandrum amnem accidunt, tum ad Thraciae fluvium, cujus nomen Thraces accolae tibi dicent; tum vero ad Trojam Scamander ex aqua ſua potantes oves fulvas efficit; unde factum eſt, ut huic, qui initio Scamander nominaretur, deinde aliud nomen adventitius ovium color Xanthum impoſuerit.

CAP.

ΚΕΦ. κ'.

Ὅτι καὶ οἱ Πελαργοὶ ζηλότυπον ζῷόν εἰσι.

Ζηλότυπον δὲ εἶναι καὶ τὸν πελαργόν φασιν. Ἐν γῇ Κράννωνι τῆς Θετταλίας Ἀλκινόην ὄνομα γυναῖκα ὡραίαν ὁ γήμας, ἀπολιπὼν οἶκοι ἐξείλατο εἴς τινα ἀποδημίαν, ἡ τοίνυν Ἀλκινόη ὡμίλει τῶν θεραπόντων τινί· τοῦτο συνιδὼν ὁ πελαργὸς ὁ οἰκέτης οὐκ ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἐτιμώρησε τῷ δεσπότῃ, προσπηδῶν γῆν ἐπήρωσε τῆς ἀνθρώπου τὴν ὄψιν. Ἀνωτάτω μὲν ἐμνήσθην πορφυρίωνος ζηλοτυπίας, εἶτα κυνὸς τοιούτου, νῦν γε μὴν πελαργῷ τὰ ἴσα ἐκείνοις εἰς νοσοῦντα γάμον.

ΚΕΦ. κά.

Περὶ τῆς χρόας, ἣν μεταβάλλει τὰ Ζῶα ἐκ τῆς τοῦ σώματος διαφορᾶς.

Μεταβάλλει δὲ τὰς χρόας τὰ πρόβατα ἐκ τῆς περὶ τὸ σῶμα ἀλλαγῆς, καλὰ τὴν τῶν πολαμῶν ἰδιότητα· ἡ δὲ ὥρα τοῦ ἔτους, καθ' ἣν ἀπαλλᾷ τοῦτο αὐτοῖς, ὁ τῆς μίξεως καιρός ἐστι. Γίνεται γοῦν καὶ ἐκ λευκῶν μέλανα, καὶ ἔμπαλιν τρέπει τὴν χρόαν. Φιλεῖ δέ πως ταῦτα γίνεσθαι περί τε τὸν ἐν Ἀλανδρίᾳ πολαμὸν, καὶ τὸν ἐν Θρᾴκῃ, ὃ τὸ ὄνομα ἐρῶσιν οἱ πάροικοι Θρᾷκες· ὁ δὲ ἐν Τροίᾳ Σκάμανδρος, ἐπεὶ ξάνθας ἀποφαίνει πιόσας τὰς ὄϊς, πρὸς τῷ Σκαμάνδρῳ τῷ ἐξαρχῆς ἄλλο ὄνομα ἡ τῶν προβάτων ἐπίκλησις χρόα ἔθελο αὐτῷ τὸν Ξάνθον.

CAP. XXII.

De Ciconia, quae beneficii accepti Tarentinae mulieri gratiam retulit.

GRATIAM accepti beneficii memoria ipſae etiam beſtiae retinent. Tarentina mulier, nomine Heracleis, et caeteris in rebus laude digna fuit, et ab omni ſtupro integram caſtamque ſe marito conſervavit; quippe quae ut viventem eum ſtudioſe et diligenter coluiſſet, ſic poſteaquam e vita exceſſiſſet, urbanas commorationes, et domum, in qua mortuum vidiſſet maritum, adeo odit, ut prae moerore in ſepulchra habitatum ſe conferret; triſtis itaque ad tumulum defuncti conjugis acceſſit, et iſtic commorata fuit, ſe fidam caſtamque ſepulto conjugi exhibens. Haec vero femina, cum aeſtivo anni tempore, e ciconiarum pullis ſuum volatum experientibus, unus et maxime tenera aetate, et alarum debilitate, delapſus alterum crus fregiſſet, ejuſmodi caſum intuita, ſe, cognito morbo, miſericordem pullo praebuit; nam eum attollens vulnus blande cauteque obligavit, et medicamentis ſanavit, eique cibum et potum praebuit, atque jam ad volatum confirmatum e manibus dimiſit. Hic, admirabili quadam et naturali intelligentia non ignorans ſe conſervatae vitae praemium mulieri debere, avolavit; dein anno poſt cum ad vernum ſolem forte apricantem eam, quae ſibi benigne fecerat, perſpexiſſet, a qua ſanatus fuerat, demiſſo atque humili volatu proxime ad ipſam profecta, in ejus ſinum lapidem evomuit; deinde, ut rationi conſentaneum eſt, in tecto ſubſedit. Cujus facti admiratione commota Heracleis dubitabat, quid iſtuc eſſet. Cum igitur lapidem intus alicubi depoſuiſſet, nocte inſequenti ſomno ſoluta eum fulgere, et radiatam domum tanquam immiſſis facibus ex eo ſplendere perſpexit, tantus fulgor ex lapidis maſſa

ΚΕΦ. κβ'.

Περὶ τοῦ Πελαργοῦ τὴν χάριν ἀποδόντος τῇ Ταραντίνῃ γυναικί.

ΧΑριτος δὲ ἀπομνησθῆναι τὰ ζῶα, καὶ καλὰ τοῦτο ἀγαθά. Ἐν Τάραντι γίνεσθαι γυνὴ τά τε ἄλλα σπουδῆς ἀξία, καὶ ἓν καὶ σώφρων πρὸς τὸν ἄνδρα, Ἡρακλῆς ὄνομα αὐτῇ· περιεῖπε μὲν ἓν ζῶντα τὸν γεγαμηκότα εὖ μάλα κηδεμονικῶς, ἐπεὶ δὲ τὸν βίον ἔτος καλέσρεψε, τὰς ἀσυκὰς ἡ προειρημένη γυνὴ μισεῖ διαιρεθὰς, καὶ τὴν οἰκίαν, ἐν ᾗ τὸν ἄνδρα νεκρὸν ἐθεάσαλο, καὶ ὡς εἶχε λύπης, ἐς τὰς τάφρους μεταικίζεσθαι· καὶ τοῖς ἠρίοις τοῦ πολε ἀνδρὸς τλημόνως παρέβαλλε καὶ παρέμεινε, πιστὴν ἑαυτὴν καὶ σώφρονα τῷ καλὰ γῆς ὄντι ἀποφαίνουσα. Καί πολε ἦν ὥρα θέρεος, καὶ πελαργῶν ἔτι νεοττῶν πρόπειραν τῆς ἑαυτῶν πτήσεως λαμβανόντων, εἷς ὁ μάλισα νεαρὸς, ἀκραιὴς ἔτι τῶν ταρσῶν ὧν καλώλισθε, καὶ τοῖν σκελοῖν συντρίβει τὸ ἕτερον· ἡ τοίνυν Ἡρακλῆς θεασαμένη τὸ πτῶμα, καὶ τοῦ πόδος τὸ πάθος καταμαθοῦσα, οἰκτείρει τὸν νεοττὸν, καὶ ἀναλαβοῦσα σὺν πολλῇ τῇ φειδοῖ καταιλεῖ τὴν πληγὴν, καὶ θεραπεύει καταιονήμασι καὶ ἐπιπλάσμασι, καὶ τροφὴν προσέφερε, καὶ πολὸν ὤρεγε, χρόνῳ δὲ τῷ εἰκότι ῥωσθέντα καὶ φύσαντα τὰ ὠκύπτερα ἐλεύθερον εἶναι μεθῆκεν. Ὁ δὲ εἰδὼς ἐννοίᾳ τινὶ φυσικῇ καὶ θαυμασῇ ὀφείλων ζωάγρια, ᾤχετο ἀπιών· εἶτα ἐνιαυτοῦ διελθόντος, ἡ μὲν ἔτυχεν ἥρος ὑπολάμποντος ἐν ἡλίῳ θερομένη, ὁ δὲ πελαργὸς, ὁ ἰαθεὶς ὑπ' αὐτῆς, ἰδὼν τὴν εὐεργέτιν ὑφῆκε τῆς τῶν πτερῶν ὁρμῆς, καὶ ἑαυτὸν χθαμαλωτέρᾳ τῇ πτήσει καταγων πλησίον γίνεσθαι, καὶ χανὼν ἀνεμεῖ λίθον εἰς τὸν τῆς Ἡρακλείδος κόλπον, καὶ ἀναπεσασθεὶς ἐπὶ τοῦ τέγους ἑαυτὸν ἐκάθισεν. Ἡ δὲ τὰ πρῶτα, ὡς εἰκὸς, ἐθαύμασέ τε, καὶ ἐκταραχθεῖσα ἠπόρει τί εἴη τὸ πραχθὲν, συμβαλεῖν οὐκ ἔχουσα. Τὴν δ' ἓν λίθον ἔνδον ποι καλέθελο, εἶτα νύκτωρ διυπνισθεῖσα ὁρᾷ αὐτήν τινα

massa exibat et gignebatur, eratque valde pretiosus; ubi vero ciconiam comprehendisset, et vulneris cicatricem percepisset, hanc agnovit eam esse, quam miseratione commota sanavisset.

CAP. XXIII.

Astacus quantopere consuetum sibi et familiarem locum amet.

SI quem astacum comprehendens, eum longissime exportaveris, relicto ibi signo, unde ipsum cepisti, eodem eum ipsum, unde comprehensus fuerit, arrepsisse reperies; si, inquam, modo ita ex mari exportaveris, et deinde sic prope deposueris, ut in mare adrepere queat.

CAP. XXIV.

De Venatrice aviculas invadente.

MERVLIS affinis genere est venatrix, natura volucris, colore atro, lingua canora. Venatrix autem merito appellatur, cantus enim ac modulationis illecebris alias teneras volucres advolantes ad se allicit. Cujus ingenitae sibi facultatis haec avis non ignara, eo naturae munere ad se voluptate et cibo explendam uti videtur; nam sui cantus auditione oblectatur, et aucupio et venatione proxime ad se accedentium avicularum exsaturatur. Quod si quando quisquam hanc captam concluserit in caveam, non amplius cantus studio tenetur, verum etiam pro servitute a venatore poenas silentio sumens, muta permanet atque elinguis.

CAP.

καὶ ἴγλην ἀφιεῖσαν, καὶ καλελάμπετο ὁ οἶκος, ὡς εἰσκομισθείσης δαδὸς, τοσοῦτον ἄρα ἐκ τῆς βώλου τὸ σέλας ἀνίει τε καὶ ἐτίκτετο, καὶ ἦν μέγα τίμιος· συλλαβοῦσα δὲ τὸν πελαργὸν, καὶ ἐπαφωμένη, καλενόησε τὴν ἐκ τῆς πληγῆς ὕλην, καὶ ἐγνώρισε τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι, τὸν ὑπ' αὐτῆς οἴκτου τε καὶ θεραπείας τετυχηκότα.

ΚΕΦ. κγ'.

Ὅπως ἐστὶ τῶν συτρόφων ἠθῶν μνήμων ὁ ἀσακός.

Ἀστακὸν εἰ λάβοις, καὶ ποτρώτατω κομίσαις, σημεῖον καταλιπὼν ἔνθα αὐτὸν τεθήρακας, εὑρήσεις τὸν αὐτὸν ἐνταῦθα, ὅθεν καὶ συνείληπται· λέγω δὲ, εἰ παρὰ τὴν θάλατταν κομίσαις, εἶτα καλάθοιο αὐτόν που πλησίον, ὡς εἰσερπύσαι δυνηθῆναι εἰς τὴν θάλατταν.

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ ἀγρέως ὄρνιθος.

Ἀγρεὺς τὸ ὄνομα, τὴν φύσιν πτηνὸς, τὸ γένος κοσσύφων φράτωρ καὶ συγγενὴς, μέλας τὴν χρόαν, μουσικὸς τὴν γλῶτταν. Κέκληται δὲ ἀγρεὺς καὶ δικαίως, τῷ γάρ τοι μέλει τῶν ἄλλων ὀρνέων αἱρεῖ τὰ ἁπαλὰ προσπελόμενα τῇ τῆς εὐμουσίας θέλξει. Εἰδὼς ἕν τὸ συμφυὲς αὐτῷ πλεονέκτημα, ἔοικε χρῆσθαι τῷ παρὰ τῆς φύσεως δώρῳ καὶ εἰς ἡδονὴν ἅμα καὶ τροφήν· ἀκόων μὲν γὰρ ἑαυτοῦ εὐφραίνεται, θηρῶν δὲ τὰ προσιόντα ἐμπίπλαται. Τοῦτον ἄρα εἴ τίς ποτε ἐθήρασε, καὶ ἐν οἰκίσκῳ καθεῖρξεν, οὐδὲν αὐτῷ πλέον τὸ τῆς σπουδῆς· ἔχει γὰρ ἄφωνον ὄρνιν, ὥσπερ ἕν τὸν θηράσαντα ἀμυκόμενον ὑπὲρ τῆς δουλείας τῇ σιωπῇ.

ΚΕΦ

CAP. XXV.

Quemadmodum Trochilus Crocodilo adverſus Ichneumonem inſidiantem auxiliatur.

QVO beneficio trochili crocodilos promereantur, dum hirudines eorum faucibus eximunt, ut Herodotus in ſuis de Aegypto ſermonibus tradit, jam ſuperius retuli; ubi quae omiſſa ſunt, in praeſentia addam, quo ea in aliorum notitiam quoque perveniant. Trochilus avis eſt paluſtris, et circa fluminum ripas vagatur, ubi eſcis quibuſque obviis fruitur, et a crocodilo quoque, ut dixi, alitur; quamobrem et gratus illi eſt, ejuſque dormientis curam ſuſcipit, proque ipſo vigilat. Iacenti enim illi ac ſtertenti inſidiatur Ichneumon, et ſaepe jugulo apprehenſo ſtrangulat; quo conſpecto, trochilus clamat, et crocodilum, cui naſum ferit, excitat, et adverſus hoſtem inſtigat. Haec quidem trochili natura eſt, haud ſcio an laudanda, cum voraciſſimae noxiaeque belluae tam providam curam gerat.

CAP. XXVI.

De Paſtinaca marina.

PASTINACA marina cum natandi eſt cupiditate adfecta, natare poteſt; cum rurſus volandi ſtudio tenetur, ſurſum verſus ſublimis volat. Aculeum autem, cujus etiam ante mentionem feci, mortiferum habet. Quod igitur non modo homines, ſed etiam animalia alia pungere, et hoc pacto celeriter interficere queat, neutiquam mirum eſt; quod vero maxime admirandum videtur hoc eſt: Si ad maximam arborem, et vegetam, et ſumme virentem, aculeum admoveas et defigas, non multo poſt amittit

ΚΕΦ. κέ.

Ὅπως ἐπιβελευομένῳ ὑπὸ τῦ Ἰχνεύμονος τῷ Κροκοδείλῳ ὁ Τροχίλος ἐπαμύνει.

Ἀνωλέρω εἶπον, ἢν οἱ τροχίλοι καλαλίθενλαι εἰς τὲς κροκοδείλες εὐερλεσίαν τὴν ἐκ τῶν βδελλῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς Αἰγυπλίοις μέμνηλαι κ᾽ Ἡρόδολος λόγοις· ὃ δὲ ἐκ εἶπον εἰδὼς εἰρήσελαι νῦν, ἵνα κ᾽ ἄλλος μάθῃ. Ὁ μὲν τροχίλος ὄρνις ἐςὶ τῶν ἑλείων εἷς, κ᾽ ωαρὰ τὰς ὄχθας τῶν ωολαμῶν ἀλᾶται, κ᾽ ὅ,τι ἂν τύχῃ ωαρεκλέγων βόσκελαι, τρέφει δὲ αὐτὸν κ᾽ κροκόδειλος, οἷς εἶπον· κ᾽ ἐκεῖνος αὐτὸν ἀμείβελαι, καθεύδονλος ωρομηθῶς ἔχων, κ᾽ ὑπεραλρυπνῶν αὐτῷ. Κειμένῳ μὲν γὰρ καί περ ὑπνώτλονλι ἐπιβελεύει ὁ ἰχνεύμων, κ᾽ ἐμφὺς τῇ δέρῃ ωολλάκις ἀπέπνιξεν αὐτόν· ἀλλ᾽ ὅγε τροχίλος βοᾷ, κ᾽ ωαίει καλὰ τῆς ῥινὸς αὐτὸν, κ᾽ ἀνίςησι, κ᾽ ωρὸς τὸν ἐχθρὸν ὑποθήγει. Εἰ μὲν ᾧν χρὴ τὸν ὄρνιν ἐπαινεῖν οὕτως ἔχονλα φρονλιςικῶς ζώῳ ωαμβόρῳ κ᾽ ἀδδηφάγῳ, εἰσόμεθα, τὸ δ᾽ ᾧν ἴδιον τῶνδε τῶν ζώων εἶπον.

ΚΕΦ. κς.

Περὶ τῆς Θαλατλίας Τρυγόνος.

Ἡ Τρυγὼν (ἅ φημι νῦν τὴν ὑπαέριον, ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ Θαλάτῃ) ὅτε βάλελαι, νήχελαι, κ᾽ αὖ ωάλιν ἀρθεῖσα ωέτελαι. Ἔχει δὲ κέντρον, ᾧ κ᾽ ἀνωλέρω μνήμην ἐποιησάμην, Θανατηφόρον. Τὸ μὲν ᾧν κεντεῖν κ᾽ ζῶα ἄλογα, κ᾽ ἀνθρώπες, κ᾽ ωαραχρῆμα ἀπολλύναι ἅτως, ἅπω ωαράδοξόν ἐςιν· ὃ δὲ ἄξιον ἐκπεπλῆχθαι, τῦτο εἰρήσελαι. Δένδρῳ τῷ μεγίςῳ, κ᾽ ωάνυ εὐθαλεῖ, κ᾽ εὐερνεῖ, κ᾽ λίαν τεθηλότι τὴν χλόην, εἰ ωροσαγάγοις τὸ κέντρον, κ᾽ νύξοις τὸ δένδρον, μελὰ μικρὸν

amittit folia, quae poſtquam in terram defluxerunt, totus truncus exſiccatur, et ſimilis eſt arboribus ſolis ardoribus exſiccatis aeſtate, cum eſt maxima ſiccitas.

CAP. XXVII.

Quomodo, et quantae magnitudinis, naſcitur Elephas.

ELEPHANTI partus in caput procedit ad lucem, partus vero magnitudo eſt inſtar integrae aetatis et juſtae magnitudinis Porci. Matrem unam foetus plures ſequi aiunt. Nec vero, ſi quis hos a partu recentes contigerit, matres indignantur, ſed id permittunt. Plane enim noſcunt, non animo quidem laedendi, vel malo adficiendi, ſed ad ludicram delectationem et blanditias eos contrectari; eſſeque hominis naturam ea excelſitate animi, ſuo ut partui adhuc tantillo nocere nollet. Poſtea autem quam in foveam inciderunt, capti in venatione, animadvertentes exitus locum nullum eis relictum eſſe, cum eos priſtini animi, tum libertatis capit oblivio; tum vero facile cibos a largientibus ſumunt; tum, ſi quis aquam praebeat, libenter bibunt; atque vinum in promuſcides offuſum ſine recuſatione admittunt.

CAP. XXVIII.

De Ellope piſce, quem etiam Sacrum vocant.

ELLOPEM ſacrum piſcem a poeta vocari exiſtimant. Eum raro reperiri fama fert; in mari autem Pamphylio capitur, ſed neque tamen inde niſi admodum raro. Quod ſi capiatur, coronis ob ſecundam piſcationem ſeſe non modo piſcatores ornant, ſed et piſcatoria navigia ſertis redimunt, et plauſu, et tibiarum ſono, praedam teſtantes ad terram applicant. Alii propterea non hunc, ſed anthiam ſacrum exiſtimant; quia locus, quem anthias incolit, et belluarum expers, et urinatoribus tutus eſt,

μικρὸν ἐκβάλλει τὰ φύλλα· καὶ ἐκείνων καταῤῥεόντων εἰς τὴν γῆν, τὸ ὠὰν πρέμνον αὐαίνεται, καὶ ἔοικεν ἡλιοβλήτῳ ὑπ' αὐχμῶ βιαίῳ ξηρῷ γεγενημένῳ.

ΚΕΦ. κζ'.

Πῶς τίκτεται Ἐλέφας, καὶ ἡλίκος τὸ μέγεθος.

Τίκτεται ἐλέφας κατὰ τὴν κεφαλὴν ἐκπηδῶν, τὸ δὲ μέγεθός ἐστι τῶ τικτομένω κατὰ δέλφακα τὴν μεγίστην. Μιᾷ δὲ μητρὶ πλείω ἐλεφαντίσκια ἔπεται, φασίν. Εἰ δὲ βάλοιο τῶν βρεφῶν νεογόνων ὄντων προσάψασθαι, αἱ μητέρες οὐδὲν ἀγανακτῶσιν, ἀλλ' ἐῶσι. Συνιᾶσι γὰρ, ὅτι μήτε ἐπὶ λύμη τις ἐπιψαύει αὐτῶν, μήτε ἐπὶ κολάσει, ἀλλὰ φιλοφρονούμενοι πάντες, καὶ κολακεύοντες· ἐπεὶ τίς ἂν τὸ τηλικοῦτον βλάψειεν; Ὅταν δὲ θηρώμενοι ἐμπέσωσιν ἐς τὴν τάφρον, καὶ ἴδωσιν, ὅτι λοιπὸν αὐτοῖς ἄφυκτά ἐστι, τῶ μὲν τέως θυμῶ τῶ ζῶν τῇ ἐλευθερίᾳ λήθην λαμβάνουσι, καὶ ὀρεγόντων σιτία ἑτοίμως προσίενται, καὶ ὕδωρ προτεινόντων πίνουσι, καὶ οἶνον ἐκχεόντων ἐς τὰς προβοσκίδας, οἵδε τὴν φιλοτησίαν οὐκ ἀναίνονται.

ΚΕΦ. κή.

Περὶ τοῦ ἰχθύος τοῦ Ἕλλοπος, ὃν καὶ ἱερὸν καλοῦσι.

Τον ἰχθὺν τὸν ἕλλοπα ἱερὸν ἰχθὺν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κληθῆναι νομίζουσι. Λέγει δὲ λόγος τις Σπάνιον μὲν αὐτὸν εἶναι, ἐν δὲ τῷ κατὰ Παμφυλίαν πελάγει θηρᾶσθαι, γλίσχρως δὲ καὶ ἐκεῖθι. Ἐὰν δὲ ἁλῷ, σεφάνοις μὲν αὐτοῖς Σφᾶς ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς εὐερμίας ἀγλαΐζουσι· σεφανοῦσι δὲ καὶ τὰς ἁλιάδας, καὶ καταίρουσι κρότῳ τε καὶ αὐλοῖς, τὸ θήραμα μαρτυρόμενοι. Οἱ δὲ ὑ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν ἀνθίαν νομίζουσιν ἱερόν· τὸ δὲ αἴτιον, ἔνθα ἂν ὅδε φανῇ τῆς θαλάττης,

eſt, et cum piſcibus pacem ſervat, cujus fiducia piſces confirmati ibidem pariunt. Naturae cauſam penitus retruſam et abditam, non meum eſt explicare, non magis quam exponere cauſas, cur gallinaceum leo et baſiliſcus timeant, cur ſuillum pecus elephantus horreat; in quibus exquirendis etſi qui multo abundant otio, plurimum temporis conſumant, non tamen optatum adſequuntur.

ἀνάγκη δήπου τὸν χῶρον ἄθηρον εἶναι, σπονδὰς δὲ ἰχθύσι καὶ ὠοῖν ὅσον ὑδροθηρικὸν, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ ἰχθύες θαρροῦντες ἀποτίκτουσι. Φύσεως δὲ ἀπόρρητα ἐλέγχειν ἐκ ἐμοῦ, καὶ εἰκότως, ἐπεὶ καὶ ἀλεκτρυόνα δέδοικε λέων, καὶ τὸν αὐτὸν βασιλίσκος, καὶ μέντοι καὶ ὗν ὁ ἐλέφας· τὰς δὲ αἰτίας ὅσοι σχολὴν ἄγουσι πολλὴν ζητοῦντες, τῷ μὲν χρόνῳ καταφρονήσουσιν, ἃ μὴν εἰς τέλος ἀφίξονται τῆς σπουδῆς.

AELIANI
DE
NATVRA ANIMALIVM
LIBER IX.

CAPVT I.
De Leonibus aetate provectis.

LEO cum aetate provectus et jam gravis factus fuerit, tum ad venandum infirmus, aut in ſpecubus, aut nemoroſis tractibus, libenter requieſcit; neque tum vel cum infirmiſſimis animalibus, aetatis ſuae infirmitati diffidens, verſari fidenter audet, conſiderans ſenectam et corporis ſui imbecillitatem. Ex hoc vero procreati et robuſtae et vigentis aetatis fiducia nitentes longe procedunt ad venandum, ac patrem jam ſenem ſecum adducunt, eum impellentes; deinde in media via, quam ingreſſi fuerint, illum relinquentes toto animo ipſi in praedae curam incumbunt, ac tantundem praedae conſecuti, quantum vel ſibi vel genitori ſatis ad prandium ſit, generoſo quodam et contentiſſimo rugitu edito, parentem ſuum, ſecum ut convivium ineat, tanquam convictores ad prandium convivam, invitant. Senex tum ſenſim et pedetentim velut reptans, eo accedens, primo filios amplexatur, deinde lingua eis ſuaviter, velut horum laudans felicem venationem, blanditur; poſt et prandio dat operam, et cum his epulatur. Tametſi Solon, qui lege ſancivit filiis parentes alendos eſſe, haec eos facere non juſſit; ſed natura humanis legibus nihil egens, ipſa immobilis lex, hoc officii munus docuit.

CAP.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ
ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Θ΄.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Περὶ λεόντων γεγηρακότων.

Ὁ Λέων ἤδη τροήκων τὴν ἡλικίαν, καὶ γήρᾳ βαρὺς γεγενημένος, θηρᾶν μὲν ἥκιστός ἐστιν, ἀσμένως δὲ ἀναπαύεται ἐν ταῖς ὑπάντροις ἢ λοχμώδεσι καλαδρομαῖς· καὶ τῶν θηρίων ἁδὲ τοῖς ἀσθενεστάτοις ἐπιθαρρεῖ, τὸν ἑαυτοῦ χρόνον ὑφορώμενος, καὶ τὸ τοῦ σώματος ἐννοῶν ἀσθενές. Οἱ δὲ ἐξ αὐτοῦ γεγενημένοι θαρροῦντες τῇ τῆς ἡλικίας ἀκμῇ, καὶ τῇ ῥώμῃ τῇ συμφυεῖ, τροΐασι μὲν ἐπὶ θήραν, ἐπάγονται δὲ καὶ τὸν ἤδη γέροντα, ὠθοῦντες αὐτόν· εἶτα ἐπὶ μέσης τῆς ὁδοῦ, ἧς ἐλθεῖν δεῖ καταλιπόντες ἔχονται τῆς ἄγρας αὐτοὶ, καὶ τυχόντες τοσούτων, ὅσα ἀποχρήσει καὶ αὐτοῖς καὶ τῷ γεγηκότι σφᾶς, βρυχησάμενοι γενναῖόν τε καὶ διάτορον καλοῦσι τὸν τροφέα, ὡς δαιτυμόνα ἑστιάτορες ἐπὶ θοίνην οἱ νέοι τὸν γεγηρακότα, τὸν τροφέα οἱ τροφῖδες. Ὁ δὲ ἡσυχῇ καὶ βάδην καὶ οἷον ἕρπων ἔρχεται, καὶ περιβαλὼν τοὺς παῖδας, καὶ τῇ γλώττῃ μικρὰ ὑποσήνας, ὥσπερ ἓν ἐπαινῶν τῆς εὐθερίας, ἔχεται τοῦ δείπνου, καὶ σὺν τοῖς υἱοῦσιν ἑστιᾶται. Καὶ Σόλων μὲν τοῖς λόγοις ταῦτα ἐ κελεύει, νομοθετῶν τρέφειν τοὺς τροφέας ἐπανάγκες· διδάσκει δὲ ἡ φύσις, ἢ νόμων ἀνθρωπικῶν μέλει οὐδέν, γίνεται δὲ ἄτρεπτος αὕτη νόμος.

ΚΕΦ.

CAP. II.

De Aquilae pennis.

NON modo praeſentem et viventem reginam avium aquilam ceterae volucres extimeſcunt, atque ejus conſpectum exhorrent, ſed et pennae ejuſdem, ſi quis eas cum aliarum pennis commiſcuerit, incorruptae atque integrae manent, aliae vero illarum commercium non ferentes putreſcunt.

CAP. III.

De Murium foecunditate; item de Crocodilis et Aquilis, qua ratione pullorum ingenuitatem experiantur.

MURES alioqui foecunda ſunt animalia, multoſque uno partu foetus edunt; tum vero ſi ſalem guſtare iis contingat, multo plures quam ſolent, enituntur. Crocodili cum ex ſeſe pepererunt, hoc experimento legitimum a ſpurio internoſcunt, ut ſi quid catulus, ſimul atque excluſus eſt, rapuerit, in reliquum tempus in crocodilini generis numero locoque a parentibus ducatur, et ab iiſdem ametur; ſin ignavus fuerit, et tardus ad comprehendendam alicunde aut muſcam, aut lumbricum, aliamve beſtiolam, aut lacertulam, eum parens tanquam a ſe degenerantem, nihilque ad ſe pertinentem lacerat. Atque videntur ad ſolis radios aquilae ſuorum ingenuitatem experientes, ſicut crocodili foetus ſuos non temerario adfectu, ſed ratione amare.

CAP. IV.

De dentibus Aſpidis.

ASPIDIS dentes, quos merito letiferos dixeris, tenuiſſimis quibuſdam veluti tunicis aut membranis indui et veſtiri audio;

et

ΚΕΦ. β΄.

Περὶ τῶν τᾶ Αἰετᾶ πλερῶν.

ΤΟΝ ἀετὸν τὸν τῶν ὀρνίθων βασιλέα ἃ μόνον παρόγλα κὴ ζῶγλα δέδοικε τὰ ὄρνεα, κὴ καλαπλήσσει φανέγλος· ἀλλὰ κὴ τὰ πλερὰ ἐκείνᾳ, ἐάν τις τοῖς τῶν ἄλλων ζυναναμίξῃ, τὰ μὲν τᾶ ἀετᾶ μένει ὁλόκληρα κὴ ἀνεπιβούλευτα, τὰ δὲ ἕτερα κατασήπεται, τὴν πρὸς ἐκεῖνα κοινωνίαν ἃ φέρονλα.

ΚΕΦ. γ΄.

Περὶ Μυῶν πολυγονίας, κὴ Κροκοδείλων κὴ Ἀετῶν πέρι, πῶς τὰ ἑαυτῶν ἔκγονα βασανίζουσι.

ΟΙ μῦες εἰσὶ μὲν κὴ ἄλλως πολύγονον ζῶον, κὴ ἀθρόᾳ τῇ ὠδῖνι πολλὰ τίκτουσιν· εἰ δέ πως κὴ ἁλὸς γευσάμενοι τύχοιεν, ἐνταῦθα δήπου κὴ παμπολλα ἀποκυίσκουσι, κὴ πλείω τῆς ζηνηθείας πολλῷ. Οἱ δὲ κροκόδειλοι ὅταν τέκωσι, τὸ γνήσιον κὴ νόθον τόνδε τὸν τρόπον ἐλέγχουσιν, ἐάν τι παραχρῆμα ἐκγλυφεὶς ἁρπάσῃ, τελεῖ τὸ λοιπὸν εἰς τὸ γένος, κὴ φιλεῖται τοῖς γειναμένοις, κὴ πεπίσγλαι κροκοδείλων εἶς εἶναι, κὴ ἠρίθμηλαι· ἐὰν δὲ ἐλινύσῃ, κὴ βλακεύσῃ, κὴ μὴ λάβῃ ποθὲν ἢ μυῖαν, ἢ σέρφον, ἢ ἔνλερον γῆς, ἢ σαῦρον τῶν νεαρῶν, διέσπασεν αὐτὸν ὁ παλὴρ, ὡς ἀδόκιμόν τε κὴ κίβδηλον, κὴ προσήκουλά οἱ ἐδέν. Καὶ δοκοῦσιν, ὡς οἵδε οἱ θῆρες, κὴ οἱ ἀετοὶ δὲ βασανίζοντες κὴ ἐκεῖνοι τὰ γνήσια τῇ ἀκτῖνι τᾶ ἡλίᾳ, κρίσει φιλεῖν τὰ ἔκγονα, κὴ ἃ πάθει.

ΚΕΦ. δ΄.

Περὶ τῶν τῆς Ἀσπίδος ὀδόγλων.

ΑΚούω τὰς ὀδόγλας τῆς ἀσπίδας, ἃς ἂν ἰοφόρας τις εἴποι καλῶν ὀρθῶς, ἔχειν οἰονεὶ χιλῶνας περικειμένας ἄγαν λεπτὰς κὴ ὑμέσι παραπλησίας, ὑφ' ὧν περιαμπέχονται· ὅταν

ἓν

et cum aſpis aliquem mordicus invadit membranulis humorem venenoſum effundi, tum illas rurſus ad priſtinum locum redire et uniri. Item in ſcorpii aculeo meatum quendam ſinuoſum eſſe aiunt adeo tenuem, ut viſu non percipiatur; in eo venenum gigni continerique, quod cum ille ferit, mox per aculeum emanat; foramen autem, quo venenum exit, oculorum aciem quoque fugere: Addunt vim aculei ejus retundi hominis ſputo, ita ut obtorpeſcat, et ad infligendum ictum reddatur impotens.

CAP. V.

Quemadmodum Canis foetui, qui primus in lucem editur, primigenia tribuit.

CANIS etſi permultos ex ſeſe parit catulos, horum tamen e numero primus prodiens in lucem patrem refert, omninoque ſimilitudinem ſpeciemque illius gerit; ceteri ut caſus tulerit, naſcuntur. Quod ſtudio et providentia naturae fieri videtur, matri ſcilicet anteferentis patrem.

CAP. VI.

Luna decreſcente Teſtacea et Cruſtacea animalium inaniora eſſe.

TESTA cruſtave operorum hoc etiam proprium eſt, ut, decreſcente luna, inaniora et exiliora fieri ſoleant: quod quidem ipſum declarant teſtacei generis purpurae, buccinae, ſphondyli, et his affines; itemque cruſtacei generis paguri, locuſtae, aſtaci, cancri, et id genus. Itemque imbecilliora infirmioraque, decreſcente luna, jumenta naſci dicuntur; eamque ob cauſam harum rerum prudentes in hac menſis parte genita, quod minus praeſtabilia ſint, conſulunt non alenda eſſe. Ceterum in novilunio ani-

ἓν ἐμφύσῃ τινὶ τὸ σόμα ἡ ἀσπὶς, σρέφεσθαι μέν φασι τὰ ὑμένια, ἐκχεῖσθαι δὲ τὸν ἰὸν, καὶ πάλιν συλλέχειν ἐκεῖνα, καὶ ἐνδύεσθαι. Τὸγε μὴν σκορπίε τὸ κέντρον ἔχειν τινὰ κολπώδη διπλόην, ὑπὸ τῆς ἄγαν λεπτότητος ὑπάντη σύνοπτον· καὶ εἶναι μὲν τὸ φάρμακον, καὶ τίκτεσθαι λέγεσιν ἐνταῦθα, ἅμα δὲ τῇ κρύσει προϊέναι διὰ τε κέντρε καὶ ἐκρεῖν· ὀπὴν δὲ εἶναι, δι' ἧς ἔξεισιν, οὐδὲ ταύτην ὄψει θεωρητήν· ἀνθρώπε δὲ διάλῳ καταπλύοντος ἀμβλύνεσθαι τὸ κέντρον, καὶ μαλακίειν, καὶ ἐς τὴν πληγὴν ἀδύνατον γίνεσθαι.

ΚΕΦ. έ.

Ὅπως τῷ πρώτῳ τεχθέντι τὰ πρεσβεῖα ἀπονέμει ἡ κύων.

Η Κύων εἰ καὶ πολλὰ τίκτει σκυλάκια, ἀλλὰ γε τὸ πρῶτον τῆς μητρὸς παρελθὸν, καὶ ἐκείνης τῆς ὠδῖνος πρεσβύτατον ὂν, καθηγορεῖ τὸν πατέρα, ἐκείνῳ γε ὁμοιότατον τίκτεται πάντως· τὰ δὲ ἄλλα, ὡς ἂν τύχῃ. Ἔοικε δὲ φιλοσοφεῖν ἐν τῷδε ἡ φύσις, προλιμῶσα τε ὑποδεχομένε τὸ σπεῖρον.

ΚΕΦ. ς'.

Ὅτι κενώτερά ἐσι τὰ Ὀστρακόδερμα ὑπολιγόσης τῆς σελήνης.

ΤΩΝ δὲ ὀστρακονώτων τε καὶ ὀστρακοδέρμων καὶ τοῦτο ἴδιον, κενώτερά πως ταῦτα καὶ κοφότερα, ὑπολιγόσης τῆς σελήνης, φιλεῖ γίνεσθαι· καὶ τῶν μὲν ὀστρακονώτων ἐλέγχεσιν, ὃ λέγω, πορφύραι, καὶ κήρυκες, καὶ σφόνδυλοι, καὶ τὰ τούτοις ὁμοφυῆ· τῶν δὲ ἑτέρων πάγεροί τε, καὶ κάραβοι, καὶ ἀσακοὶ, καὶ οἱ καρκῖνοι, καὶ εἴτι τούτων συγγενές. Λέγεται δὲ καὶ τῶν ὑποζυγίων τὰ τικτόμενα, λιγόσης τῆς σελήνης, ἀδυνατώτερα τῶν ἄλλων εἶναι, καὶ ἀσθενέσερα· καὶ μέντοι καὶ συμβελεύσιν οἱ τούτων ἐπισήμονες, τὰ ἐν τούτῳ τῷ μέρει τε μηνὸς γεννώμενα μὴ τρέφειν, μὴ γὰρ εἶναι σπουδαῖα αὐτά. Καλὰ τὴν νεμηνίαν δὲ

animantes audio vel voce ipſis naturali aliquid ſonare, vel cadere; leonem tantum Ariſtoteles excipit, cui neutrum horum contingat.

CAP. VII.

De Piſcibus acerrimo audiendi ſenſu praeditis.

SENSV audiendi acerrimo eſſe lupum, chromin, ſalpam, mugilem, Ariſtoteles ait. Lupum praeterea audio praeclare intelligere, ſe in capite poſſidere lapidem hiberno tempore perfrigidum, ſibique infeſtiſſimum; itaque illo ipſo anni tempore eum lapidem calefacere, haudquaquam inſcium contra lapidis frigus remedium eſſe ipſum tepefacere. Similem etiam lapidem chromin, pagrum, umbram habere; eandemque vitandi frigoris, quam lupum, ſequi rationem intellexi. Sunt et in piſcium genere paraſiti: ut pedunculus appellatus, qui ex iis, quae delphinus ceperit (ſuperfluis nimirum et intercidentibus) victitat, itaque ex ejus praeda, tanquam ex locupleti menſa, refertus pingueſcit; eo nimirum delphinus tantopere delectatur, ut cum ipſo libenter, quae comprehenderit, communicet. Theron quidem paraſitus apud Menandrum ſibi ipſi placet, quod homines naribus trahens, iis utebatur, tanquam praeſepi. Huic ſimilis fuit Struthias. Eſt et ille Philippi celebris paraſitus, nomine Cliſophus, qui in Philippi gratiam, in obſidione Methonae oculo privati altero, ipſe etiam alterum de ſuis oculum deligare voluit. Atqui inter pedunculum et delphinum benevolentiam amicitiae ego potius et familiaritati adſcripſerim; cum adulationem, ut et alia mala, homines tantum calleant, bruta ignorent.

CAP. VIII.

De amore Elephantorum in ſobolem.

ELEPHANTORVM vehementis amoris adfectum erga ſobolem haec etiam declarant. Horum venatores ſcrobes fodiunt, in quas cum haec animalia incidunt, ex his partim capiuntur, partim occi-

τὰ ζῶα, ὡς πυνθάνομαι, ἢ φθέγγεταί τι τῇ Συριττῷ φωνῇ, ἢ πίπτει· λέων δὲ ἄρα μόνος, ὡς Ἀριστότελης φησὶν, ἀθέτερον αὐτοῖν δρᾷ.

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ τῶν ὀξέως ἀκουόντων Ἰχθύων.

Ἀκοὴν ἀγαθὸν καὶ ὀξύτατον τὸν λάβρακα Ἀριστότελης εἶναί φησι, καὶ μέντοι καὶ τὸν χρόμιν, καὶ τὴν σάλπην, καὶ τὸν κεστρέα. Πυνθάνομαί τε τὸν λάβρακα σαφῶς εἰδέναι, ὅτι ἄρα ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λιθίδιόν ἐστι, καὶ χειμῶνος τοῦτο ψυχρότατον γίνεται, καὶ λυπεῖ αὐτὸν ἰσχυρῶς· ταύτῃ τοι καὶ κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν τοῦ ἔτους ἁλεαίνειν αὐτὸν, καὶ ἐπινοεῖν τῇ ψύξει τῇ ἐκ τοῦ λίθου φάρμακον τοῦτο, καὶ μάλα γε ἀντίπαλον. Καὶ χρόμιν δὲ τὸ αὐτὸ ποιεῖν, καὶ φάγρον, καὶ σκίαιναν πέπυσμαι· ἔχειν γὰρ τὸν ὅμοιον λίθον καὶ ταῦτα. Παράσιοι δὲ ἄρα καὶ ἐν ἰχθύων γένει ἦσαν· ὁ γοῦν φθεὶρ, ἕτω λεγόμενος, παρατρώγει τῶν τοῦ δελφῖνος θηραμάτων· ὁ δὲ ἥδεται αὐτῷ, καὶ ἑκὼν μεταδίδωσι, ἔνθεν τοι καὶ ποιόταλόν ἐστιν, ὥσπερ ἓν ἐκ ποδὸς καὶ ἀμφιλαφοῦς ἑστιάσεως ἐμπιπλάμενος. Καὶ ὁ μὲν τοῦ Μενάνδρου Θήρων μέγα φρονεῖ, ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους εἶχε. Καὶ ὁ Στρυθίας τοιοῦτος. Κλείδημος δὲ ὁ Φιλίππου καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον δεσμῷ καταλάμβανε, Φιλίππῳ χαριζόμενος ἐν τῇ τῆς Μεθώνης ποliορκίᾳ τὸν ἕτερον ἐκκοπέντι. Φιλία δέ μοι δοκεῖν καὶ Συντροφία τῷ φθειρὶ πρὸς τὸν δελφῖνά ἐστι· κολακεύειν μὲν γὰρ, ὡς καὶ ἄλλα κακὰ, ἄνθρωπος οἶδε, τὰ δὲ ἄλογα οὐκ οἶδε.

ΚΕΦ. ή.

Περὶ τῆς τῶν Ἐλεφάντων εἰς τὰ τέκνα φιλοστοργίας.

Ἐλέφαντος δὲ ἄρα ἐς τὰ τέκνα καὶ ἐκεῖνο φίλτρον ἰσχυρόν. Οἱ τούτων θηρατὰι τάφρους ὀρύττουσιν, εἰς ἃς ἐμπίπτουσι τὰ ζῶα ταῦτα, καὶ τὰ μὲν ἁλίσκεται, τὰ δὲ ἀναιρεῖται. Καὶ

occiduntur. Hujus vero foſſae faciendae quae ſit ratio, quae figura quique introitus, aliunde ſcietis; nunc pergo explicare, quam in genere elephantorum matres caros pullos ſuos habeant. Cum enim in foveam pullum ſuum incidiſſe mater perſpexiſſet, ne minimam quidem moram interpoſuit, nec ejus curſum ulla ad pullum conſequendum ſegnitia tardavit, quin vehementi dolore adfecta, quanto maxime poſſet incitato incurſu, in delapſum pullum praeceps ageretur, amboque eodem caſu morte occumberent; cum hic quidem materno pondere preſſus contereretur; illa vero praecipitata caput diffringeret. Riſu igitur digni ſunt, qui, utrum naturalis ſit amor parentum in filios dubitant.

CAP. IX.

Quemadmodum Vituli marini foetus ſuos pariunt.

VITVLI marini primum in arido foetus ſuos pariunt, deinde in lucem editos paulatim cum in humidiora loca ſubducunt, ut mare deguſtent, tum in aridum natalem locum reducunt; inde rurſum in mare deducunt, et quam mox educunt: et cum id ſaepe fecerunt, aptos tandem ad natandum efficiunt. Facile autem ad vitam in mari degendam, adſueſcunt, partim doctrina inſtituti, partim natura ad mores et ſedes maternas amandas impulſi.

CAP. X.

De Aquilis.

AQVILA violentum et avarum animal raptu vivit, et carnes appetit; nam lepores, hinnulos, anſeres ex cohorte, et alia pleraque rapit. Vna tantum ex aquilarum genere, quae Iovis appellatur, carnes non attingit; ſed ad victum ei herba ſatis eſt; et quamvis Pythagoram Samium non audivit, nullam tamen animantem edit.

CAP.

τίς ὁ τρόπος τῆς τοιάσδε ταφρεύσεως, καὶ τὸ σχῆμα ὁποῖον, καὶ ὁποῖον τὸ πάθος, καὶ εἴσοδοι ποταπαὶ, ἀλλαχόθεν εἴσεσθε· ἐκκαλύψων δὲ ἔγωγε καὶ ἐλέγξων τὴν σοργὴν ἔρχομαι. Ἡ μήτηρ θεασαμένη τὸ ἑαυτῆς βρέφος εἰς μίαν τῶν τάφρων ἐμπεσὸν, ἤτε ἐμέλλησεν, ἤτε βλακεύσασα διέτριψεν, ἀλλὰ ὡς εἶχεν ὁρμῆς ἐκθύμως καὶ περιπαθῶς ἐπιδραμοῦσα; καλὰ τοῦ παιδὸς αὐτὴν ὦσεν εἰς κεφαλὴν, καὶ ἄμφω καλὰ ταὐτὸν τοῦ τέλους εἰχέτην· ὁ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ μητρῴου βάρους ἐκπιεσθεὶς συνελίβη, ἡ δὲ τὴν κεφαλὴν αἴξασα. Γελοῖοι τοίνυν εἰσὶν οἱ διαπορῶντες, εἰ φυσικὴ πρὸς τὰ ἔγγονα σοργή ἐστι.

ΚΕΦ. θ'.

Πῶ τίκτουσιν αἱ Φῶκαι.

Αἱ δὲ φῶκαι τίκτουσι μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καλὰ μικρὰ δὲ ὑπάγουσιν ἑαυτῶν τὰ σκυλάκια εἰς τὸ νοτερὸν, καὶ ἀπογεύουσι τῆς θαλάττης, εἶτα ἐπανάγουσιν εἰς τὸν τῆς ὠδῖνος τόπον τὸν ἐξαρχῆς· καὶ αὖ πάλιν καθάγουσιν εἰς τὴν θάλατταν, καὶ ταχέως ἐξάγουσι· καὶ ὅταν πολλάκις τοῦτο δράσωσι, τελευτῶσαι νηπιώτατα ἀπέφηναν αὐτά. Ῥᾳδίως δὲ εἰς τὸν θαλάττιον βίον ὑπολισθαίνει, καὶ τῆς διδασκαλίας μὲν προαγούσης αὐτὰ, βιαζομένης δὲ τῆς φύσεως τῶν μητρῴων καὶ ἠθῶν καὶ ἐθῶν ἐρᾷν.

ΚΕΦ. ί.

Περὶ Αἰετῶν.

Αετὸς ζῶον πλεονεκτικὸν, καὶ δι' ἁρπαγῶν ποιεῖσθαι τροφὰς, καὶ σαρκῶν ἐσθίουσι· καὶ γὰρ λαγὼς ἁρπάζουσι, καὶ νεβρὸν, καὶ χῆνα ἐξ αὐλῆς, καὶ ἄλλα. Μόνος δὲ ἄρα ἐν αὐτοῖς, ὅσπερ ὢν καὶ Διὸς κέκληται, κρεῶν ἀχ ἅπτεται, ἀλλὰ ἀπόχρη οἱ ποά· καὶ Πυθαγόρᾳ τῷ Σαμίῳ διακόσας ᾠδὴν, ὅμως ἐμψύχων ἀπέχεται.

ΚΕΦ.

CAP. XI.

De Phalangii et Aſpidis morſu.

PHALANGIVM vel ſolo contactu, et ſine magno dolore, ut audio, interimit. Aſpidis quoque morſum leniſſimum eſſe Cleopatra experta eſt, cum, adventante Auguſto, quaenam ſine acerbo doloris ſenſu mors eſſet, in convivio de circumſtantibus exquirens, eam quae gladio inferretur, doloribus refertam eſſe, ex iis qui aliquod vulnus accepiſſent, reperiebat; acerbam autem ex venenis et laborioſam; convulſionem enim facere, et ſtomacho et cordi dolorem inurere; eam vero, quae aſpidis morſu adferretur, lenem, et, ut juxta Homerum dicam, ἄδηχρον, *imbecillem*, eſſe. Sed vel ſolo tactu interdum interimit, et adflatu quoque, ut et centrites, et rubeta.

CAP. XII.

De marina Vulpe.

VVLPEM terrenam animal fraudulentum eſſe exiſtimas, at marinae vulpis machinationes atque ſolertiam ad declinandas inſidias etiam audi. Principio enim ad hamum omnino non accedit: aut ſi hunc devorarit, ſtatim ſe, tanquam veſtem, invertens, interiora ſua educit, et ad hunc modum ferrum expellit.

CAP. XIII.

Amatorius Ranarum coitus.

VT hominum illecebrae quaedam amoris eſſe dicuntur, ſic ranae amatorium quiddam in voce uſurpant; etenim quemadmodum homo amans laſcivam cantiunculam cantitare ſolet, ſic ſuae cujuſdam emiſſione vocis, quam ololyginem vocant, coitus ſignificationem mas feminae dat. Cum eam autem allexerit, ambo noctem

ΚΕΦ. ια.

Περὶ Φαλαγγίου καὶ Ἀσπίδος δήγματος.

Εἰ τῷ φαλαγγίῳ καὶ μόνον ἐφάψαιτό τις, ἀπέκτεινεν αὐτὸν, μηδὲ ὀδυνηθέντα φασὶν ἰσχυρῶς. Ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἀσπίδος δῆγμα ῥᾳόταton εἶναι ἤλεγξε Κλεοπάτρα, ὅτε, τῷ Σεβαστῷ προϊόντος, αἱρεθεῖσα ἀνωδύνων θανάτων ἐν τοῖς συμποσίοις ἐβασάνιζε, καὶ τὸν μὲν διὰ τῶν ξίφους εὗρισκεν ἀλγεινὸν, τῶν πειρωσκομένων τοῦτο ὁμολογούντων· τὸν δὲ διὰ τῶν φαρμάκων λυπηρὸν, σπασμὸν γάρ τινα ἐμποιεῖν, καὶ καρδιώττειν ἀναγκάζει· τὸν δὲ ἐκ τοῦ δήγματος τῆς ἀσπίδος ῥᾴον εἶναι, καὶ ἵνα Ὁμήρῳ ἰδίως εἴπω, ἀβληχρόν. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ μόνον ἅψαμένους ἀπέκτεινε, καὶ προσερυγόντα δὲ, ὥσπερ ἦν ὁ κεντρίτης, καὶ ἡ φρύνη.

ΚΕΦ. ιβ'.

Περὶ θαλαττίας Ἀλώπεκος.

Σὺ μέν μοι λέγεις πανοῦργον εἶναι ζῶον ἀλώπεκα, ταύτην δὴ τὴν ἐκ τῆς γῆς τρεφομένην· ἄκουε δὲ καὶ τῆς θαλαττίας μηχανᾶς, καὶ ὁποῖα δρᾷ καὶ ἐκείνη πυνθάνου. Ἡ γὰρ ὑπὸ πρόσεισι τῷ ἀγκίστρῳ τὴν ἀρχὴν, ἢ καταπίνουσα, παραχρῆμα ἑαυτῆς τὸ ἐντὸς μετεκδῦσα ἔτρεψεν ἔξω τως ἔξω, ὥσπερ ἂν χιτῶνα τὸ σῶμα ἀνελίξασα, καὶ τοῦτον δήπου τὸν τρόπον ἐξεώσατο τὸ ἄγκιστρον.

ΚΕΦ. ιγ'.

Βατράχων ἐρωτικὴ μίξις.

Ἰυγγας ἐρωτικὰς ἄνθρωποί φασιν εἶναί τινας, μίξεως δὲ ἀφροδισίου ζύνθεμα ὁ βάτραχος ἀφίησι πρὸς τὴν θήλειαν βοήν τινα, ὡς ἐρασὴς ᾠδήν τινα κωμαστικὴν, καὶ κέκληται ἤδε ἡ βοὴ ὀλολυγὼν, ὥς φασιν. Ὅταν δὲ τὴν θήλειαν προσαγάγηται, μένουσιν ἄμφω τὴν νύκτα, ἐν μὲν γὰρ τῷ ὕδατι συν-

noctem, quod in aqua non queant coire, expectant; interdiu vero in terra venereo complexu implicari horrent, at noctu in magna ſecuritate veneri dant operam. Cum vocalius quiddam, quam ſint ſolitae, ſonant, pluviae adventum denunciant.

CAP. XIV.

De Torpedinis vi circa inferendum torporem.

SI quis torpedinem attigerit, manum tangentis adfectu, quem nomen ejus declarat, torpore affici, etiamnum puer a matre frequenter audivi. Praeterea a viris peritis accepi, illum, qui rete, in quo fuerit capta, attigerit, omnino paſſurum torporem. Item ſi quis eam vivam in vas impoſuerit, et marinam aquam infuderit, ſiquidem gravida fuerit, pariet ſuo tempore; eam deinde aquam, ſi ex vaſe in hominis aut manum aut pedem infuderit, membra haec non dubitanter obtorpeſcunt.

CAP. XV.

Quomodo Animalium morſus ictuſque inferiores reddantur.

NON eandem vim ad plagas, et morſus, ſemper habent animalia; ſed ſaepe, propter cauſas quaſdam morſus acerbitas intenditur. Nam, guſtata vipera, veſpa longe morſu infeſtior eſt. Muſca item, cum ejuſmodi quippiam attigerit, acriores morſus infert, et dolorem majorem facit. Aſpidis morſus, ſi ranam comederit, inſanabilis omnino fit. Canis ſi incolumis momorderit, vulnus quidem infert et dolorem inurit; ſin rabioſus plagam inflixerit, perniciem molitur: primo enim aquae metum injicit; et ſi quis etiam ſatis bene et mediocriter ſe habere videatur, rurſus tamen repetente malo, dolet vehementer, et latrat, denique moritur. Cum veſtem, quam rabidus canis laceraſſet, ſarcinatrix mordicus,

ut

ελθεῖν ἃ δύναῃλαι· μεθ' ἡμέραν δὲ ἐπὶ γῆς συμπλακῆναι ὀρῴωδῦσι, νυκτὸς δὲ ἐπισάσης, καλὰ ϖολλὴν τὴν ἄδειαν ϖροσελθόνλες ἀλλήλων ἀπολαύσιν. Ὅταν δὲ βάτραχοι γεγωνότερον φθέγγωνῆαι, ϗ τῆς ζυνηθείας λαμπρότερον, ἐπιδημίαν δηλῦσιν ὑετῦ.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ τῆς δυνάμεως, ἣν ἔχει ἡ Νάρκη εἰς τὸ ὅμοιον ϖάθος.

ΕΙ τις ϖροσάψαιῆο τῆς νάρκης, ὅτι τὸ ἐκ τῦ ὀνόμαῆος ϖάθος τὴν χεῖρα αὐτῦ καῆαλαμβάνει, τῦτο ϗ ϖαιδάριον ὢν ἤκυσα τῆς μῆρὸς λεγύσης ϖολλάκις. Σοφῶν δὲ ἀνδρῶν ἐπυθόμην, ὅτι ϗ τῦ διχῆύυ, ἐν ᾧ θηρᾶται, ϗ εἴ τι ἐςὶν, εἴ τις ϖροσάψαιῆο, ναρκᾷ ϖάνῆως. Εἰ δέ τις εἰς σκεῦος αὐτὴν ἐμβάλοι ζῶσαν, ϗ ἐπιχέῃ θαλαττίυ ὕδαῆος, ἐὰν ἐγκύμων ᾖ, ϗ ὁ καιρὸς τῆς ὠδῖνος ἀφίκῃαι, τίκῆει· ϗ ἐν τῷ σκεύει τότε ὕδωρ εἴ τις καῆαχέει χειρὶ ἀνθρώϖυ ἢ ϖοδὶ, ναρκᾷν τὴν χεῖρα ἢ τὸν ϖόδα ἀνάγκη.

ΚΕΦ. ιέ.

Καῆὰ τί ἐπιτείνεῆαι τὰ δήγματα τῶν Θηρίων, καὶ ἐξ αὐτῶν κρῦσις.

ΤΑ ζῶα ὅτε ἐν ταῖς ϖληγαῖς, ὅτε ἐν τοῖς δήγμασιν, ἀεὶ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἴσχει· ἀλλ' ἔκ τινος ϖολλάκις ἐπιτείνεῆαι αἰτίας. Ὁ γῦν ζφὴξ γευσάμενος ἔχεως, χαλεϖώτερός ἐςι τὴν ϖληγήν· ϗ ἡ μυῖα τοιύτῳ τινὶ ϖροσελθῦσα ϖικρόῆερα δακεῖν ἐςι, ϗ ὀδύνας ἔδωκε. Καὶ μέντοι ϗ τῆς ἀσπίδος τὸ δῆγμα γίνεῆαι ϖανῆελῶς ἀνήκεσον, ἐὰν βατράχυ φάγῃ. Ὁ δὲ κύων ὑγιαίνων μὲν ἐὰν δάκῃ, τραῦμα εἰργάσαῆο, ϗ ἀλγηδόνα ἐξῆψεν· ἐὰν δὲ λυτῆῶν, διέφθειρεν· ὕδωρ τε δεδιέναι κατηνάγκασε ϖρῶτον· ϗ ὁ μεῆριάσαι δοκῶν, πάλιν ἐξάϖῆεται εἰς τὴν ὀδύνην, ϗ ὑλακτήσας ἀϖέθανεν. Ἀκέσρια δὲ ἀκυμένη χιτώνιον ῥαγὲν ὑϖὸ λυτῆῶνῆος κυνὸς, δακῦσά ϖως

ut eam extenderet, tenuiſſet, in rabiem acta periit. Iejuni hominis morſus acerbior eſt, atque ad ſanandum difficilior. Scythae dicuntur Scythico, quo ſagittas oblinunt, humanam ſaniem, innantem ſcilicet ſanguini, et ab eo ſeparatam, admiſcere: cujus rei teſtis locuples eſt Theophraſtus.

CAP. XVI.

De ſenecta et oculis Serpentis.

INEVNTE vere, cum ſenectutem ſerpens exuerit, tum etiam oculorum caliginem, et viſus hebetudinem, tanquam oculorum ſenectutem abjicit; foeniculo enim oculos acuens et fricans, eo morbo liberatur: hieme vero caecutit, latitans in occulto et tenebris. Praeſtrictum igitur frigore ſerpentium viſum calefaciens foeniculum purgat, atque acutiorem efficit.

CAP. XVII.

De partu Alcyonis.

ALCYONES ſe gravidas ſentientes nidum ad excipiendos pullos machinantur, ad quem non lutum ei opus eſt, non tectum, et domus, ut hirundini; quae cum hoſpes non vocata adventat, tum matutino tempore cantu moleſta importuno ſuaviſſimum ſomnum interrumpit. At neque corpore tantum alcyones in aperto ac libero mari ad nidi ſtructuram legendis contexendiſque acus ſpinis incumbunt, ſed ineffabili etiam vi ingenii ſolertiaeque propoſitum perficiunt. Spinas enim partim rectas, partim obliquas, ut mulieres ad textrinam eruditae ſubtegmini ſtamen, intertexunt; et rotundum paulatim, non omnino tamen, ſed oblongum et ſinuoſum,

τῷ σώματι τὸ χιτώνιον, ἵνα ἀπολείνῃ αὐτὸ, ἐλύτησε καὶ ἀπέθανεν. Ἄνθρωπος δὲ ἀσίτου δῆγμα χαλεπὸν καὶ δυσίατον. Λέγονται δὲ οἱ Σκύθαι πρὸς τῷ Ψυθικῷ, ᾧ τοὺς ὀϊστοὺς χρίουσι, καὶ ἀνθρώπειον ἰχῶρα ἀναμιγνύναι φαρμάσσοντες, ἐπιπολάζοντά πως αἵματι, ὅπερ ἴασιν ἀπόκριμα αὐτοῖς τεκμηριῶσαι τοῦτο καὶ Θεόφραστος ἱκανός.

ΚΕΦ. ις΄.

Περὶ γήρως Ὄφεως, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν.

ΟΤΑΝ ἀποδύσηται τὸ γῆρας ὁ ὄφις, ὑπαρχομένου δὲ τοῦ ἦρος δρᾷ τοῦτο, ἐνταῦθά τοι καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλὺν, καὶ τὸ ἀμβλὺ τῆς ὄψεως ῥίπτεται, καὶ ἐκεῖνο ὡς γῆρας ὀφθαλμῶν· τῷ δὲ μαράθρῳ προσυποθήγων τε καὶ περιψήχων τὸ ὄμμα ἑκάτερον, εἶτα ἐξάντης τοῦδε τοῦ πάθους γίνεται· ἀμβλυώττει δὲ ἄρα διὰ τοῦ χειμῶνος, φωλεύσας ἐν μυχῷ καὶ σκότῳ. Οὐκοῦν μαλακισθὲν ἐκ τῶν κρυμῶν τῶν ζώων τὴν ὄψιν ὑποθερμαῖνον τὸ μάραθρον καθαίρει, καὶ ὀξυωπέστερον ἀποφαίνει.

ΚΕΦ. ιζ΄.

Περὶ Ἀλκυόνος ὠδίνων.

Η Ἀλκυὼν ὅταν αἴσθηται ἑαυτῆς κυούσης, τηνικαῦτα μέντοι εἰς τὴν τῶν νεοττῶν ὑποδοχὴν καλιὰν ἐργάζεται, ὅτε πηλοῦ καὶ ὀρόφου, ὡς ἡ χελιδὼν, καὶ οἴκων δεομένη, καὶ ἄκλητος εἰσιοῦσα ξένη, καὶ λυποῦσα τὰ ἑωθινὰ ἐν τῷ λάλῳ, καὶ μέντοι καὶ διακόπτουσα τῶν ὕπνων τὸν ἡδιστον. Οὔτε πάλιν τῷ σώματι μόνῳ ἐν ἐλευθέροις χωρίοις ἔχεται τοῦ προειρημένου, Συμπλέκουσά τε καὶ ἀθροίζουσα τὰς τῆς βελόνης ἀκάνθας, δεσμῷ τινὶ ἀποῤῥήτῳ τῆς εὐθυμοσύνης περιλαμβάνει τὰ ποίημα. Τὰς μὲν γὰρ εἰς τὸ ἰθὺ καλέσθησεν αὐτῶν, τὰς δὲ ἐπικαρσίας, ὑφαντικῆς ἐπιστήμονα γυναῖκα εἴποις ἂν αὐτὴν τῷ σήμονι τὴν κρόκην ἐπιστρέφειν· στρογγύλον δὲ ἡσυχῇ τὸ ἔργον ἀποφαίνει,

ſum, inſtar naſſae cujuſdam, efficiunt. Perfectum in mare deferunt, ubi fluitans ab incurſantibus undis earum opus probatur; tum partes, quas aqua incidens oſtendit non firmas eſſe, reſarciant. Cetera, quae recte connexa junctaque ſunt, neque ſi percutias ſaxo rumpi, neque ferro diſcindi poſſunt, non magis quam lineus ille thorax, qui Minervae Lindiae conſecratus carminibus celebratur. Os vero nidi non plane conſpicuum, et aliis omnibus inacceſſum, ſolam illam ſuſcipere poteſt; neque per id ipſum quicquam ex mari intro influit, adeo ſubtiliter conſtructum eſt. Ibidem undis circumlata alcyon, ut ferunt, pullos nutrit.

CAP. XVIII.

De herba, quae Lycoctonos vocatur.

PROXIME Nilum herba naſcitur, quae non ſine cauſa Λυκοκτόνος appellatur, quod eam lupus calcans convulſionibus moritur. Propterea Aegyptiorum illi, qui hoc animal venerantur, in terras ſuas ejuſmodi herbam importari prohibent.

CAP. XIX.

De Gallinaceo et Stellione in liquorem illapſis.

SI quae gallinacei generis ales in vinum illapſa et ſuffocata fuerit, nullum ex ea vitium vino contrahitur, neque aliquid mali in domo exoritur; in aquam vero delapſa, tum ipſam reddit foetidam tum aerem putido replet odore. At ſtellio ſive in aqua, ſive in vino ſuffocetur, nihil officit. Oleum vero, ſi in id illabatur, et in eo exſtinguatur, gravi odore inficit; et qui de illo guſtarit, pediculis ſcatebit.

CAP.

καί τι ἡ κολπῶδες ὑπόμηκες οἱονεὶ πλέγμα κύρβι δημιυργῦσα. Καὶ ὅταν ἐξυφήνῃ τὸ εἰρημένον, κομίζει πρὸς τὴν θάλατταν, ἔνθα τῦ κύματος ἐπιπολάζοντος, εἶτα ἡσυχῇ τὸ κλύσμα ἐπιὸν ἐλέγχει τῇ ἀλκυόνι τὸ ἔργον· τὸ γάρ τοι μὴ στεγανὸν μέρος τὸ ὕδωρ τὸ ἐμπίπτον ἀκεῖται αὖθις. Τὰ δὲ ἡρμοσμένα ἡ καλῶς ξυνυφασμένα, ἡ εἴγε παίοις λίθῳ, ἐκ ἂν διαρρήσαις αὐτὰ, εἰ δὲ ἡ διακόψαι ξιδήρῳ ἐθέλοις, τάδε ἐκ ἂν εἴξαι, καλῶς τε ἡ εὖ διϋφασμένα τῦ θώρακος τῦ λινῦ ἐ μεῖον, ὅπερ ἦν ἀναθεῖναι τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Λινδίᾳ ἄσμασιν ἄδυσι. Τὸ στόμα δὲ τῦ κύρβι τῦδε ἄλλῳ μὲν ὅτε εἰσβαλὸν, ὅτε πάντη ξύνοπτον, δέχεται δὲ ἐκείνην μόνην· ἐκ ἂν δὲ εἰσρεύσαι δι' αὐτῦ ἐδὲ τῆς θαλάττης εἴσω ἐδὲν, ὅτως τοι στεγανόν ἐστιν. Ἐνταῦθά τοι τὸς νεοττὸς τρέφει καλὰ τῶν κυμάτων ἡ ἀλκυὼν φερομένη, ὥς φασι.

ΚΕΦ. ιή.

Περὶ τῆς Λυκοπόνυ καλυμένης πόας.

Τοῦ Νείλυ πλησίον πόα γίνεται, ἡ καλεῖται λυκοπόνος. ἡ ἐκ ἔστι ψευδώνυμος, ἡ εἰκότως· ὅταν γὰρ αὐτῇ ἐπιβαίη λύκος, ξπώμενος ἀποθνήσκει. Ἔνθεν τοι ἡ οἱ ξέβοντες Αἰγυπτίων τῦτο τὸ ζῶον, εἰς τὴν ἑαυτῶν χώραν κωλύσι ταύτην τὴν πόαν κομίζεσθαι.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ ὄρνιθος καλοικιδίυ, ἡ τῦ καλυμένυ Γαλεώτυ, εἰς ὑγρόν τι ἐμπεσόντων.

Τῶν καλὰ τὴν οἰκίαν ὄρνις ἐὰν εἰς οἶνον ἐμπέσῃ ἡ ἀποπνιγῇ, ἐδὲν λυμαίνεται, ὅτε τῦ οἴνυ φασὶν, ὅτε τῶν ἔνδον· ἐὰν δὲ εἰς ὕδωρ καταπεχθῇ, δυσῶδες ἀπέφηνε τὸ ὕδωρ, ἡ κακοσμίαν περὶ τὸν ἀέρα ἐργάζεται. Γαλεώτης δὲ ἐὰν εἰς οἶνον καταλισθήσας εἶτα ἀποπνιγῇ, ἢ εἰς ὕδωρ, λυπεῖ ἐδέν. Ἐὰν δὲ εἰς ἔλαιον ἐμπέσῃ ἡ ἀποθάνῃ, δυσῶδες τὸ ἔλαιον ἀποφαίνει, ἡ ὁ γευσάμενος αὐτῦ φθειρσὶν ἐξέζεσε.

ΚΕΦ.

CAP. XX.

De Lapide, qui ſerpentes fugat.

CERVINI cornu ſuffimento ſerpentes fugari manifeſtum eſt. Eſt et fluvius, nomine Pontus, in Medica et Paeonica regione, ut Ariſtoteles ait, in quo lapis invenitur, cujus ſuffitu ſerpentes pelluntur, atque hujuſmodi vim lapidis prodit: ſi quis aqua perfuderit, incendio conflagrat; ſin ardentem flabello incendere velis, reſtinguitur; atque ejus ſuffimentum odorem bitumine tetriorem emittit. His autem de ipſo proditis etiam Nicander conſentit.

CAP. XXI.

De Pharo inſula, et Serpentibus in eadem.

PHARVS inſula olim (ut teſtantur Aegyptii) multis diverſiſque ſerpentibus plena erat. Et cum Thonis Aegyptiorum rex cuſtodiendam accepiſſet Helenam Iovis filiam a Menelao per ſuperiora Africae circa Aegyptum et Aethiopiam oberrante, inque ejus amorem incidiſſet, et vim illi inferre conaretur; fama eſt illam metu perculſam uxori Thonidis Polydamnae rem omnem aperuiſſe: Polydamnam vero et metuentem ne propter formam ſibi aliquando praeferretur Helena, et ſimul miſerantem, in Pharum eam expoſuiſſe, et donaviſſe herbam ſerpentibus illic abundantibus adverſariam; cujus ſenſus, ut ferunt, quam primum perceptus eſt a ſerpentibus, illi paſſim in terram ſe abdiderunt: Helena vero herbam plantavit, quae cum comprehendiſſet, ſuo tempore ſemen ſerpentibus inimicum protulit, et helenium, ut harum rerum periti aſſerunt, appellata eſt, et in Pharo provenit.

ΚΕΦ. κ.

Περὶ τῦ Λίθυ τῦ διώκονλος τὰς ὄφεις.

Το τῦ ἐλάφυ κέρας θυμιώμενον ὅτι τὰς ὄφεις διώκει, δῆλόν ἐςι. Λέγει δὲ Ἀριςοτέλης, ὅτι καὶ λίθος ὁ γινόμενος ἐν τῷ Πόνλῳ ποταμῷ (ἔςι δὲ ἕτος ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Μηδικῇ τε καὶ Παιονικῇ) ἐπιθυμιώμενος διώκει τὰς αὐτὰς, καὶ μένλοι καὶ φύσιν τῦ λίθυ περιηγεῖται τοιάνδε· Ὕδαλος μὲν εἴτις αὐτῷ καλαχέοι, ἐξάπελαι· καιόμενον δὲ ὑπερεξάψαι ῥιπίδι εἰ θελήσαις, ὅδε καλασβέννυλαι· θυμιώμενον δὲ αὐτὸν ὀσμὴν ἀφιέναι ἀσφάλτυ βαρυτέραν φασί. Τύτοις ὁμολογεῖ καὶ Νίκανδρος.

ΚΕΦ. κά.

Περὶ Φάρυ τῆς νήσυ, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ Ὄφεων.

Φάρος ἡ νῆσος πάλαι (λέγυσι δὲ Αἰγύπτιοι, οἷα μέλλω λέγειν) πεπλήρωται ὄφεων πολλῶν τε καὶ διαφόρων. Ἐπεὶ δὲ ὁ Θῶνις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς λαβὼν παρακαταθήκην τὴν Διὸς Ἑλένην (ἔδωκε δὲ αὐτὴν ἄρα ἄνω καὶ περὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ περὶ τὴν Αἰθιοπίαν πλανώμενος ὁ Μενέλεως) εἶτα ἠράσθη αὐτῆς ὁ Θῶνις· καὶ βίαν αὐτῦ προσφέρονλος τῇ Ἑλένῃ εἰς ὁμιλίαν ἀφροδίσιον, φησὶν ὁ λόγος δείσασαν τὴν τῦ Διὸς ταῦτα εἰπεῖν ἔκασα πρὸς τὴν τῦ Θώνιδος γαμετὴν, Πολυδάμνα ἐκαλεῖτο· τὴν δὲ δείσασαν μήπολε ἄρα ὑπερβάληται ἡ ξένη τῷ κάλλει αὐτὴν, ἅμα τε καὶ οἰκτείρασαν, ὑπεκθέσθαι τὴν Ἑλένην εἰς Φάρον· πόαν δὲ καὶ τῶν ὄφεων τῶν ἐκεῖθι ἐχθρὰν δῦναι, ἥσπερ ἓν αἴσθησιν λαβόνλας τὰς ὄφεις, εἶτα καλαδῦναι· τὴν δὲ αὐτὴν καλαφυλεῦσαι, καὶ χρόνῳ ἀναθῆναι, καὶ ἀφιέναι σπέρμα ἐχθρὸν ὄφεσι, καὶ μένλοι καὶ ἐν τῇ Φάρῳ θηρίον τοιόνδε γενέσθαι, κληθῆναι δὲ τὴν πόαν ἑλένιον λέγυσιν οἱ ταῦτα εἰδέναι δεινοί.

ΚΕΦ.

CAP. XXII.

De Stellis mariniis.

STELLAE marinae molli cruſta intectae, et oſtreis tam crudeliter inimicae ſunt, ut haec ipſa exedant et conficiant. Ratio inſidiarum, quas eis moliuntur, ejuſmodi eſt: Cum teſtacea ſuas patefaciunt conchas, cum vel refrigeratione egent, vel ut aliquid pertinens ad victum incidat; eae uno de ſuis five cruribus, ſive radiis, intra teſtas oſtrei hiantes inſito, eas claudi prohibentes carne explentur. Et de ſtellarum quidem marinarum proprietate hoc dictum nobis ſit.

CAP. XXIII.

De Amphiſbaena.

HYDRAM Lernaeam, Herculis certamen, decantent poetae, et veterum fabularum auctores, quorum e numero eſt Hecataeus hiſtoricus. Chimaerae naturam tricipitis canat Homerus; quod monſtrum Lyciorum rex Amiſodarus, varium et invictum, ad perniciem multorum aluiſſe dicitur. Has profecto fabulis adnumerandas duxerim. Amphiſbaena autem ſerpens duo habet capita, alterum in anteriori parte, alterum in poſteriori; cum enim aliquo neceſſe habet progredi, caudae loco alterum ponit, altero pro capite utitur; tum rurſus ſi ei retro ſit opus cedere, capitibus contra quam prius utitur.

CAP. XXIV.

De Rana piſcatrice.

E GENERE ranarum quaedam piſcatrix appellatur, nomen ex rebus quas molitur trahens. Haec ante oculos quaſdam piſci-

ΚΕΦ. κβ΄.

Περὶ τῶν θαλατ]ίων Ἀσέρων.

Θαλάτ]ιον ζῶον οἱ ἀσέρες, κ᾽ εἰσὶ κ᾽ ἔτοι μαλακόσρακοι, ἐχθροὶ δὲ τοῖς ὀσρέοις, δειπνῶσι γὰρ αὐτά. Καὶ ὁ τρόπος τῆς ἐπιβ⌀λῆς τῆς κατ᾽ αὐτῶν ἐκεῖνός ἐσι. Τὰ μὲν κέχηνε πολλάκις ψύχ⌀ς δεόμενα, κ᾽ ἄλλως εἴ τι ⌂φίσιν ἔμπέσῃ τέτῳ τραφησόμενα· οἱ τοίνυν ἀσέρες μέσων τῶν ὀσρακῶν διείρ⌀σιν ἓν κῶλον τῶν ⌂φε]έρων εἰς ἕκασον, κ᾽ ἐμπίμπλαν]αι τῶν ⌂αρκῶν, διειργομένων ⌂υνελθεῖν τῶν ὀσράκων αὖθις. Ἴδιον μὲν δὴ κ᾽ ἀσέρων θαλατ]ίων εἰρήσθω ἡμῖν τέτο.

ΚΕΦ. κγ΄.

Περὶ Ἀμφισβαίνης.

Την μὲν ὕδραν τὴν Λερναίαν, τὸν ἆθλον τὸν Ἡράκλειον, ἀδέτωσαν ποιη]αὶ, κ᾽ μύθων ἀρχαίων ⌂υνθέται, ὥνπερ ἦν κ᾽ Ἑκα]αῖος ὁ λογοποιός ἐσιν. Ἀδέτω δὲ κ᾽ Ὅμηρος χιμαίρας φύσιν, κεφαλὰς ἐχ⌀σης τρεῖς· τέρας τῦτο Λύκιον Αμισοδάρ⌀ τῦ Λυκίων βασιλέως, ἐπὶ λύμῃ πολλῶν θρέμμα ποικίλον τε κ᾽ ἀπρόσμαχον, ναὶ μὰ Δία. Καὶ ταῦτα μὲν ἔοικεν εἰς τὰς μύθ⌀ς ἀποκεκρίσθαι. Ἡ δὲ ἀμφίσβαινα ὄφις δικέφαλός ἐσι, κ᾽ τὰ ἄνω, κ᾽ ὅσα εἰς τὸ ἀραῖον· πρ⌀ϊῦσα δὲ ὅπως ἂν ἐς τὴν ὁρμὴν ἐπαναγάγῃ τῆς πρ⌀όδ⌀ ἡ χρεῖα αὐτὴν, τὴν μὲν ἀπέλιπεν ἀρὰν εἶναι, τὴν δὲ ἀπέφηνε κεφαλήν· κ᾽ μέντοι κ᾽ πάλιν εἰ δεηθείη τὴν ὀπίσω ἰέναι, κέχρη]αι ταῖς κεφαλαῖς ἐς τὸ ἐναν]ίον ἢ τὸ πρόσθεν ἐχρήσα]ο.

ΚΕΦ. κδ΄.

Περὶ τῦ Βατράχ⌀ τῦ καλ⌀μένⷪ ἁλιέως.

Ην δὲ ἄρα τι βα]ράχ⌀ γένος, κ᾽ καλεῖται τῦτο ἁλιεὺς, κ᾽ καλεῖται τὸ ὄνομα ἐξ ὧν δρᾷ. Δελέα]α ἐκεῖνα ὑπερ-

piſciculorum capiendorum illecebras habet, longulos nimirum pilos, ſive appendices quaſdam, quorum extrema aſperis [vel craſſis] globulis praepilantur. Hos ſibi conſcia a natura comparatos eſſe, dandae anſae ad illiciendos in eſcam piſces, ſeſe in turbidiſſima et referta limo loca abdit, atque illic ibidem ſilentio deliteſcens porrigit pilos et praetendit. Parvuli igitur piſciculi ad eos adnatant, et extremum, quod praepilatum eſt, eſcam eſſe putant; ea vero in abſtruſis inſidiis manens, ubi illos propius acceſſiſſe perceperit, pilos ad ſe ſubducit (ſubducuntur enim occultis et abditis quibuſdam viis) piſciculi autem, qui helluatione et liguritione allecti proxime acceſſerint, comprehenduntur, et ei eſca fiunt.

CAP. XXV.

De Locuſtarum et Polyporum inimicitia.

LOCVSTA ideo inimicitias cum polypo graveis habet; quod hic, cum illius brachia circumplexus fuerit, aculeis, quos in dorſo inſitos habet, contemptis, illam ipſam circumplicans ſuffocat; cujus ſane rei haud inſcia locuſta a polypo refugit. Locuſta autem natare ſolet, et cum nullius rei metu adficitur, tum anteverſus progreditur, obliquatis in latera cornibus, ut ne aqua contra natationem veniens reprimat cornua, et inde ultra progredi prohibeatur; ſin fugit et retrocedit, tum penitus demittit ſua cornua, idque ideo ut, tanquam remis navigans et propellens ſeſe navigii inſtar, multum provehatur. Quod ſi locuſtae inter ſe pugnant, erectis cornibus, veluti arietes, inſurgentes frontes conſerunt. De pugna vero inter locuſtam et muraenam in ſuperioribus egi.

CAP.

ἄνω τῶν ὀφθαλμῶν ἔχει, προμήκεις τρίχας, ὡς ἂν εἴποις τινὰς βλεφαρίδας, εἶτα ἑκάστη τραχὺ σφαιρίον προσπέφυκε. Σύνοιδεν ἓν ἑαυτῷ τούτοις ἐφόδιον ἐς τὴν τροφὴν, ὑπὸ τῆς φύσεως ἐς τὰς ἄλλας ἰχθῦς παρεσκευασμένῳ τε καὶ τεθηγμένῳ προσέτι, ἐκὼν ὑποκρύψας ἑαυτὸν ἐν τοῖς θολερωτέροις τε καὶ ἰλύος μᾶλλον πεπληρωμένοις ἡσυχάζει, προτείνων τὰς τρίχας τὰς προειρημένας. Τὰ τοίνυν βράχιστα τῶν ἰχθύων πρασινεῖ ταῖσδε ταῖς βλεφαρίσι, τὰς ἐπ' ἄκρας σφαιροειδεῖς περιφορὰς οἰόμενα δέλεαρ εἶναι· ὁ δὲ ἐλλοχῶν ἀτρεμεῖ· πλησίον δὲ ἐκείνων γεγενημένων, ὑπάγει τὰς τρίχας εἰς ἑαυτὸν (αἱ δὲ εἰσάγονται κρυπταῖς τισι ταῖς ὁδοῖς καὶ ἀφανέσι) γελωιάσαντά τε ὑπὸ λαιμαργίας τὰ ἰχθύδια δεῖπνόν ἐστι βαρράχῳ τῷ προειρημένῳ.

ΚΕΦ. κέ.

Περὶ τῆς τῶν Καράβων, καὶ τῶν Πολυπόδων ἔχθρας.

Καραβος πολύποδι ἐχθρὸς, τὸ δὲ αἴτιον· ὅταν αὐτῷ τὰς πλεκτάνας περιβάλῃ, τῶν μὲν ἐπὶ τῷ νώτῳ εἰσπεφυκότων αὐτῷ κέντρων ποιεῖται ἀδεμίαν ὥραν, ἑαυτὸν δὲ περιχέας αὐτῷ ἐς πνίγμα ἄγχει· ταῦτα ὁ κάραβος σαφῶς οἶδε, καὶ ἀποδιδράσκει αὐτόν. Καράβῳ δὲ ἡ φύσις νήξει, ὅταν ἀδεὴς ᾖ, πορεύεται ὅδε ὁ ἰχθὺς πρόσω πλαγιάσας δεῦρο καὶ ἐκεῖσε τὰ κέρατα, ἵνα μὴ πρὸς ἐναντίαν τὴν νῆξιν τὸ ὕδωρ ἰὸν, εἶτα ἀναστέλληταί οἱ τὰ κέρατα, καὶ ἐμποδίζηται πρόσω χωρεῖν· εἰ δὲ φεύγει τὴν ὀπίσω ἰὼν, παρῆκεν αὐτὰ τελέως, τὸ δὲ αἴτιον, ὡς κώπαις ἐρέτῃσιν καὶ ὑποκινοῦν δίκην πορθμίδος πολὺ ἀποσπᾷ. Εἰ δὲ γένοιτο μάχη καράβων εἰς ἀλλήλους, τὰ κέρατα ἐγείροντες, εἶτα ὡς κριοὶ ἐμπίπτοντες, προσαράττουσι τὰ μέτωπα. Ἀγῶνα δὲ μυραίνης καὶ καράβου ἀνωτέρω εἶπον.

CAP. XXVI.

Quemadmodum Agnos arbor ſerpentes fuget, et inter herbas Calamintha.

SERPENTES valide abigit nepeta irriguis gaudens locis et agnos. In Athenienſium theſmophoriis Atticae mulieres agni foliis cubilia ſubſternunt; quae et ſerpentibus ſit infeſta, et ſimul exiſtimetur ab appetitione veneris prohibere, unde nomen traxiſſe videtur. Herbam etiam libanotida muncupatam ſerpentes extimeſcunt.

CAP. XXVII.

Quas vires adverſus animalia habeat herba Thelyphonus.

THELYPHONVM herbam Theophraſtus narrat, ſi eam ad ſcorpii dorſum admoveas, hunc ſtatim perire. Idemque adfert eundem ad integritatem valetudinis reſtitui, ſi eum candido elleboro conſpergas: atque equidem thelyphonum probo, non item elleborum; quod ſane homines diligam, at ſcorpios oderim. Callimachus etiam canit in terra Trachinia arborem nomine ſmilum naſci, ad quam appropinquantes, et eam modo contingentes, ſerpentes pereunt.

CAP. XXVIII.

De Suibus et Salamandra.

SVIS carnem ſuavitate inter ceteras praeſtare vetus perſuaſio eſt. Hoc quidem experientia non obſcure conſtat, ſi quando ſus ſalamandram comederit, ipſum extra periculum eſſe; eos autem, qui ſuis illius carnibus veſcantur, perire.

CAP.

ΚΕΦ. κς'.

Πῶς διώκει τὲς ὄφεις Ἄγνος ἡ Καλαμίνθη.

Ελαύνει δὲ ἰσχυρῶς τῇ φυγῇ τὲς ὄφεις ἡ ἐνδροσός τε ἡ νοτερὰ καλαμίνθη, φασὶ, ἡ ὁ ἄγνος. Τοῦτόν τοι ἡ ἐν Θεσμοφόροις ἐν ταῖς σιβάσι τὰ γύναια τὰ Ἀτ̣τικὰ ὑποσόρνυνται· ἡ δοκεῖ μὲν ἡ ἐχθρὸς εἶναι τοῖς δακέτοις ὁ ἄγνος· ἤδη δὲ ἡ ὁρμῆς ἀφροδισίε κώλυμά ἐσι, ἡ ἔοικε τόγε ὄνομα λαβεῖν ἐντεῦθεν. Δέδοικε δὲ ἄρα τὰ αὐτὰ δάκε̣α ἡ τὴν καλεμένην πόαν τὴν λιβανω̣τίδα.

ΚΕΦ. κζ'.

Τί εἰς τὰ ζῶα ἐργάζε̣αι ἡ Θηλύφονος πόα.

Θεοφράσε δὲ ἔγωγε ἀκέω ἡ ἐκεῖνα· πόαν τινὰ ἱσορεῖ ὅδε ὁ ἀνὴρ, ἡ ὄνομα Θηλύφονον καλεῖ αὐτὴν, ἥνπερ ἢν εἴτις Σκορπίῳ καλὰ νώτε θεὶς ἐάσαι, ὅδε παραχρῆμα αὖός ἐσιν· ὁ δὲ αὐτὸς λέγει τὸν αὐτὸν ἀνασήσειν σε, εἴπερ ἢν λευκῷ ἐλλεβόρῳ κα̣απάσαις αὐτῷ. Ἐγὼ δὲ ἐπαινῶ μὲν τὸ Θηλύφονον, τὸν δὲ λευκὸν ἑλλέβορον ἥκισα· τὸ δὲ αἴτιον, μισῶ μὲν Σκορπίες, φιλῶ δὲ ἀνθρώπες. Καλλίμαχος δὲ ἄρα ἐν τῇ γῇ τῇ Τραχινίᾳ ἄδει δένδρον τι φύεσθαι ἡ καλεῖσθαι σμίλον, ᾧ τὰ ἑρπε̣ὰ γειλνιάσαντα ἡ πα̣αψαύσα̣α ἀρχὴν, εἶτα ἀποθνήσκειν.

ΚΕΦ. κή.

Περὶ Ὑῶν ἡ Σαλαμάνδρας.

ΤΗΝ ὗν κρέας ἔχειν τῶν ἄλλων κρεῶν ἥδιον ἐκ πολλῆ πεπίσευ̣αι. Καὶ ἐκεῖνο δὲ ἡ πεῖρα διδάξει, ἡ μάλα γε ἐναργής· ὅταν πο̣ὲ Σαλαμάνδρα φάγῃ, αὐτὴ μέν ἐσιν ἀπαθὴς, τές γε μὴν αὐτῆς γευσαμένες ἀποκ̣είνει.

ΚΕΦ.

CAP. XXIX.

De Serpentibus in Euphrate.

EVPHRATES, qui inter Parthos et Syros intermedius fluit, qua in re longe ceteris fluminibus praeſtet alias dicam; jam nunc de eo ipſo, quod Parthi et Syri non ignorant, quodque ab hoc inſtituto ſermone non abhorret, agam. Ad primos ortus hujus fluminis quaedam ſerpentes naſcuntur, hominibus externis, non item indigenis, inimiciſſimae; atque uſque eo infeſtae, ut eos advenientes morte mulctent.

CAP. XXX.

De Leonibus.

CVM leo ingreditur, nec recta iter facit, nec ſimplex ponit veſtigium, ſed varium imprimit et multiplex; modo enim progreditur, modo regreditur; tum rurſus procedit, idemque viciſſim retro commeat; ac rurſus pergit, et ſic viam obliterat, ut ne venatores ejus veſtigia ſequi, et luſtrum, ubi cum ſuis catulis habitat, facile reperire poſſint: id quod divino munere proprium naturae leonum donatum eſt.

CAP. XXXI.

De Singultu, quo adficiuntur animalia; et herba, quae eam ob cauſam a paſtoribus ſeritur.

BONVS et peritus paſtor, ut oves et capras amat, ſic odit ſingultum. Is quidem et homini frequens eſt, et pecori ex repletione accidit. Itaque contrariam huic adfectui herbam circa

ſtabula

ΚΕΦ. κϑ΄.

Περὶ τῶν ἐν τῷ Εὐφράτῃ Ὄφεων.

Εὐφράτης, ὅσπερ ἓν Πάρθων καὶ Σύρων ῥεῖ μέσος ποταμὸς, ὅτι μέν τοι καὶ ἕτερον τῶν ἄλλων ἔχει ποταμῶν περιτλὸν, ἐρῶ ἄλλοτε· ὁ δὲ αὐτῷ ξυνίσασι Πάρθοι τε καὶ Σύροι, καὶ ἔστι ξυμμελὲς τοῖς λόγοις τοῖσδε, τῦτο εἰρήσεται. Πρὸς ταῖς πρώταις ἀναπολαῖς τῦδε τῦ ποταμῦ φύονται ὄφεις, καὶ μάλα γε ἀνθρώπων ἐχθροί· ἀλλ' ὑ τῶν ἐπιχωρίων καὶ ξυντρόφων, τῶν δὲ ξένων καὶ προσηκόντων ὑδέν· καὶ τιμῶνται γε τὴν ἐπιδημίαν αὐτοῖς θανάτῳ.

ΚΕΦ. λ΄.

Περὶ Λεόντων.

Λέων ὅταν βαδίζῃ, ὐκ εὐθύωρον προέισιν, ὐδὲ ἐᾷ τῶν ἰχνῶν ἑαυτῦ ἁπλᾶ εἶναι καὶ τὰ ἰνδάλματα· ἀλλὰ τῇ μὲν προέισι, τῇ δὲ ἐπάνεισι· καὶ αὖ πάλιν τῦ προσω ἔχεται, καὶ μέντοι καὶ ἵεται τὔμπαλιν· εἶτα προχωρεῖ τὴν ὁδὸν, καὶ ἀφανίζει τοῖς θηραταῖς ἰέναι κατὰ σίβον τὸν ἑαυτῦ, καὶ ῥᾳδίως τὴν κοίτην, ἔνθα ἀναπαύεται καὶ οἰκεῖ σὺν τοῖς σκύμνοις, εὑρίσκειν· καὶ ταῦτα μὲν λεόντων ἐστὶν ἴδια δῶρα φύσεως, ἄνωθεν αὐτοῖς δοθέντα.

ΚΕΦ. λά.

Περὶ Λυγγὸς τῆς ἐπιγινομένης τοῖς ζώοις· καὶ τῆς πόας, ἣν δι' αὐτὴν φυτεύσιν οἱ ποιμένες.

Ποιμένα μοι νόει νομευτικὸν ἀγαθόν· ἐκεῖν ὁ νομεὺς φιλεῖ μὲν τὰς ὄϊς, φιλεῖ δὲ καὶ τὰς αἶγας, μισεῖ δὲ λύγγα. Νόσημα τῦτο ἀνθρώπῳ πολλάκις ἐμπίπτον, ἄγει δὲ ἡ πλησμονὴ καὶ τοῖσδε τὴν λύγγα. Οὐκοῦν πόαν τινὰ ἐχθρὰν τῷ πάθει τῷδε τοῖς τῶν προειρημένων ζηκοῖς οἱ νομεῖς παραφυτεύσι,

ſtabula paſtores ſerunt, hoc malum amolientem. Ejus vim experti hominibus quoque eandem adverſus ſingultum ſalutarem eſſe ferunt.

CAP. XXXII.

De animalibus, quae Hyoſcyami et Opi ſtirpes evellunt.

HYOSCYAMVM et opon collecturi circumfodiunt, ita ut commoveant luxentque radices, non ſuis tamen ipſi manibus evellunt; ſed volucrem aliquam captam vel emptam altero crure alligant herbae, quam illa deinde irrequieto motu ſuo evellit. Vtraque autem utilis eſt ad remedia hominibus. Niſi autem aliquis ita extraxerit, fruſtra habet, quod ſe bene et adverſus ileum theſauri inſtar accepiſſe putat.

CAP. XXXIII.

De Lumbrico, et herba Abrotono.

ABROTONI remedia cum alia, tum ad expurgandum pulmonem, et facilem reddendam ſpirationem, non eſt hujus loci explicare. Idem adverſatur lumbrico, noxio animali, eumque interimit: qui amplius auctus etiam fera nominatur, et innaſcitur interaneis, et inter hominis morbos numeratur, eoſque graviſſimos et ope mortali incurabiles; ad quod perſuadendum vel Hippys, Rheginus ſcriptor, idoneus fuerit. Mulier quaedam, inquit ille, ex lumbrico laborans, cum de ejus curatione peritiſſimi etiam medici deſperaſſent, Epidaurum profecta, Diis, ab hoc malo ut liberaretur, ſupplicabat. Et cum deus [Aeſculapius] abeſſet, ſacerdotes eam eo in loco, ubi Deus mederi ſupplicibus ſolebat, quieſcere primum jufferunt; et dum mulier quieſceret, illi quidem ſubminiſtrantes deo ea, quae ſanationem adlatura videbantur, fecerunt;

τεύσι, καὶ ἥδε ἡ πόα ἀνείργει τὸ κακὸν αὐτοῖς. Λέγουσι δὲ οἱ πεπειραμένοι, ὅτι ἄρα καὶ ἀνθρώποις ἐς τὸ αὐτὸ πάθος ἐσὶν ἀγαθὸν ἡ πόα αὕτη.

ΚΕΦ. λβ΄.

Περὶ ζώων τῶν τὸν ὀπὸν καὶ τὸν ὑοσκύαμον ἀνασπώντων.

Ὑοσκύαμον καὶ ὀπὸν ὅσοις ἔργον τρυγᾶν, οὗτοι περισκάπτουσι μὲν γύρους, καὶ ὑποκινοῦσι τὰς ῥίζας, ἃ μὴν διὰ χειρῶν τῶν ζφελέρων ἔτι ἀνασπῶσιν· ἀλλὰ τῶν ζώων πλησὸν ὁτιοῦν θηράσαντες ἢ πριάμενοι τοῖν ποδοῖν τὸν ἕτερον προσέδησαν τῇ πόᾳ· τὸ δὲ ἰλυσπώμενον εἶτα μέντοι ἀνασπᾷ αὐτήν. Καὶ ἔσι λυσιτελῆ ἑκάτερα, εἰς ἃ δέονται ἄνθρωποι· εἰ δὲ μὴ ταύτῃ τις ἀναστάσῃ, ἔχει ἄλλως, ὅπερ ἂν οἴεται καλῶς καὶ εἰς ἰλεὸν θησαύρισμα εἰληφέναι.

ΚΕΦ. λγ΄.

Περὶ Ἕλμινθος, καὶ τῆς πόας τοῦ Ἀβροτόνου.

Τὸ ἀβρότονον ὅσα ἀγαθὰ δρᾷ, καὶ ὅπως ὀδὸς πνεύματι δίδωσι, καὶ μέντοι καὶ πνεύμονός ἐσι καθαρτήριον, ἃ νῦν λέγειν καιρός. Ζώῳ ἂν πονηρῷ πολέμιόν ἐσι, καὶ ἀναιρεῖ τὴν ἕλμινθα· ἥπερ ἂν ἐπὶ πλέον ἰοῦσα καὶ αὐξανομένη θηρίον γίνεται, σπλάγχνοις μὲν ἐνσικτόμενον, ἀνθρωπείαις δὲ νόσοις ἐναριθμέμενον, καὶ ταῦτα ταῖς ἄγαν ἀνιάτοις τε καὶ ὑπὸ χειρὸς θνητῆς εἰς ἄκεσιν ἥκειν ἀδυνάτοις· τεκμηριῶσαι τοῦτο καὶ Ἵππυς ἱκανός. Ὃ δὲ λέγει ὁ Συγγραφεὺς ὁ Ῥηγῖνος, τοιόνδ' ἐσιν· Γυνὴ εἶχεν ἕλμινθα, καὶ ἰάσασθαι αὐτὴν ἀπεῖπον οἱ τῶν ἰατρῶν δεινοί· ἀκοῦν εἰς Ἐπίδαυρον ἦλθε, καὶ ἐδεῖτο τῶν θεῶν ἐξάντης γενέσθαι τοῦ συνήθους πάθους. Οὐ παρῆν ὁ θεὸς, οἱ μέντοι ζάκοροι καλακλίνουσι τὴν ἄνθρωπον, ἔνθα ἰᾶσθαι ὁ θεὸς εἰώθει τοὺς δεομένους· καὶ ἡ μὲν ἄνθρωπος ἡσύχαζε προσαχθεῖσα, οἵγε μὴν ὑποδρῶντες τῷ θεῷ τὰ εἰς τὴν ἴασιν αὐτῇ ἐποίουν· καὶ τὴν κε-

I

fecerunt; tunc, capite ejus reſecto, unus eorum, manu immiſſa in ventrem, lumbricum, feram ſane ingentem, exemit; caput vero in ſuum locum et priſtinam harmoniam reponere conantes, id praeſtare non poſſunt. Interim Deus revertitur, illiſque increpatis, quod rem ſupra artem et vim humanam aggreſſi fuiſſent, ipſe vi divina et ineffabili et caput ſuo corpori, et mulierem reſtituit. Tantum, o rex et amantiſſime inter omnes Deos humani generis Aeſculapi, tua ſapientia pollet, cui ego, ſi abrotonum comparare auſim, inſaniam: volui autem hoc beneficentiae tuae et mirificae medendi artis teſtimonium praedicare, facultatis abrotoni herbae occaſione invitatus, quam ſimiliter tuum eſſe munus non eſt dubitandum.

CAP. XXXIV.

De Nauta vel Nautilo piſce.

NAVTILVS e genere polyporum concha una praeditus eſt. Is cum ex ima maris ſede ad ſummam aquam effertur, invertit, concham deorſum verſus, ut ne hauſta aqua rurſus demergatur; ubi vero ad ſummum aequoris pervenit, et mare ab adverſa tempeſtate conquieſcit, ſupinam concham vertit. Hac enim tanquam ſcapha navigatione fertur; et duo brachia in utrumque latus demiſſa ſenſim atque moderate movens remigat, domeſticamque et nativam navem propellit: quod ſi ventus flat, brachia, quae tanquam remos prius longe lateque porrigebat, gubernacula conſtituit: at quae ceterorum brachiorum media eſt membranula pertenuis, ea paſſa et intenta pro velo utitur, et hoc pacto ſine metu navigat. Sin quippiam a valentioribus belluis metuit, ſe demergens concham aqua complet, et ſimul ex pondere in profundum delabens ſeſe occultat, atque ita hoſtem effugit; poſt ubi a belluis incolumis evaſit, de imo maris gurgite ſe extollens rurſus per ſummum mare navigat: unde nomen habet.

CAP.

φαλὴν μὲν ἀπὸ τῆς δέρης ἀφαιρῆσι, καθίησι δὲ τὴν χεῖρα ὁ ἕτερος, καὶ ἐξαιρεῖ τὴν ἕλμινθα, θηρίον μέγα τι χρῆμα. Συναρράσαι δὲ καὶ ἀποδῦναι τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν ἀρχαίαν ἁρμονίαν οὐκ ἐδύνατο οὐκ ἔτι. Ὁ τοίνυν Θεὸς ἀφικνεῖται, καὶ τοῖς μὲν ἐχαλέπηνεν, ὅτι ἄρα ἐπέθετο ἔργῳ δυνατωτέρῳ τῆς ἑαυτῶν σοφίας· αὐτὸς δὲ ἁμάχῳ τινὶ καὶ θείᾳ δυνάμει ἀπέδωκε τῷ σκήνει τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν ξένην ἀνέσησε. Καὶ ἔτι πω, ὦ βασιλεῦ καὶ Θεῶν φιλανθρωπότατε Ἀσκληπιὲ, ἀβρότονον ἔγωγε ἀνθικρίνω τῇ Σοφίᾳ τῇ σῇ, μὴ μανείην ἐς τοσοῦτον· ἀλλὰ ἐπελθὼν ἐμνήσθην εὐεργεσίας τε ζῆς καὶ ἰάσεως ἐκπληκτικῆς· ὡς δὲ καὶ ἥδε ἡ ὠόα σὸν δῶρόν ἐστιν, αὖθ' ἁμφιβάλλειν χρή.

ΚΕΦ. λϑ'.

Περὶ τοῦ ζώου τοῦ καλουμένου Ναυτίλου.

Ὁ δὲ ναυτίλος πολύπους μέν ἐστι καὶ αὐτὸς, καὶ κόγχην μίαν ἔχει. Ἀναπλεῖ μὲν οὖν ἐκ τῆς θαλάττης τὴν κόγχην ἐκστρέψας περὶ τὰ κάτω, ἵνα μὴ τῆς ἅλμης ἀρύσηται, καὶ ὠθήσῃ αὖθις αὐτόν· γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῖς κύμασιν, ὅταν μὲν ᾖ γαλήνη καὶ εἰρήνη πνευμάτων, στρέφει τὴν κόγχην ὑπτίαν. Ὁ δὲ ἐπιπλεῖ δίκην πορθμίδος, καὶ παρεὶς δύο πλεκτάνας ἐνθεῦθέν τε καὶ ἐκεῖθεν, καὶ ὑποκινῶν ἡσυχῇ, ἐρέτται τε καὶ προωθεῖ τὴν συμφυῆ ναῦν· εἰ δὲ εἴη πνεῦμα, τὰς ἐρετμὰς μὲν τὰς τέως προτεινας μακροτέρας οἷακας ἐργάζεται, ἄλλας δὲ ἀναπείνας πλεκτάνας, ὧν μέσος χιτὼν ἐστι λεπτότατος, τοῦτον διασήσας ἱστίον αὐτὸν ἀποφαίνει, πλεῖ μὲν δὴ τὸν τρόπον τοῦτον ἀδεὴς ὤν. Ἐὰν μέντοι φοβηθῇ τι τῶν ἀδροτέρων, βυθίσας τὴν κόγχην ἐπλήρωσε, καὶ καλώλισθεν ἐκ τοῦ βάρους, καὶ ἑαυτὸν ἀφανίσας, τὸν ἐχθρὸν ἀπέδρα· εἶτα ἐν εἰρήνῃ γενόμενος, ἀνέθορέ τε καὶ πλεῖ πάλιν· καὶ ἐκ τούτων ἔχει τὸ ὄνομα.

CAP. XXXV.

Quanta Maris profunditas hominibus explorata ſit.

Ad paſſus trecentos hominibus aiunt exploratam eſſe maris altitudinem, nec ultra. An vero in profunditate reliqua et inferiore piſces adhuc, aut belluae tantum, degant; vel neutrum ex his animalibus, ſed daemones tantum marini, et fluidae rerum naturae dominus, incolant; neque alius dixit, neque ego id ſcire ſatago.

CAP. XXXVI.

De piſce Adonide.

Piscis aſpectu flavus, e genere mugilum, ſaxa incolere, et ſimul in iis victitare ſolet. Ejus ſane duo in vulgus nomina minime ignota ſunt; alii eum adonin nominant, alii exocoetum, [quod extra mare in arido cubet.] Cum enim eſt tranquilla et temperata tempeſtas, is tum in ſiccum undarum impetu pervectus ad ſaxa ſeſe exponit, ibidemque libenter et quiete altum ſomnum capit. Cum aliis autem omnibus animalibus pacem ſe habere novit, aves vero marinas perhorret; quare ſi earum quaepiam comparuerit, ſeſe verſat, et tamdiu naturali et ſaltatorio quodam tripudio ſaltat, dum de ſaxo in undam deſiliens ſalutem adeptus fuerit. Cum autem mare et terram amicam habeat, ipſum idcirco adonin, quemadmodum mea fert opinio, ii appellarunt, qui hujuſcemodi nomen ei impoſuerunt, quod Adonidis, qui Cinyrae regis filius fuit, vitam inſpexerunt, quem duabus in amore deabus fuiſſe, alteri marinae, alteri terreſtri, fabulantur.

ΚΕΦ. λέ.

Εἰς πόσον βάθος οἱ ἄνθρωποι δύνανται τὰ ἐν τῇ Θαλάσσῃ διασκέψασθαι.

ΕΙΣ τριακοσίας ὀργυιάς φασιν ἀνθρώποις κάτοπτα εἶναι τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ, περαιτέρω γε μὴν ἔκ ἔτι. Εἴτε δὲ ὑπονέυσι ἰχθύες ἔτι, εἴτε καὶ θηρία· ἢ εἰ καὶ τούτοις μὲν ἄβαλά ἐσι, Θεοὶ δὲ θαλάττιοι καὶ ἐνάλιοι δαίμονες καταιλήχασι τὸν χῶρον, καὶ μέντοι καὶ ὁ τῆς ὑγρᾶς ἐσίας δεσπότης· ἔτε ἐγὼ πολυπραγμονῶ, ἔτε ἄλλος λέγει.

ΚΕΦ λς'.

Περὶ τοῦ ἰχθύος τοῦ καλουμένου Ἀδώνιδος.

ΗΝ δὲ ἄρα πέτραις ἠθὰς, καὶ ἐν ταύταις νεμόμενον γένος κεφαλέως, ἰχθὺς καὶ ἰδεῖν ξανθός ἐσι. Διαιρεῖ δὲ ἄρα ὑπὲρ αὐτοῦ διπλοῦν τὸ ὄνομα· οἱ μὲν γὰρ Ἄδωνιν καλοῦσιν, οἱ δὲ ἐξώκοιτον αὐτόν. Ὅταν γάρ τοι τὸ κῦμα ἐν τοῖς ὑπευδίοις καὶ γαληνοῖς παραϋνθῇ, τηνικαῦτα ἑαυτὸν ἐξοκέλλει τοῦ κύματος ἐποχέμενος τῇ ὁρμῇ, καὶ καταὶ τῶν πετρῶν ἁπλοῖ, καὶ καθεύδει βαθὺν καὶ εἰρηναῖον εὖ μάλα τὸν ὕπνον. Καὶ ἔκ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔνσπονδα ὡς ἔσίν οἱ καλῶς οἶδε, πέφρικε δὲ τοὺς ὄρνιθας, ὅσοι θαλάσσης ἔντροφοι καί εἰσι καὶ νομίζονται· ἐὰν δ' ἓν ἐκείνων ἐπιφανῇ τις, ὅδε ἀναπάλλεται καὶ πηδᾷ χορείᾳ τινὶ φυσικῇ καὶ ὀρχησικῇ, ὡς ἂν εἴποις μάλα ἀποῤῥήτως· ἐς τ' ἂν ἀπὸ τῆς πέτρας ἐξαλλόμενος, εἶτα ἐμπεσὼν τοῖς κύμασι σωθῇ. Ἄδωνιν δὲ θέλουσι λέγειν αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ γῆν καὶ θάλατταν ἔχει φιλὴν, τῶν πρώτων ἐμοὶ δοκεῖν θεμένων τὸ ὄνομα, καὶ αἰνιξαμένων εἰς τὸν τοῦ Κινύρου παιδὸς βίον, τὸν διηρημένον δύο δαίμοσι, τῆς μὲν ὑπὸ γῆς, τῆς δὲ ἄνω γῆς, ἐρώσης αὐτοῦ ἑκατέρας.

ΚΕΦ.

CAP. XXXVII.

De Animalibus, quae excrementa in arbores excernunt.

VNIVS plantae ramus ſaepe innaſcitur et ſuccreſcit alienae arbori. Cauſam, cur id fiat, Theophraſtus abſtruſas rerum naturas perſcrutatus affert: aves enim arborum fructum comedentes, poſteaque in arboribus conſidentes, excrementa egerere, ſemenque in cavernas et fiſſuras ligni delapſum pluvia irrigatum enaſci et pullulare: itaque in oliva ficum, in aliiſque alias ingenerari deprehendes.

CAP. XXXVIII.

De Ovi marina et Hepato.

IN latebris abditae latent maris incolae oves et hepati, et a piſcatoribus prapontes nominari ſoliti. Ii quidem quanquam natura maximi videantur, tamen ad natandum ſegnes ſunt; non enim a ſuis latibulis longe aberrant; ſed circum ea ſemper volutantur; infirmioribus vero piſcibus adnantibus inſidias faciunt. Aſellus quoque inter eos numerari poteſt, qui omnium maxime exortum caniculae extimeſcit.

CAP. XXXIX.

De Cantharidibus.

CANTHARIDES, ut prodit Ariſtoteles, inter tritici ſegetes, inque populis arboribus, et ficis procreantur. In cicere naſcuntur erucae, in ervo phalangia quaedam: in porro praſocuris dicta.

ΚΕΦ. λζ'.

Περὶ τῶν Ζώων, ὅσα τὰ ϖεριτλὰ τῆς τροφῆς καλὰ τῶν δένδρων ἀφίησι.

Φυτῷ ἑτέρῳ κλάδος ἐπιφύεται ϖρέμνῳ, ϖροσήκων οἱ μηδὲ ἓν ϖολλάκις. Τὸ δὲ αἴτιον Θεόφραστος λέγει, φυσικώτατα ἀνιχνεύσας· ὅτι τὰ ὀρνύφια τὴν ἄνθην τῶν δένδρων ζιέμενα, εἶτα ἐπὶ τοῖς φυλοῖς καθήμενα, τὰ ϖεριτλὰ ἀποκρίνει· ἐκὼν τὸ ζπέρμα ἐν ταῖς κοιλάσι ἢ ταῖς ὀπαῖς αὐτῶν ἢ ταῖς ζηρατγώδεσιν ἐμπίπτον, ἢ ἐπαρδόμενον τοῖς ὄμβροις τοῖς ἐξ ἀέρανῦ, εἶτα ἀναφύει ἐκεῖνο ἐξ ὧν ἐβλάσησεν, ἀναπείθει· ὕτω τοι ἢ ἐν ἐλαίᾳ ζυκῆν καλανοήσεις, ἢ ἐν ἄλλῳ ἄλλο.

ΚΕΦ. λή.

Περὶ Προβάτυ θαλατλίυ, ἢ τῦ καλυμένυ Ἡπάτυ.

Φωλεύει δὲ ἢ ἐν τοῖς μυχοῖς τῆς θαλάτλης διαιλᾶται τὸ ϖρόβαλον, ἢ οἱ καλύμενοι ἧπαλοι, ἢ ὅσπερ ἓν φιλῦσιν ἁλιεῖς ὀνομάζειν ϖρέπονλας. Καὶ μέγισοι μέν εἰσιν ἰδεῖν τὴν φύσιν, νωθεῖς δὲ τὴν νῆξιν· ἢ εἰλῦῆλαι ϖερὶ τοῖς φωλεοῖς, ἔνθεν τοι ὐδὲ ἀϖολείϖυσι τὴν ζφελέραν ὑϖοδρομήν· λοχῶσι δὲ τῶν ἰχθύων τῶν ἀσθενεσέρων τὲς ϖαρανέονλας. Ἀριθμοῖτο δ' ἂν ἐν τύτοις ἢ ὁ ὄνος, δέδοικε δὲ μάλισα ἰχθύων τὴν τῦ Σειρίυ ἐϖιτολὴν ἔτος ὁ ὄνος.

ΚΕΦ. λθ'.

Περὶ τῶν καλυμένων Καινθαρίδων.

Τίκλαι δὲ ἄρα ἐν τοῖς τῶν ϖυρῶν ληΐοις, ἢ ταῖς ἀγείροις, ἢ τοῖς σύκοις ϖρόσελι τὸ τῶν καινθαρίδων φῦλον, ὥσπερ ἓν Ἀρισολέλης λέγει. Ἐν μὲν τοῖς ἐρεβίνθοις τὸ τῶν καμπῶν, ἐν δὲ ὀρόβῳ γεννᾶται φαλάγγια ἄτλα, ἐν δὲ τοῖς ϖράσοις

dicta. Eſt et ſuus braſſicae vermis, qui ex ſede, in qua commoratur, crambis nominatur. Item malo eſt, qui ſaepe hujus arboris fructum perdit: in iis tamen, quae ad generationem adhuc validae ſunt, necdum effoetae, iidem vermes ad fructificandum contulerint: id quo modo fiat, alius explicet.

CAP. XL.

Quod Animalia norint, in qua corporis parte vim ſuam habeant.

IN qua parte inſitam vim habeat, praeclare novit quodque animal; cujus, et cum inſidias facit, et cum ſe defendit, fiducia nititur: Sic gladius piſcis pinna, tanquam gladio, unde nomen traxit, utitur. Paſtinaca aculeo ſe tuetur. Muraena dentibus eo commodius ſe defendit, quod eorum praedita ſit duplici ordine.

CAP. XLI.

De Muribus marinis.

INCOLAE domorum mures cum ad cetera omnia timidi et imbecilli habentur, ſtrepitum extimeſcunt, et muſtelae ſtridentis vocem perhorrent. Timidi etiam agreſtes. Sed domeſticis audaciores ſunt marini; qui etſi non magno ſunt corpore, inexpugnabili tamen ſunt audacia praediti; quippe qui ad propugnandum duplici confidunt armaturae, praedurae nimirum pelli, et dentium robori. Pugnant autem cum grandioribus piſcibus, et rei piſcatoriae peritiſſimis hominibus.

CAP. XLII.

De Thynnis.

TEMPORVM commutationem thynni ſentiunt, ſolſtitia praeclare noſcunt, nihilque iis ad hanc rem coeleſtium rerum peritis

σοις ἡ καλεμένη πρασοκερίς. Τίκεται δὲ κὴ ἐν τῇ κράμβῃ Cκωλήκων γένος, κὴ ὄνομα αὐτῷ ἐκ τῶν ἠθῶν, ἐν οἷς διαίτᾶται, καλεῖται γῆν κραμβίς. Τίκει κὴ ἡ μηλέα, κὴ διαφθείρει μὲν πολλάκις τῆτο τὸν καρπὸν τῇ φυτῇ τῇδε· ταῖς δὲ ἔτι τῇ τίκτειν ἐχέσαις ὥραν, γένοιτο ἂν κὴ ἐς κύησιν ἀγαθόν· κὴ τὸν τρόπον ἐρεῖ ἄλλος.

ΚΕΦ. μ΄.

Ὅτι οἶδε τὰ Ζῶα, πῆ ἔχει τὴν ἰσχύν.

ΟΙΔΕ δὲ ἄρα τῶν ζώων ἕκασον, ἐν ᾧ μέρει κέκτηται τὴν ἀλκήν· κὴ τέτῳ θαῤῥεῖ, κὴ ἐπιβελεῦον μὲν χρῆται ὡς ὅπλῳ, κινδυνεῦον δὲ ὡς ἀμυντηρίῳ. Ὁ γῆν ξιφίας ἀμύνει τῇ πλέρυγι, ὡς ξίφει, ἔνθεν τοι κὴ κέκληται. Ἡ δὲ τρυγὼν τῷ κέντρῳ. Ἡ δὲ μύραινα τοῖς ὀδῆσι, κὴ μάλα γε εἰκότως, ἔχεσι γὰρ αὐτῶν δισοιχίαν.

ΚΕΦ. μά.

Περὶ θαλατλίων Μυῶν.

ΟΙ μὲν ἓν μῦς, οἱ καλὰ τὴν οἰκίαν, δειλὸν κὴ ἀσθενὲς ζῶόν ἐσι, κὴ φοβῆνται κτύπον, κὴ τὴν γαλῆν πεφρίκασι κρίξασαν. Δειλοὶ δὲ κὴ οἱ ἀγρεαῖοι. Τῶν γε μὴν οἰκετῶν θρασύτεροι οἱ θαλάτλιοι· μικρὸν μὲν αὐτῶν τὸ Cῶμα, τόλμα δὲ ἄμαχος· κὴ θαῤῥῆσι δύο ὅπλοις, δορᾷ τε εὐτόνῳ, κὴ ὀδόντων κράτει. Μάχονλαι δὲ κὴ τοῖς ἰχθύσι ταῖς ἁδρολέροις, κὴ τῶν ἁλιέων τοῖς μάλισα θηραλικοῖς.

ΚΕΦ. μβ΄.

Πέρὶ τῶν Θύννων.

ΤΗΣ τῶν ὡρῶν μεταβολῆς ἔχεσιν αἰσθηλικῶς οἱ θύννοι, κὴ ἴσασι τροπὰς ἡλίᾳ ὀξύταλα, κὴ δέονλαι τῶν τὰ ἐρέναια

peritis opus eſt. Vbi enim eos hiemis initium deprehenderit, ibi libenter commorantur, et quiete ad vernum aequinoctium permanent: ut Ariſtoteles tradidit. Eoſdem altero tantum oculo videre conſentit Aeſchylus, cum inquit,

Siniſtrum oculum thynni more applicans.

Pontum ingredientes ad dextrum latus, unde acrius vident, terram habent; egredientes vero ad contrarium litus ſe accommodant, et terram ſecundum eum oculum, quo clarius vident, habentes natant, atque ita ſuae incolumitati proſpiciunt.

CAP. XLIII.

De Paguris.

PAGVRIS cruſta rumpitur, et ſenectutem quemadmodum ſerpens, ſic integumento ſe ipſi exuunt. Id, cum primum a carne abſcedere ſentiunt, tum huc et illuc tanquam oeſtro incitati feruntur, pleniorem victum inquirentes, ut tumoris acceſſione et corporis mole inflati, involucrum ſuum rumpere poſſint; ex quo ubi elapſae ſunt, atque ſe explicaverunt, in ſabulo jacent, mortuorum ſimilitudinem ſpeciemque gerentes. De naſcente autem pelle, etiamnum molli et tenera, maximo afficiuntur timore. Deinde poſtquam ex diſſolutione ſe paulatim collegerunt, et quodammodo revixerunt, primum ſane guſtant ſabulum. Tamdiu autem timidi ſunt, et viribus ſuis diffidentes, quoad tegumento circumveſtiantur; id ſimul ut coeptum fuerit conglutinari et ſolideſcere, continuo tegmini tanquam armaturae confidentes, adſunt animis, et omittunt timorem.

εἰδέναι ποιεμένων ἐδέν. Ὅποι γὰρ ἂν αὐτὸς χειμῶνος ἀρχὴ καταλάβῃ, ἐνταῦθα ἡσυχάζουσί τε καὶ ἀτρεμοῦσιν ἀγαπητῶς, καὶ καταμένουσιν εἰς τὴν τῆς ἐπιδημίας ἰσημερίαν· καὶ τεκμηριοῖ Ἀριστοτέλης τοῦτο. Ὅτι δὲ τῷ ἑτέρῳ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρῶσι, τῷ δὲ ἄλλῳ οὐκ ἔτι, καὶ Αἰσχύλος ὁμολογεῖ λέγων·

Τὸ Σκαιὸν ὄμμα παραβαλὼν θύννος δίκην.

Παρίασι δὲ ἐς τὸν Πόντον, καὶ κατὰ τὴν δεξιὰν αὐτῶν πλευρὰν τὴν γῆν καταμβάνουσι, καθ' ἣν καὶ βλέπουσιν· ἐξιόντες τε αὖ κατὰ τὴν ἀντίπερα, νέουσι τῆς γῆς ἐχόμενοι, τὴν φορυτὸν τὴν τοῦ σώματος κατὰ τὸν ὁρῶντα τῶν ὀφθαλμῶν καταμβάνοντες προμηθέστατα.

ΚΕΦ. μγ'.

Περὶ Παγούρων.

ΤΟΙΣ παγούροις τὸ πρῶτον ἔλυτρον ῥήγνυται, καὶ ὥσπερ οἱ ὄφεις τὸ γῆρας, οὕτω δήπου καὶ οὗτοι τὸ ὄστρακον ἀποδύονται. Ὅταν δὲ αἴσθωνται ὑπαφισάμενον τῆς Σαρκὸς αὐτὸ, παντοίοις φοιτῶσι οἰστρέμενοι, καὶ μασεύοντες τροφὴν πλείονα, ἵνα ὄγκῳ προσγινομένῳ αὐτοῖς καὶ ὑποπρησθέντες, ἀποῤῥήξωσιν ἑαυτῶν τὸ ἔλυτρον· ὅταν δὲ διολισθῶσιν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐλεύθεροι γίνωνται, κεῖνται παρειμένοι κατὰ τῆς ψάμμου, νεκροῖς εἰκασμένοι. Δεδοίκασι δὲ ὑπὲρ τῆς φυομένης αὐτοῖς δορᾶς, ὑγροτέρας τε ἔσης καὶ ἔτι ἀπαλῆς. Καὶ μικρὰ δὲ ἑαυτοὺς ἀθροίσαντες, καὶ ἀναβιωσκόμενοι τρόπον τινὰ, πρώτης μὲν ἀπογεύονται τῆς ψάμμου. Ἐς τοσοῦτον δὲ ἄτολμοί εἰσι, καὶ ἥκιστα θαῤῥαλέοι, εἰς ὅσον αὐτοῖς ὑμὴν περίκειται τὸ σέγασμα ἔξωθεν· ὅταν δὲ ἄρξηται πήγνυσθαι, καὶ εἰς ὀστράκου φύσιν μεταχωρεῖν, ἀπέῤῥιψαν ἐνταῦθα τὴν δειλίαν, ὡς ὅπλῳ θαῤῥοῦντες τῇ τῆς περιβολῆς σκέπῃ τε ἅμα, καὶ ἐς τὸν βίον, ὡς ἂν εἴποις, πανοπλίᾳ.

CAP. XLIV.

De Serpentibus apud Troglodytas.

TROGLODYTAE natio hominum in ſubterraneis degit cavernis, atque inde hoc nomen ſibi vendicavit. Timentur autem a ſerpentibus, quoniam eos in cibo conſumere ſolent. Cum inter ſe coeunt ſerpentes, odorem exhalant graviſſimum.

CAP. XLV.

De Polypis et Oſmylis adrepentibus ad arborum fructus.

POLYPOS et oſmylos in ſiccum egreſſos aeſtivo tempore ex agro mari vicino, et arboribus frugiferis fructus ſubripientes (ſcandunt enim per truncos, et ramis ſe implicant) ſaepe agricolae et deprehendunt, et pro direptis fructibus poenas ex comprehenſis ſumunt; pro commiſſo enim ab eis furto fructuum dominis ipſos ad epulas adferunt.

CAP. XLVI.

De Aſpargis piſcibus.

ASPARGI piſces marini ſapientes ſunt ad diligenter penituſque cognoſcendam temporum mutationem; nam ineunte hieme ad vitandam frigorum vim ex natatione conquieſcunt, et conſiſtentes ipſa commoratione et quiete aequabiliter et fraterne ſeſe tepefaciunt; poſtea verno tempore ingrediuntur longiora itinera facere, neque modo obviis, ſed iis etiam, quos inquiſierint et inveſtigarint, cibis paſcuntur.

CAP.

ΚΕΦ. μδ'.

Περὶ τῶν ἐν Τρωγλοδύταις Ὄφεων.

Τρωγλοδύται γένος ἀνθρώπων ὑμνεῖται, καὶ τόγε ὄνομα εἴληφε ἐκ τῆς διαίτης καὶ τοῦ βίου δηλονότι. Φοβοῦνται δὲ αὐτοὺς οἱ ὄφεις· τὸ δὲ αἴτιον, ἐσθίουσιν αὐτοὺς οἱ ἄνθρωποι. Μιγνύμενοι δὲ ἀλλήλοις οἱ ὄφεις βαρυτάτην ὀσμὴν ἀφιᾶσι.

ΚΕΦ. με.

Περὶ Πολυπόδων καὶ Ὀσμύλων ἐπὶ τὴν ὀπώραν ἀνερπόντων.

Ἀγροῦ γειτνιῶντος θαλάττῃ, καὶ φυτῶν παρεσώτων ἐκκάρπων, γεωργοὶ πολλάκις καταλαμβάνουσιν ἐν ὥρᾳ θερείῳ πολύποδάς τε καὶ ὀσμύλους, ἐκ τῶν κυμάτων προσελθόντας, καὶ διὰ τῶν πρέμνων ἀνερπύσαντας, καὶ τοῖς κλάδοις περιπεσόντας, καὶ ὀπωρίζοντας, καὶ τὴν δίκην ἐπέθεσαν ἂν τοῖς φωρσὶ Συλλαβόντες αὐτούς· ἀνθ' ὧν δὲ ἐτρύγησαν οἱ προειρημένοι, ὑπὲρ τούτων ἀντεφεσιῶσι δι' ἑαυτῶν τοὺς δεσπότας τῶν ξεσυλημένων καρπῶν.

ΚΕΦ. μς'.

Περὶ τῶν Ῥυάδων τοῦ ζώου.

Ῥυάδες ὄνομα θαλατίου ζώου, σοφοῦ διαγνῶναι τὴν τῶν ὡρῶν διάβασιν· ὑπαρχομένου γοῦν τοῦ χειμῶνος ἡσυχάζουσι τοὺς κρυμοὺς ἀποδιδράσκουσαι, καὶ ἀσμένως ἑαυτὰς τῇ καλαμονῇ θάλπουσαι ἰσομοιρίᾳ ἀδελφικῇ· εἶτα ἦρι νεῖν ὑπάρχονται ἐκεῖναί γε καὶ πορείᾳ τῇ μακροτέρᾳ, καὶ νέμονται τροφὴν οὐ μόνον τὴν προσπεσοῦσαν, ἀλλὰ καὶ ἣν ἂν μασεύσασαι εἶτα ἀνιχνεύσωσι.

ΚΕΦ.

CAP. XLVII.

De Echinis marinis.

ECHINOS marinos viventes obductos teſta atque aculeis communitos ſi quis contriverit, et alia ſeparatim ab aliis fruſta in mare abjecerit, haec tamen coitionem iterum inter ſe faciunt ac connectuntur, et affinem partem recognoſcunt, et applicata cohaereſcunt, et admiranda quadam atque peculiari naturae vi rurſus integrantur.

CAP. XLVIII.

Quid paſtores excogitent ad Animalium ſobolem augendam.

Ex animalibus ſibi quo plus prolis naſcatur, harum rerum curatores et paſtores ovium, caprarum, et equarum genitalia tempore coitus, repletis multo ſale et nitro manibus, perfricant; unde iis vehementior coitus appetitio exoritur. Alii ea pipere et melle, alii nitro perungunt et urticae fructu; ſunt etiam qui ſmyrnio et nitro eadem illinant. Ex ea ſane fricatione foeminae et libidinoſiores evadunt, et mares ſuſtinent.

CAP. XLIX.

De maximis Cetis.

AD litora et minime profunda loca et brevia ex cetaceo genere nullum appropinquat, ſed in alto et profundo verſatur. Eximia autem magnitudine exiſtimantur leo, libella, pardalis, phyſalus, priſtes, maltha bellua inexpugnabilis: aries vel ipſo adſpectu infeſtiſſimus et periculoſiſſimus; procul enim licet compareat, maris procellas et tempeſtates ciet et agitat: libella etiam tum adſpectu, tum re ipſa, infelix eſt navigantibus. Porro de canum differentia et robore ſuperius dixi.

CAP.

ΚΕΦ. μζ'.

Περὶ τῶν Ἐχίνων τῶν θαλατ]ίων.

ΤΟΥΣ ἐχίνους ἔτι ζῶντας, καὶ ἐν τοῖς ὀστράκοις ὄντας, καὶ προβεβλημένους τὰ κέν]ρα, εἴτις συν]ρίψας καὶ διαῤῥίψας εἰς τὴν θάλασσαν ἄλλῃ ἄλλο τρύφος καλαλίποι, τάδε ἄρα συνέρχε]αι αὖθις καὶ ἑνῶται, καὶ τὸ συγγενὲς θρύμμα ἀνέγνω, καὶ προσπλακὲν συνέφυ, καὶ ὁλόκληροι γίνον]αι φύσει τινὶ θαυμασῇ καὶ ἰδίᾳ αὖθις.

ΚΕΦ. μή.

Τί ἐπινοοῦσιν οἱ νομεῖς εἰς πλείονα τῶν Ζώων ἐπιγονήν.

ΥΠΕΡ τοῦ πλείονα τὴν ἐπιγονὴν τῶν ζώων σφίσι γίνεσθαι, οἱ τούτων μελεδωνοὶ καὶ νομεῖς τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν καὶ ὀΐων, καὶ αἰγῶν, καὶ ἵππων ἀναῤῥίβδσι καλὰ τὸν τῆς ὀχείας καιρὸν, ἁλῶν καὶ νίτρδ τὰς χεῖρας ἀναπλήσαν]ες· ἐκ τούτων ὄρεξις αὐτοῖς γίνε]αι περὶ τὴν ἀφροδίτην μᾶλλον. Ἕτεροι δὲ πεπερίδι καὶ μέλιτι τὰ αὐτὰ χρίδσι, νίτρῳ δὲ ἄλλοι καὶ κνίδης καρπῷ· Σμυρνίῳ δὲ ἤδη τινὲς ἔχρισαν καὶ νίτρῳ. Ἐκ δὴ τοῦδε τοῦ ὀδαξησμοῦ ἀκράτορες ἑαυ]ῶν γίνον]αι αἱ θήλειαι ποῖμναι, καὶ ἐπιμαίνον]αι τοῖς ἄῤῥεσι.

ΚΕΦ. μθ'.

Περὶ τῶν μεγίσων Κη]ῶν.

ΤΩΝ κη]ῶν τῶν μεγίσων αἰγιαλοῖς καὶ ἠϊόσι καὶ τοῖς ἐλαφροῖς καλδμένοις καὶ βραχέσι χωρίοις προσπελάζει ὀδὲν, οἰκεῖ δὲ τὰ πελάγη. Καὶ ἔσι μέγισα, ὅ,τε λέων, καὶ ἡ ζύγαινα, καὶ ἡ πάρδαλις, καὶ ὁ φύσαλος, καὶ ἡ πρῆσις, καὶ ἡ καλδμένη μάλθη, δυσανα]αγώνισον δ' ἄρα θηρίον τοῦτο καὶ ἄμαχον· καὶ ὁ κριὸς ἰδεῖν ἐχθρὸν ζῶον, καὶ κίνδυνον φέρον, εἰ καὶ πόῤῥωθεν φανείη, τῇ τῆς θαλάτ]ης ταράξει, καὶ τῷ κλύδωνι, ὃν αὐ]ὸς ἐργάζεται· καὶ ἡ ζύγαινα ὀκ αἴσιον ὁρᾷ, ὅδε ἐργάζε]αι τοῖς ναυ]ιλλομένοις αὔτη γε. Κυνῶν δὲ πέρι διαφορᾶς καὶ ἀλκῆς ἀνω]έρω εἶπον.

ΚΕΦ.

CAP. L.

De Caſtoridibus marinis, Balaena, et Phocis e mari in litus egredientibus.

CASTORIDES marinae ad litora et ſaxa eminentia ululatum diritatis plenum edunt, et graviſſime rugiunt; earum ſonitum quicunque audierit, non effugiet, quin paulo poſt excedat e vita. Balaena etiam e mari egreſſa ad ſolem ſe calefacit. Phocae circa veſperam magis exeunt, aliquando tamen etiam meridie, et extra mare ſomnum capiunt. Hoc et Homerus noverat, qui in Odyſſea Menelaum inducit hoc earum cubile Telemacho et Piſiſtrato narrantem, cum de iis, quae in Pharo acciderant, et marino daemone Proteo ejuſque vaticinio verba faceret.

CAP. LI.

De Mullo.

DE mullo nonnihil ſupra dixi, hic aliud addam. Eleuſine ſacris initiati huic piſci honores habent, cujus rei duplex ratio adfertur; vel quod is ter anno parit, vel quia mortiferum homini leporem comedit. Sed de eodem piſce forte etiam denuo dicemus.

CAP. LII.

Quinam e piſcibus volant.

LOLIGINES, accipitres marini, hirundo pelagia, cum quippiam metuunt, ex mari exilire dicuntur; ac loligines quidem pinnis ſuis longiſſimo et ſublimi tractu gregatim more avium efferri; hirun-

ΚΕΦ. ν'.

Περὶ τῶν Κασορίδων τῶν θαλατλίων, Φαλαίνης τε, καὶ φωκῶν θαλάτλης ἐξιεσῶν.

Αἱ κασορίδες ζῷόν εἰσι θαλάτλιον, καὶ ἐπὶ ταῖς ἀκλαῖς καὶ ταῖς πέτραις ταῖς προβεβλημέναις ἀπόφημόν τινα κωκυτὸν μεθιᾶσι, καὶ ὠρύονλαι βαρύταλα· τέτε τοίνυν τὸ ἦχε ὅσις ἂν ὑπακέσῃ, ἄφυκλά οἱ ἐσὶ, καὶ ε μελὰ μακρὸν ἀποθνήσκει. Καὶ ἡ φάλαινα δὲ τῆς θαλάτλης πρόεισι, καὶ ἀλεαίνεσαι τῇ ἀκτῖνι. Κεφαῖαι δὲ αἱ φῶκαι ἐξίασι μᾶλλον, ἤδη μέντοι καὶ μεσημβρίας ἔσης, καὶ καθεύδεσι τῆς θαλάτλης ἔξω. Τέτό τοι καὶ Ὅμηρος ἤδει, καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ τὸν Μενέλεων πεποίηκε τῷ Τηλεμάχῳ καὶ τῷ Πεισισράτῳ περιηγέμενον τὴν κοίτην αὐτῶν τήνδε, ὅτε τὰ ἐν Φάρῳ, καὶ περὶ Πρωλέως τε θαλατλίε δαίμονος αὐτοῖς ὁ Μενέλεως διεξῄει, καὶ τῆς μανλείας, ἣν ἐμαντεύσαλό οἱ ὁ Πρωτεὺς, ὃν εἶπον.

ΚΕΦ. να.

Περὶ Τρίγλης.

Τρίγλης πέρι ἀνωλέρω εἶπον· ὃ δὲ ε εἶπον, νῦν ἐρῶ. Ἐν Ἐλευσῖνι τιμὰς ἔχει ἐκ τῶν μυεμένων, καὶ διπλῆς ὁ λόγος τῆς αἰτίας τῆσδε· οἱ μέν φασιν, ἐπεὶ τρὶς τὸ ἔτες τίκλει· οἱ δὲ, ἐπεὶ τὸν λαγὼν ἐσθίει, ὅσπερ ἓν ἐσιν ἀνθρώπῳ θαναληφόρος. Ἴσως δὲ ἐρῶ τι περὶ τρίγλης καὶ πάλιν.

ΚΕΦ. νϐ'.

Τίνες τῶν Ἰχθύων πέτονλαι.

Πετονλαι ἰχθύες, ὅταν δείσωσι, καὶ ἐξάλλονλαι τῆς θαλάττης· αἵ τε τευθίδες, καὶ οἱ ἱέρακες οἱ θαλάτλιοι, καὶ ἡ χελιδὼν ἡ πελαγία· καὶ αἱ μὲν τευθίδες ἐπὶ μήκισον ἄτλεσι τοῖς πλερυγίοις, καὶ ἐλαφρίζεσί γε ἑαυλὰς ὑψῦ, καὶ καλὰ ἀγέλας ὀρνίθων

hirundines vero humilius volant; accipitres denique paulo ſupra ſummam aquam maris tolli ſolent, ut ad judicandum ſit difficile, natentne, an volitent.

CAP. LIII.

De variorum Piſcium natatu.

VAGANTVR piſces atque errant, alii quidem frequentes, ſimiliter atque greges pecorum, vel ordines militum turmatim euntium, vel acies longior quam altior, a fronte nimirum ad tergum porrecta; alii, ordinibus a fronte ad tergum ſigillatim explicatis, cum ornatu proficiſcuntur; alii manipulorum ſimilitudinem ſpeciemque gerunt; nonnulli velut decuriati; alii, inſtructis ab uno cornu ad alterum ordinibus, natant; ſunt, qui in cavernis ſe tenent, ibidemque aevum agitant.

CAP. LIV.

Pecora quomodo paſtores pinguefaciant, et ad coitum excitent.

REI paſtoritiae peritos audio, cum ad pinguitudinem volunt animalia perducere, cornua eis adimere: ad coitum vero procliviores hircos cum efficere ſtudent, horum nares et mentum odorato unguento perungere; contraque eoſdem, mediis caudis lino alligatis, a vehementi coitus appetitione reprimere. Ariſtoteles autem dicit, abortum equam facere, ſi paulo vehementius fumantis funiculi odorem extinctae lucernae ſenſerit. Vt ne canes domeſtici aufugiant, audio hac machinatione ac ſolertia retineri: eorum caudam primum arundine, quae butyro ſit oblita, dimetiuntur, deinde hanc eis ad lambendum concedunt; eo fit, ut poſtea tanquam ligati permaneant.

CAP.

νίθων δίκην φέρονται κοινῇ· αἱ δὲ χελιδόνες χθαμαλωτέραν ποιοῦνται τὴν πτῆσιν· οἵ γε μὴν ἱέρακες ὑπὲρ τὴν ἅλμην φέρονται ὀλίγον, ὡς μόλις ὅτι μὴ νήχονται, ἀλλὰ πέτονται καταγνῶναι.

ΚΕΦ. νγ'.

Περὶ νήξεως Ἰχθύων διαφόρων.

Ἀλῶνται δὲ ἄρα ἰχθῦς ἢ πλανῶνται, οἱ μὲν ἀθρόοι, ὥσπερ ἓν ἀγέλαι θρεμμάτων, ἢ τάξεις ὁπλιτῶν ἰοῦσαι καὶ ἴλας ἢ φάλαγγας· οἱ δὲ ἐν κόσμῳ καὶ στοῖχον ἔρχονται· οἱ δὲ, φαίης ἂν αὐτὸς εἶναι λόχος· ἠρίθμηνται δὲ εἰς δέκα ἄλλοι· καὶ ταύτῃ ξυννέουσιν· ἤδη δὲ νήχονται καὶ κατὰ ζεῦγός τινες· ἄλλοι δὲ οἰκουροῦσιν ἐν τοῖς φωλεοῖς, ἢ ἐνταυθοῖ καταζῶσι.

ΚΕΦ. νδ'.

Πῶς εἰς πιμελὴν οἱ νομεῖς ὑπάγουσι τὰ Πώεα, καὶ εἰς μίξιν.

Πυνθάνομαι δὲ ἄρα, ὅτι οἱ νομευτικὴν δεινοὶ, ὅταν ἐθέλωσιν ἐπὶ πιμελὴν τὰ ζῶα ἐπιδοῦναι, ἀφαιροῦσιν αὐτῶν τὰ κέρατα· ἢ τοὺς τράγους δὲ ὅταν ἐθελήσωσιν εἰς μίξιν προθυμοτέρους ἐργάσασθαι, μύρῳ χρίουσιν αὐτῶν τὰς ῥῖνας, ἢ τὰ γένεια μέντοι ἢ ἐκεῖνα χρίουσι τῶν αὐτῶν· πάλιν τε τῆς ἄγαν ὀρέξεως ἀνασέλλουσιν, ἐάν τις αὐτῶν μέσας τὰς ὀρὰς ἀποδήσῃ λίνῳ. Ἀριστοτέλης δέ φησιν ἐκβάλλειν τὰ ἔμβρυα τὰς ἵππους, ἐὰν ἐπιπλέον ὀσφρήσωνται θρυαλλίδα λύχνου ἐσβεσμένην. Ἀκούω δὲ, ὅτι πρὸς τοὺς κύνας τοὺς οἰκουροὺς, ἵνα μὴ ἀποδιδράσκωσι, τετέχνασαι ἐκεῖνο· τὴν ὀρὰν αὐτῶν καλάμῳ μετρήσαντες χρίουσι τὸν κάλαμον βουτύρῳ, εἶτα μέντοι διδόασιν αὐτοῖς περιλιχμήσασθαι αὐτόν· ἢ καταμένουσι, φασὶν, ὥσπερ ἓν δεδεμένοι.

CAP. LV.

De Canum ſilentio.

PECVLIARIS haec etiam in cane natura eſt, quod non allatrat illum, qui caudam muſtelae ſecum habens ad eum accedit: oportet autem muſtelam, cujus captae abſciderit caudam, dimitti vivam. Aſinum autem negant rudere, lapide ab ejus cauda ſuſpenſo.

CAP. LVI.

Elephanti quomodo aeſtate vim ſolis depellant.

AESTIVO tempore, cum calor a ſole intenditur, et aeſtus ingraveſcit, tum elephanti ad calorem frangendum inter ſe craſſo perfunduntur coeno, quo vim caloris depellant; et haec refrigeratio ipſis gratior eſt vel umbroſis ſpeluncis, vel arboribus, quae ramorum frequentia eos opacare poſſent. Iidem ſagaciſſime odorantur, et acerrimis ſenſibus exiſtunt. Nam cum ex his partim antegredientes, partim ſubſequentes, ordinatim eunt, horum primus narium ſagacitate herbam ante pedes ſuos poſitam ſentiens humanis veſtigiis eſſe tranſitam, eam evellit, et ei, qui a tergo proximus eſt, odorandam tradit; is rurſus alteri, qui eum ſequitur; ac deinceps per omnium quaſi manus ſagaciter contrectatur, quoad ad illum ipſum, qui extremum agmen ducit, perventum fuerit; is ſimulac olfecerit, barritum vaſtum edens quaſi ſignum ad fugam dat. Hi tunc in convalles profundas, aut in loca concava et paluſtria, vel, ſi minus id concedatur, in nemoroſa campeſtria, ab eo loco iter avertunt; prorſuſque ſe totos avertunt ab his locis, quacunque frequentes homines iter facere ſolent, quod ab hominibus, ut animalibus ſibi infeſtiſſimis, timeant. Cum autem eos cetera pabula defecerint, radices effodiunt, quibus paſcuntur; alii interim herbas aut frondes quaerunt; ex his primus, qui aliquid repererit, regreditur, ut et ſuos gregales advocet, et in praedae communionem deducat.

CAP.

ΚΕΦ. νέ.

Περὶ κυνῶν ζιωπῆς.

ΙΔΙΑ δὲ ϗ ἐκεῖνα κυνός· ἀχ ὑλακῆϐσιν, εἴτις ἔχων ἀρὰν γαλῆς ζὺν ἑαυλῷ, εἶτα ϖρόσεισι· γαλῆς δ' ἣν ἐθήρασε μὲν, ἀποκόψας δὲ τὴν ϖροειρημένην ἀρὰν, εἶτα ἀφῆκε ζῶσαν αὐτήν. Ὄνος δὲ ἀ βρωμήσεʃαι, ἐὰν αὐτᾶ τῆς ἀρᾶς λίθον ἀπαρʃήσεις, ὥς φασιν.

ΚΕΦ. νϛ́.

Πῶς ἐν τῷ καύμαʃι ψύχος ἑαυʃοῖς οἱ Ἐλέφανʃες ἐπιʃεχνῶνʃαι.

ΕΝ ὥρᾳ ϑερείῳ, ϖολλᾶ ϖάνυ ζφόδρα τᾶ ἡλίᾳ ἐναϰμάζοντος, οἱ ἐλέφανʃες ἀλλήλϐς χρίϐσιν ἰλύϊ ϖαχείᾳ, ϗ αὐτοῖς αὔτη ψύχος τε ϖαρέχει· ϗ οἰκίαν ὑπάνʃρϐ τινὸς, ἢ ὑπὸ δένδρϐ κλάδοις ἀμφιλαφέϐς, ἥδιόν ἐϛι τοῖς ζώοις τοῖς ϖροειρημένοις. Οὗτοι ῥινηλαʃᾶϐσιν ἰσχυρῶς, ϗ αἴσθησιν ὀξυλάτην ἔχϐσι. Προΐασι γᾶν ἀλλήλοις ὁδοποιᾶνʃες, ϗ ὅγε ϖρῶτος (ἴασι γὰρ καʃὰ ϛοῖχον) τῆς ἐν ϖοσὶ ϖόας αἰσθόμενος, ϗ ὅτι διῆλθον ἄνθρωποι ἐϗ τῆς ϖαραψαύσεως ζυνεὶς αὐτῶν, ἀνασπᾷ τὴν ϖόαν, ϗ δίδωσι τῷ καʃόπιν ὀσφραίνεσθαι· ϗ ἐκεῖνος τῷ μετ' αὐτόν· ϗ ἥδε ἡ ἀνʃίδοσις, ὡς ἂν εἴποις, διὰ ϖάνʃων ἔρχεʃαι· ϗ μένʃοι τᾶ ἀραγᾶνʃος ὅταν ἀφίϗηʃαι, ὅδε μέγα ἐπήχησεν. Οἱ δὲ ὥσϖερ ἓν ζύνθημα ϛραʃιᾶς λαβόνʃες, εἶτα μέντοι ἐϗρέπονʃαι εἰς τὰ τῶν ὀρῶν ἄγϗη ϗ δάση, ἢ τῶν ἑλῶν τὰ ϗοιλότερα, ϗ μένʃοι ϗ τῶν ϖεδίων ὅσα ϗομᾷ τοῖς ϑάμνοις· ϖάνʃως δὲ ἢ ϗαʃασείϐσιν ἄνθρωποι, ταύτην ἀϖοδιδράσϗϐσιν, ὑφορᾶνʃαι γὰρ τᾶτο τὸ ζῶον ὡς ἔχθιϛον. Ὅταν δὲ αὐτὰς αἱ νομαὶ ϗαʃαλίϖωσιν, οἵδε τὰς ῥίζας ἐξορύʃϐσι, ϗ ζιᾶνʃαι ϗ αὐτάς· ϗ οἱ μὲν ἐσθίϐσι ϗ ταύτας, οἱ δὲ ἀϖίασι ζηᾶντες χιλόν· ϗ ὅγε ἐντυχὼν τῷ ϑηράμαʃι ϖρῶτος αὐτῶν, ὑϖοσρέψας ϗαλεῖ τὰς ζυννόμϐς, ϗ ἐϖί γε τὸ ἕρμαιον αὐτὰς ἄγει.

ΚΕΦ.

CAP. LVII.

Quomodo Piſces per hiemem ſe calefaciant.

HIEME acerrima, cum mare maxima undarum ventorumque tempeſtate furit, tum a grato et familiari ipſis aequore piſces abhorrentes fundum petunt. Itaque ex ipſis ſunt, qui arenas pinnis exaggerent, et his tecti ſeipſi tepefaciant; alii intra ſaxorum anguſtias recepti, ibi in protectione a frigore libenter quieſcant; alii in pelagi cavernas abditi, atque abſtruſi, ſummam maris inhorrentem vitant, neque enim in mari imo tam aiunt furentes et inflatas, quam in ſummo tempeſtates cieri et agitari. Ineunte vere, cum coelum ſerenum eſt, et dies laeti illucent, et herbae prata conveſtiunt, plantae virere incipiunt; tum piſces, maris tranquillitatem et temperiem ſentientes, ad extimum ac ſummum mare efferuntur, vagoſque et ſaltatorios agunt motus, et tanquam peregre redeuntes, prope a continenti natant.

CAP. LVIII.

Quaenam Animalia ex minimis maxima evadunt.

HAEC tria ex minimis evadunt maxima animalia; ex aquatilibus crocodilus, ex volucribus magna ſtruthio, ex quadrupedibus elephantus. Iuba rex elephantum Libycum ſcribit patri ſuo fuiſſe, qui multa ſecula vixiſſet, nempe qui et per manus traditus fuiſſet uſque ab hujus alta ſtirpe. Et Ptolemaeo Philadelpho Aethiopem elephantum fuiſſe, qui ad multas aetates vixiſſet, ex hominum conſuetudine ſimul et inſtitutione manſuetiſſimum. Idem celebrat Indicum elephantum Seleuci, cognomine Nicanoris, qui uſque ad Antiochorum imperium vixerit.

CAP.

ΚΕΦ. νζ'.

Τίνα τρόπον ἑαυτὸς θάλπουσιν ἐν τοῖς χρυμοῖς οἱ ἰχθύες.

ΕΝ δὲ τῷ χειμῶνι τῷ βιαιοτάτῳ, κυμαινούσης μὲν τῆς θαλάσσης, σκληρόν γε τῶν ἀνέμων καὶ βίαιον καταπνεόντων, φρίττουσι τὴν σύντροφόν τε ἅμα καὶ φίλην οἱ ἰχθύες θάλατταν. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν τοῖς στερυγίοις ἐπαμῶνται τὴν ψάμμον, καὶ ἑαυτοὺς ἐπηλυγάσαντες ὑποθάλπουσιν· οἱ δὲ ὑπειλοῦνταί τινα στέγαν, ἐν σκέπῃ τε τοῦ κρύους καὶ μάλα γε ἀσμένως ἡσυχάζουσιν· οἱ δὲ ἐς τὰς μυχὰς τοῦ στελάγους καταθέοντες, εἶτα τὴν ἄνωθεν φρίκην ἐξέκλιναν κάτω καὶ ἐν βυσσῷ· οὐ γὰρ ἔτως φασιν, ὥσπερ ἔν ἄνω, διοιδαίνειν τε καὶ τύπτειν τὸ κῦμα ἀγριαῖνον. Ὑπαρχομένου δὲ τοῦ ἦρος, καὶ τοῦ μὲν ἀέρος φαιδροῦ γενομένου, τῶν δὲ φυτῶν θάλλειν ἀρχομένων, καὶ τῶν λειμώνων τὰ σύντροφα κομώντων, γαληνά τε τὰ τοῦ στελάγους καὶ ὑπεύδια αἰσθόμενοι οἱ ἰχθύες, ἀναθέουσι, καὶ σπεύδουσι, καὶ πλησίον τῆς γῆς νήχονται, ὥσπερ ἔν ἥκοντες ἐξ ἀποδημίας.

ΚΕΦ. νή.

Τίνα ἐκ βραχέων μέγιστα ζῶα γίνεται.

ΤΡΙΑ δὲ ἄρα ταῦτα ἐκ βραχέων μέγιστα ζῶα γίνεται· τῶν μὲν ἐνύδρων ὁ κροκόδειλος, τῶν δὲ ὑποπτέρων ἡ στρουθὸς ἡ μεγάλη, τῶν γε μὴν τετραπόδων ὁ ἐλέφας. Λέγει δὲ ὁ Ἰόβας γενέσθαι μὲν αὐτοῦ τῷ σταθμῷ σολυπῆ λίβυν ἐλέφαντα, κατιόντα ἐκ τῶν ἄνω τοῦ γένους. Καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ Αἰθίοπα, καὶ ἐκεῖνον ἐκ σολλοῦ βιώσαντα, γενέσθαι στρατόπαλον καὶ ἡμερόπαλον, τὰ μὲν ἐκ τῆς σρὸς τοὺς ἀνθρώπους συντροφίας, τὰ δὲ ἐκ τοῦ γένους σωλευθέντα. Σελεύκου τε τοῦ Νικάνορος κῆμα ἄδει Ἰνδὸν ἐλέφαντα, καὶ μέντοι καὶ διαβιῶναι τοῦτον μέχρι τῆς τῶν Ἀντιόχων ἐπικρατείας φησί.

ΚΕΦ.

CAP. LIX.

Piſces marini quemadmodum pariant, cum prope fluvium degunt.

PISCES, qui in mari degere ſolent prope fluvium aliquem, aut lacum, cum vicini ad pariendum fuerint, e mari in illos ſubeunt, aquam ſcilicet a ventis et fluctibus quietam cupide amplexantes. Tranquillitas enim probe affecta eſt ad excipiendos piſcium partus, eoſque damni expertes conſervandos: cum alias, tum quod nihil aut parum periculi in his aquis metuendum ſit a belluis. Hanc enim libertatem et immunitatem flumina et lacus habere ſolent: atque ideo Euxinus pontus plurimis piſcibus abundat, quod non ſolitus ſit belluas procreare: ſicubi autem vitulos marinos profert, minime ii quidem grandes evadunt; a ceteris quidem omnibus belluis maleficis piſces ibidem tuti ſunt.

CAP. LX.

De Acu marina.

MARINAE acus, quae pertenues ſunt, et minime tortuoſum et ſinuoſum uterum foetuumque capacem habent, idcirco catulorum ſuorum non ſuſtinentes incrementum diſrumpuntur; non igitur pariunt catulos, ſed expellunt atque ejiciunt.

CAP. LXI.

Qualia ſunt Aſpidis morſus veſtigia.

MORSVVM veſtigia tam perparum apparentia aſpis imprimit, ut indicia vix acri oculorum acie deprehendantur. Cur vero ſint tam obſcura ignotaque, cauſam hanc eſſe audio: Ipſius venenum ad tranſmittendum eſt peracutum, mirabilique celeritate ad intima tranſitionem facit. Cum enim haec ipſa morſum effecit,

ΚΕΦ. νθ'.

Πῶς τίκτουσιν οἱ Ἰχθύες οἱ θαλάττιοι, ὅταν ἔχωσι πλησίον πολαμόν.

Ἰχθύες ὅσοι ποταμὸν γείτονα τῇ θαλάττῃ τῇ Ευνεχόφῳ κέκτηνται, ἢ καὶ λίμνην τινὰ, ὅταν μέλλωσι τίκτειν, ἐκνήχονται τῆς ἅλμης, καὶ τῶν κυμάτων τὸ ἄκλυστον ὕδωρ προαιρούμενοι, καὶ ταραττόμενον ὑπὸ τῶν πνεύματων καὶ τυπτόμενον ἧκισα. Ἀγαθὴ γὰρ αὐτοῖς ἡ τῶν ὑδάτων εἰρήνη λοχείαν ὑποδέξασθαι, καὶ φυλάξαι ἀσινῆ τε καὶ ἀνεπιβούλευτα τῶν ἰχθύων τὰ βρέφη· τῆτε ἄλλῃ, καὶ μέντοι καὶ διὰ τὴν τῶν θηρῶν ἐρημίαν καὶ Ευπάνιν. Φιλεῦσι δέ πως τήνδε τὴν ἐλευθερίαν ἔχειν αἵτε λίμναι καὶ οἱ ποταμοί· ἔνθεν τοι καὶ πολλοῖς ἰχθύσιν εὐθηνεῖται ὁ Εὔξεινος Πόντος, θηρία γὰρ τρέφειν οὐκ ἔμαθε· φώκην δ' εἴ που τρέφει καὶ δελφῖνας βραχίονας, τῶν δὲ ἄλλων ἀπάντων οἱ τῇδε ἰχθῦς ἐν Ευχέπῃ εἰσί.

ΚΕΦ. ξ'.

Περὶ τῆς θαλαττίας Βελόνης.

Αἱ θαλάττιαι βελόναι λεπταὶ ἅσαι, κολπώδη καὶ χωρητικὴν ἐμβρύων μήτραν οὐκ ἔχουσαι, τὴν αὔξην τῶν ἐνύδρων βρεφῶν οὐ φέρουσιν, ἀλλὰ ῥήγνυνται· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον οὐ τίκτουσιν, ἀλλὰ ἐκβάλλουσι τὰ τέκνα.

ΚΕΦ. ξά.

Ποταπὰ ἴχνη ἐστὶ τοῦ τῆς ἀσπίδος δήγματος.

Λέγεται δὲ τὰ ἴχνη καὶ τὰ γνωρίσματα τῶν τῆς ἀσπίδος δηγμάτων μὴ πάνυ τι εἶναι δῆλα καὶ εὐσύνοπτα. Καὶ τὸ αἴτιον ἐκεῖνο εἶναι πυνθάνομαι· ὀξύταλόν ἐστι τὸ ἐξ αὐτῆς φάρμακον, καὶ διαδραμεῖν ὤκιστον. Οὐκοῦν ἡ μὲν ἐνέφυ, τὸ

cit, venenum non eminet circa ſuperficiem; ſed ſub cutem ſubiens intra meatus bene penitus ſubit, atque ſic ad intima delabitur, ut nihil extet atque emineat. Quare ab Octavianis Cleopatrae mors non facile oculis comprehenſa eſt; niſi tandem ſero admodum ex duobus punctis difficilibus ad videndum animadverſis, mortis obſcura ſignificatio deprehenſa eſt; et inſuper veſtigia aſpidis ipſius corporis tractus iis, qui hujuſmodi animalium motionis diſcrimina tenent, manifeſta apparuerunt.

CAP. LXII.

De Aſpide, quae in feſto Panathenaico morſum inflixerat.

CVM Pompeius Rufus Romae aedilitium munus obiret quinquatriis [vel Panathenaicis] ut ſolet in Romano foro fieri, circulator, aliis permultis, qui eandem quam is ipſe artem factitarent, adſtantibus, ad ſuam ipſius oſtentandam ſapientiam, ſimulque ex artificio ſuo ſpecimen dandum, aſpidem ad brachium admovit, et ex impreſſo morſu malum exſuxit. Cum poſtea non aquam, quam ſibi praeparaverat, exſorbuiſſet, quod ea eſſet ſubducta (ex inſidiis nimirum vas fuerat everſum) veneno non exhauſto neque abſterſo, ſecundo poſt die ſine doloris ſenſu, ſenſim et pedetentim pernicie veneni illapſa, poſtquam ejus os et gingivae extabuiſſent, vita privatus eſt.

CAP. LXIII.

De coitu Animalium.

VIGENTE verno tempore, et efflorescente terra, libidinis ardore beſtiae terrenae, aquatiles, et volatiles flagrant. Ex piſcibus alii frequentia ova, atque alia ex aliis nexa, arenis atterunt; alii interea cum natant, infinitatem quandam ovorum expellunt

δὲ ἐκ ἐπιπολεύει, ἀλλὰ ἐς τὰς ἔσω πόρους καθολισθαίνει· καὶ τῆς μὲν ἐπιφανείας καὶ τῷ χρωτὸς, τῷ ὑπὸ τὴν ὄψιν, ἀφανίζεται, ὠθεῖται δὲ ἔνδον. Ἔνθεν τοι καὶ τῆς Κλεοπάτρας ὁ θάνατος τοῖς ἀμφὶ τὸν Σεβαστὸν ἐ πάνυ τι ῥᾳδίως ἐγνώσθη· ἀλλὰ ὀψὲ δύο κενημάτων καὶ μάλα γε δυσθεάτων καὶ δυσθηράτων ὀφθέντων, δι' ὧν ἐφωράθη τὸ τῷ θανάτῳ αἴνιγμα· ἄλλως τε καὶ ἴχνη τῷ τῆς ἀσπίδος ζύρμαος ἐφάνη, πρόδηλα τοῖς ἔχουσι τῆς τότων κινήσεως τῶν ζώων τὴν ἱστορίαν ὅλα.

ΚΕΦ. ξϚ'.

Περὶ Ἀσπίδος τοῖς Παναθηναίοις δακόσης.

Πομπήϊος Ῥόφος Ῥωμαίοις ἀγορανομῶν ἐν Παναθηναίοις, οἷα εἴωθε τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ δρᾶσθαι, φαρμακοπώλης ἀνὴρ, καὶ τῶν τὰς ὄφεις ἐς τὰ γράμματα τρεφόντων ἑτέρων ὁμοτέχνων πολλῶν παρόντων, ἀσπίδα καλὰ τῷ βραχίονος προσάγει εἰς ἔλεγχον αὐτῷ τῆς σοφίας· ὁ δὲ παρέσχε, καὶ ἐδήχθη. Εἶτα τῷ σόματι ἐξεμύζησε τὸ κακόν. Ὕδωρ δὲ ἐκ ἐπιῤῥοφήσας, ἐ γὰρ πάρην, καίτοι παρεσκευασμένον οἱ (ἀνετέτραπτο δὲ ἐξ ἐπιβολῆς τὸ ζκεῦος) οἷα μὴ ἐκκλύσας τὸν ἰὸν, μηδὲ ἀποδρυψάμενος, τὸν βίον καλέσρεψε μετὰ ἡμέραν, οἶμαι, δευτέραν, ἐκ ἀλγῶν ἐδὲ ἓν τῷ μέντοι κακῷ ἡσυχῇ καθασήψαντος αὐτῷ τὰ ἕλκα καὶ τὸ σόμα.

ΚΕΦ. ξγ'.

Περὶ μίξεως Ζώων.

Τοῦ ἦρος ἐνακμάζοντος, καὶ τῆς γῆς ἐξανθούσης, οἵσρῳ τε ἀφροδισίῳ τὰ ζῶα ὑποπίμπλαται, καὶ μνημονεύει γάμων, καὶ ἀλλήλοις ζυμπλέκεσθαι ὀρέγεται τά γε ὄρεια, καὶ ὅσα ἐνθαλατεύει, καὶ μετεωροπορεῖ ὅσα. Τῶν δὲ ἰχθύων οἱ μὲν τοῖς ψάμμοις προσαποτρίβεσι τὰ ὠὰ πυκνὰ ὄντα, καὶ ἀλλήλων ἐχόμενα· οἱ δὲ νηχόμενοι εἶτα ἐκβάλλουσι πάμπολύ τι τῶν

pellunt atque ejiciunt, quorum non pauca a tergo nantes exſorbent. Mares quidem antecedunt, et ſemen ſpargunt; feminae vero ſequentes inſaturabiliter hiantes atque imminentes explentur, neque aliter inter ſe coeunt. Iam quod piſcium quidam ſic cum feminis verſantur, tanquam cum uxoribus, eaſque cuſtodiunt, quod etiam ex piſcium genere aliqui rivalitate laborant atque obtrectatione, antea dixi.

CAP. LXIV.

Quod dulci aqua in mari Piſces aluntur.

ARISTOTELES, et ante hunc Democritus, et tertius Theophraſtus dicit, non aqua ſalſa, ſed dulci (quae intra ſalſam continetur) piſces, qui mare incolunt, ali. Idemque, quod propemodum incredibile videtur, ex ipſis operibus confirmare volens Ariſtoteles, potabilem in omni mari aquam eſſe, id experimento docet: nam ſi quis concavum [inquit] e cera vas tenui opere finxerit, atque in mare demiſerit inane, alicunde appenſum, ut aquam tranſmittere queat, die ac nocte una dulciculo et potabili humore completur. Empedocles Agrigentinus aliquam etiam ait dulcem, non omnibus notam, in mari aquam eſſe, qua piſces nutriantur; cauſamque affert, cur in ſalſo dulcis ſit, quam ex ejus ſcriptis cognoſces.

CAP. LXV.

Cur non edunt ſacerdotes Cereris et Proſerpinae Muſtelum et Mullum piſces, item quemadmodum Muſtelus parit.

MVSTELVM piſcem aiunt nunquam Cereris et Proſerpinae ſacerdotes edere: non enim, quoniam ore parit, mundum cibum eſſe. Quidam non ipſum ore parere ferunt, ſed inſidiarum timore perculſum, ut occultet catulos ſuos, devorare; deinde cum nihil amplius ab inſidiis timet, vivos evomere. Itemque mullum nunquam

ὠῶν τὸ χρῆμα, ϗ οἱ καλόπιν νέονλες τὰ πολλὰ καλαπίνεσιν. Ἤδη μέντοι ϗ οἱ ἄῤῥενες προηγεῖνλαι, ϗ τῇ θορῇ προσαπορ-ραίνεσιν· αἱ δὲ θήλειαι ἑπόμεναι ϗ πάνυ γε ἁπλήςως περι-χανεῖσαι ἐμπίμπλανλαι, ϗ ἥδε ἐςὶν ἡ μίξις αὐτῶν. Ὅτι δὲ ἰχθύων τινὲς ϗ ζυνοικεῖσιν ὡς γαμεταῖς, ϗ φυλάτλεσιν αὐ-τὰς, ϗ ζηλοτυπία τις ϗ ἐν ἰχθύων γένεσιν ἐξάπλεται, ἀνω-τέρω εἶπον.

ΚΕΦ. ξδ'.

Ὅτι τῷ γλυκεῖ ὕδαλι τρέφονλαι οἱ Ἰχθύες οἱ ἐν τῇ θαλάτλῃ.

ΛΕΓΕΙ δὲ Ἀριςοτέλης, ϗ Δημόκριτος πρὸ ἐκείνε, Θεό-φρασός τε ἐκ τρίτων ϗ αὐτός φησι, μὴ τῷ ἁλμυρῷ ὕ-δαλι τρέφεσθαι τὲς ἰχθῦς, ἀλλὰ τῷ παρακειμένῳ τῇ θαλάτλῃ γλυκεῖ ὕδατι. Καὶ ἐπεὶ δοκεῖ πως ἄπιςον, δι' αὐτῶν τῶν ἔρ-γων βεβαιῶσαι βεληθεὶς τὸ λεχθὲν ὁ τῦ Νικομάχε λέγει εἶ-ναί τι πότιμον ὕδωρ ἐν πάσῃ θαλάτλῃ, ϗ ἐλέγχεσθαι τῦτο· εἶτις ἀγγεῖον ἐκ κηρῦ ποιήσας κοῖλον ϗ λεπλὸν καθίῃ κενὸν ἐς τὴν θάλατταν, ἐξάψας ποθὲν ὥςε ἀνιμήσασθαι δύνασθαι, νυκ-τὸς δὲ διελθέσης ϗ ἡμέρας, ἀρύεσθαι πεπλησμένον γλυκέος τε ϗ πολίμε ὕδαλος μεσὸν αὐτό. Καὶ Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκρα-γαντῖνος λέγει τι εἶναι γλυκὺ ἐν τῇ θαλάτλῃ ὕδωρ, ὃ πᾶσι δῆλον, τρόφιμον δὲ τῶν ἰχθύων· ϗ τὴν αἰτίαν τῦδε τῦ ἐν τῇ ἅλμῃ γλυκαινομένε λέγει φυσικὴν, ἣν ἐκεῖθεν εἴσεσθε.

ΚΕΦ. ξέ.

Διὰ τί ϗκ ἐσθίεσι Γαλεῦ οἱ μυέμενοι τοῖν Θεοῖν, ϗδὲ τῆς Τρίγλης, ϗ πῶς τίκλει ὁ Γαλεός.

ΟΙ μυέμενοι τοῖν Θεοῖν ϗκ ἂν Ϛπάσαιντο γαλεῦ, φασίν· ϗ γὰρ εἶναι αὐτὸν καθαρὸν ὄψον, ἐπεὶ τῷ ϛόμαλι τίκ-τει. Οὐ τίκλειν δὲ αὐτὸν ἔνιοι λέγεσιν, ἀλλὰ δεισανλά τι τῶν ἐπιβελευόντων τὰ Ϛυλάκια καλαπίνειν ϗ ἀποκρύπλειν· εἶτα τῦ φοβήσανλος παραδραμόντος, ζῶντα αὖθις ἀνεμεῖν. Τῆς δὲ τρίγλης

nunquam attingunt nec iidem ſacerdotes, nec femina Argolicae Iunonis ſacerdos; cujus rei cauſas quodam loco ante me dixiſſe memini.

CAP. LXVI.

De Vipera et Muraena quaedam in ſuperioribus praetermiſſa.

QVOMODO vipera mas et muraena coeant, haec mari egrediens, illa ex aliquo prorepens latibulo, ſupra me expoſuiſſe memini; nunc quod ſupereſt dicendum. Cum proximum eſt, ut vipera complexu venereo jungatur cum muraena, venenum vomitione ejicit atque expellit, ut blandus decoruſque ſponſus videatur; poſtea edito ſibilo, tanquam hymenaeo quodam ante nuptias miſſo, ſponſam appellat: atque ubi mutuam veneris libidinem inter ſe expleverunt, haec quidem ad mare regreditur; ille vero, exſorpto veneno et recollecto, ad domeſticam ſedem revertitur.

AELIANI

τρίγλης ἃκ ἂν γεύσαιντο οἱ αὐτοὶ μύσαι, ἃ δὲ μὴν ἡ τῆς Ἥρας τῆς ἐν Ἄργει ἱέρεια· ἢ τάς γε αἰτίας ἄνω πᾳ εἰπὼν οἶδα.

ΚΕΦ. ξς'.

Περὶ Ἔχεως ἢ Μυραίνης τὰ μὴ ἀνωλέρω λεχθέντα.

ΕΧΕΩΣ μὲν ἢ μυραίνης γάμος, ἢ ὅπως ἀλλήλοις ὁμιλῶσιν, ἡ μὲν τροϊᾶσα ἐκ θαλάττης, ὁ δὲ ἐξέρπων τῦ φωλεῦ, ἐν τοῖς τρόσθεν εἰπὼν, ἃκ ἐπιλέλησμαι· ὃ δὲ ἃκ εἶπον, νῦν ἂν εἴποιμι. Μέλλων ὁ ἔχις ὁμιλεῖν αὐτῇ, ἵνα δόξῃ πρᾶος ἢ τρέπων νυμφίῳ, τὸν ἰὸν ἀπεμεῖ ἢ ἐκβάλλει, ἢ ὅτως ὑποσυρίσας τὴν νύμφην τραπαλεῖ, οἱονεὶ τρογάμιόν τινα ὑμέναιον ἀναμέλψας· ὅταν δὲ τὰ τῆς ἀφροδισίᾳ ζπυδῆς τελέσωσι μετ' ἀλλήλων ὄρλια, ἡ μὲν ἐπί τε τὰ κύμαλα ἢ τὴν θάλατταν ὥρμησεν· ὁ δὲ ἀναῤῥοφήσας τὸν ἰὸν αὖθις, εἶτα ἐς τὰ ἤθη τὰ οἰκεῖα ἐπάνεισι.

AELIANI
DE
NATVRA ANIMALIVM
LIBER X.

CAPVT I.
De Amore Elephantorum.

ELEPHANTVM raro amare ferunt; quoniam, ut ante dictum eſt, a libidine temperans ſit. Audivi ſane elephantorum adfectum amatorium admiratione dignum; quemque audivi, hicce eſt: Virum venandi elephantos haud imperitum, Alexandrum nomine, ut auctor eſt Dion, cum ab imperatore Romano cum poteſtate in Mauritaniam ad venandum elephantos ablegatus eſſet, ex elephantino genere adoleſcentem formoſam, ut elephanti formoſi eſſe poſſunt, vidiſſe coeuntem cum elephanto ſimiliter et adoleſcente et pulchro; alterum vero ſeniorem, quia hujus ſive amator ſive maritus eſſet, ut ſe ſpretum vidit, ignominiae loco hoc tuliſſe: quare acri animo incitatum impetum feciſſe, ut nihil propius factum fuerit, quam ut nos [inquit] omnes perderet; ſicque incurriſſe in illum formoſum rivalem ſuum, pugnamque edidiſſe, tanquam eum, qui de amica ſibi erepta doloribus acerrimis premitur: adeoque infeſtis animis utrumque cum altero pugnam commiſiſſe, ut ex impetu cornibus ambo mutilarentur; neutrum vero viciſſe, quod multis jaculis eos venatores diſtraxerint, jam enim cornibus mutilos tanquam inutiles capere non dignabantur.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Ι'.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Περὶ τῦ τῶν Ἐλεφάντων ἔρωτος.

ΣΠΑΝΙΩΣ ἐλέφας ἐρᾷ, φασίν· ἔστι γὰρ ζώφρων, ὡς ἄνω μοι λέλεκται. Ἀκήω γῦν ἐλεφάντων πάθος ἐρωτικὸν, κὴ ἄξιον θαυμάσαι αὐτό· ὃ δὲ πέπυσμαι, ἐκεῖνό ἐστιν. Ἀνὴρ τῆς τότων ἄγρας οὐκ ἄπειρος δύναμιν λαβὼν ἐκ βασιλέως τῦ Ῥωμαίων πάλαι, Ἀλέξανδρος ὄνομα, κὴ σταλεὶς ἐς τὴν θήραν κατά τι ἔθος τοῖς Μαυρουσίοις ἐπιχώριον, φησὶν ἐν Συγγραφῇ Δίων, μόσχον ἐλέφαντος ὡραίαν ὡς ἐκεῖνοι, ἰδεῖν Συνελθεῖν ἐλέφαντι νέῳ κὴ καλῷ· πρεσβύτερον δὲ ἄλλον, εἴτε ἦν ἐρασὴς, εἴτε ἀνὴρ τῆς προειρημένης, ὥσπερ ἦν ἀτιμασθέντα ἀγαναχτῆσαι· θυμῷ γὰρ βιαίῳ ἐξαφθεὶς ὥρμησε μὲν, κὴ ὀλίγυ πάντας διέφθειρεν· ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὸν νέον κὴ καλὸν κὴ Συμπεσὼν, εἶτα ἐμάχετο, ὡς ὑπέρ τινος ἢ νύμφης ἢ ἐρωμένης ἀλγῶν· κὴ ἐς τοσῦτον ἄρα ἀλλήλοις Συνέῤῥαξαν, ὡς ἀμφοτέρυς ζημιωθῆναι τὰ κέρατα· ἐνίκησε δὲ θάτερος, ἀλλὰ ἀπέστρεψαν ἀπ' ἀλλήλων οἱ θηραταὶ βάλλοντες, ἐπεὶ κὴ ἀχρεῖοι Συμβαλεῖν τὸ λοιπὸν ἦσαν τῶν

bantur. Hic igitur amatorum elephantorum pugnae aequis ſemper utrimque viribus decertatae finis eſt impoſitus. At Paridem apud Homerum trahit Menelaus, et loro ſub galea conſtrictum tantum non ſuffocabat;

Et ſane viciſſet, et praeclaram laudem ſibi comparaſſet

Atrei filius, niſi et lorum fuiſſet ruptum, et iſtum turpiter atque ignaviter dimicantem Iovis et Diones filia eripuiſſet, a qua liberatus ille mox cum adultera concubuit.

CAP. II.

De Piſcium coitu, item de Lupo et Mullo.

NON uno eodemque tempore piſces ad coitum proni ſunt; verum alii verno tempore ſe ad venerem rumpunt, alii aeſtivo ad coitum impelluntur, alii autumno amoris flamma conflagrant, complures hieme venereum complexum expetunt. Plurimi ut ſemel peperere, deinde toto anno a pariendo conquieſcunt; lupum autem unius anni ſpatio binos partus edere audio, mullum vero ter ſingulis annis ventrem ferre, ejus nomine [quo Graeci eum τείγλω nominant] ſignificari aiunt.

CAP. III.

De Camelis.

HERODOTVS ſcribit camelum in poſterioribus gerere quatuor femora, et totidem genua, et veretrum inter poſteriora crura caudam verſus ſpectare.

ὅπλων ἀφῃρημένοι. Ἐρωϊκὴ μὲν δὴ μάχη ἐρασῶν ἐλεφάντων ἰσότιμος μέχρι τοῦ τέλους ἐνταῦθα ἀνεπαύσατο. Εἵλκετο δὲ ὁ Πάρις ὑπὸ τοῦ Μενέλεω, καὶ ἤγχετο τοῦ ἱμάντος αὐτὸν σφίζοντος τοῦ ὑπὸ τῷ κράνει·

Καὶ νύ κεν εἵρυσέν τε, καὶ ἄσπετον ἤρατο κῦδος

ὁ τοῦ Ἀτρέως, εἰ μὴ ἐῤῥάγη μὲν ὁ ἱμὰς, αὐτὸν δὲ ἐξήρπασεν ἡ Διὸς καὶ Διώνης αἰσχίστην μάχην καὶ ἄνανδρον μεμαχημένον, καὶ ἀπελθὼν ὁ δειλὸς ἐκάθευδε μετὰ τῆς μεμοιχευμένης.

ΚΕΦ. β΄.

Περὶ τῆς τῶν ἰχθύων μίξεως, καὶ περὶ Λάβρακος καὶ Τρίγλης.

Ἰχθύες δὲ ἄρα ἀ τὴν αὐτὴν ὥραν ἐς ἀφροδίτην σπόθυμοι· ἀλλὰ οἱ μὲν ἦρος ἐπιθόρνυνται, οἱ δὲ θέρειον εἰλήχασι τὴν ὁρμὴν τήνδε, Συὶ τῇ ὀπώρᾳ ἄλλοι, καὶ δίχα τοῦ χειμῶνος ἐξάπονταί τινες ἐς τὴν προειρημένην Σπυδήν. Καὶ οἱ μὲν πλεῖσοι τοῦ ἔτους ἅπαξ ὠδίνασι, εἶτα παύονται· λάβρακα δὲ ἀκούω καὶ ἐπιτίκτειν, τρίγλην δὲ καὶ τρὶς κύειν κατηγορεῖ, φασὶ, καὶ τὸ ὄνομα.

ΚΕΦ. γ΄.

Περὶ Καμήλων.

Ἡρόδοτος λέγει τὰς καμήλους ἐν τοῖς ὀπισθίοις Σκέλεσιν ἔχειν τέτταρας μηροὺς, καὶ μέντοι καὶ γόνατα τοσαῦτα, τὰ δὲ ἄρθρα διὰ τῶν Σκελῶν τῶν κατόπιν ἐς τὴν ὀρὰν τετράφθαι αὐταῖς.

CAP. IV.

De Ovibus Arabicis.

PRAEDITAS esse oves Arabiae caudis insolitis, si cum aliis comparentur, Herodotus scribit. Earum autem duo genera ponit; unum dicit caudas longissimas habere, ut dimetienti non tribus breviores sint cubitis; quae si trahantur, omnino ad terram atteruntur, et exulcerantur: at pastores ad fabrilem artem instituti plostella fabricantur, ad quae quidem ipsa alligatae caudae nituntur et sustinentur, quo fit, ut a vulneratione defendantur. Alterum genus dicit caudas latas habere, easque ad cubitalem latitudinem extendi.

CAP. V.

De Cochleis, et Ardeis, atque Perdicibus.

PERDICES et ardeas hostes suos cochleae agnoscunt, et fuga sibi cavent; itaque ubi aves illae pascuntur, nusquam reptantes videris cochleas. At qui e cochlearum genere ariones vocantur, naturali quadam calliditate jam dictas aves decipiunt et eludunt. Egressi enim e testis suis absque metu pascuntur; aves vero ad testas vacuas frustra advolant; et cum inanes viderint, tanquam inutiles abjiciunt, et se recipiunt alio; redeunt illi, ad suam quisque domum, et cibo jam satur, et dolo suo incolumis.

CAP.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ τῶν Οἴων τῶν Ἀραβίων.

ΤΑΣ ὄϊς τὰς Ἀραβίων ἔχειν ἠρὰς ἀήθεις, ὡς πρὸς τὰς ἄλλας, Ἡρόδοτος λέγει. Γένη δὲ αὐτῶν εἶναι διπλᾶ ὁ αὐτὸς δήπου διδάσκει, καὶ τοῦτο λέγει, τὰς μὲν αὐτῶν ἠρὰς ἔχειν μηκίσας, ὡς εἶναι μετρήσαντι καὶ τριῶν πηχῶν οὐκ ἐλάττους· ἅσπερ ἂν εἰ ἐφή τις ἐπισύρειν, ἑλκῦσθαι ἂν αὐτὰς πάντως παραλριβομένας πρὸς τὸ δάπεδον· τοὺς νομέας δὲ εἶναι ἀγαθοὺς χειρουργεῖν ὅπερ ἂν τῶν ἀμαξίδων, αἳ ὑπερείδουσι τὰς ἠρὰς τῶνδε τῶν κτηνῶν, ὥστε ἀποσέγειν τὴν ἕλκωσιν αὐταῖς. Τὰς δὲ ὄϊς τὰς ἑτέρας φησὶ πλατείας φορεῖν, πλατύνεσθαι δὲ καὶ ἐς πῆχυν αὐτάς.

ΚΕΦ. έ.

Περὶ Κοχλιῶν, καὶ Ἐρωδιῶν, καὶ Περδίκων.

ΟΙ κοχλίαι ἴσασιν εἶναί ζφισι πολεμίους τοὺς πέρδικας καὶ τοὺς ἐρωδιούς, καὶ αὐτοὺς ἀποδιδράσκουσιν· ὅθ' ἂν ἴδοις, ἔνθα ἕτοι νέμονται, καὶ κοχλίας διέρποντας. Οἱ δὲ καλούμενοι τῶν κοχλιῶν ἀρείονες, ἕτοι μὲν καὶ ἀπατῶσι, καὶ περιέρχονταί τινι φυσικῇ ζοφίᾳ τοὺς προειρημένους. Τῶν γὰρ ζυμφυῶν ὀρράκων προελθόντες αὐτοὶ μὲν νέμονται καλὰ πολλὴν τὴν ἄδειαν· οἱ δὲ ὄρνιθες, ὡς εἶπον, ἐπὶ τὰ κενὰ τῶν ὀρράκων ὡς ἐπ' αὐτοὺς ἐκείνους καταπέτονται, ὅθεν δὲ εὑρόντες ἀπέῤῥιψαν ὡς ἀχρεῖά ζφισι, καὶ ἀνεχώρησαν· οἱ δὲ ἐπανελθόντες εἶτα ἕκαστος ὡς ἰδίαν οἰκίαν παρῆλθε, κεκορεσμένος μὲν ἐκτῆς νομῆς, ζωθεὶς δὲ ἐξ ἧς ἠπάτησε πλάνης.

ΚΕΦ.

CAP. VI.

De Cochleis Ponticis.

PERSARVM regem cochleae Ponticae imitantur; aeſtivos dies Suſis agentem, hibernos vero Ecbatanis: etenim ad nuncupatam Propontidem, utpote calidam regionem, hiemant; aeſtivum autem tempus ad Aegialum agitant, propter molles auras, quas hoc mare eis adflat.

CAP. VII.

De Mullorum ventre.

COQVOS peritiores audio, ne mullorum ventres inter aſſandum rumpantur, ora eorum deoſculari ſolere; atque ita illos permanere integros aiunt.

CAP. VIII.

De Delphinorum natatione ſecundum aetatem.

DELPHINVS femina, ſimiliter atque mulier, mammas habet, ſimul et uberrimo lacte catulos ſuos lactat. Ex aetatum ratione diſpoſiti gregatim natant; etenim perparvuli etiamnum ex aetate infirmi in primo ordine locantur: hos natantes proximi ſequuntur, qui ſunt confirmata aetate. Nam delphinus cum catulorum ſuorum amantiſſimum animal eſt, tum de iis vehementer metuit; et cuſtodiae cauſa tanquam in militari cuneo alii in prima acie, alii ſecunda, alii tertia conſtituuntur. Natu minimi ante praenatant, poſt vero hos feminae ſequuntur, deinde mares extremum agmen ducentes filiorum et uxorum natationem inſpiciunt atque obſervant. Quid ad hos Neſtor, bone Homere? quem ais ad inſtruendas acies principum ſuae aetatis praeſtantiſſimum fuiſſe.

CAP.

ΚΕΦ. ϛ'.

Περὶ τῶν ἐν Πόντῳ Κοχλιῶν.

Πόντιοι δὲ ἄρα κοχλίαι τῶν Περσῶν βασιλέα μεμίμηνται, θερίζοντα μὲν ἐν Σέσοις, χειμάζοντα δὲ ἐν Ἐκβατάνοις· ἢ γὰρ ἔτοι ἐν μὲν τῇ καλεμένῃ Προποντίδι χειμάζεσιν, ἀλεεινὴ γὰρ ἥδε ἡ γῆ· θέρεος δὲ πρὸς τῷ Αἰγιαλῷ διαιτῶνται, παρέχει γὰρ αὐτοῖς αὔρας μαλακὰς ἡ θάλατα ἡ προειρημένη.

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ τῆς τῶν Τριγλῶν κοιλίας.

Πυνθάνομαι τῶν μαγείρων τὸς τὴν τέχνην ἀκριβοῦντας, ὅταν βέλωνται τῶν τριγλῶν τὰς κοιλίας ὀπτομένων μὴ ῥήγνυσθαι, καταφιλεῖν αὐτῶν τὰ στόματα· ἅπερ ἂν γενημένα, ὁλόκληροι διαμένουσιν, ὥς φασι.

ΚΕΦ. η'.

Περὶ τῆς καθ' ἡλικίαν τῶν Δελφίνων νήξεως.

Ὁ Δελφὶς ὁ θῆλυς μαζὸς ἔχει κατὰ τὰς γυναῖκας, καὶ θηλάζει τὰ βρέφη πάνυ ἀφθόνῳ καὶ πολλῷ τῷ γάλακτι· νήχονται δὲ κοινῇ μὲν, καθ' ἡλικίαν δὲ διακριθέντες· καὶ τῆς μὲν πρώτης πεταίχαται οἱ νέοι καὶ ἄπαλοι, ἕπονται δὲ αὐτῶν τῇ νήξει οἱ τέλειοι. Φιλότεκνον γὰρ καὶ φιλόστοργον ὁ δελφὶς ζῶον, καὶ ὑπὲρ τῶν βρεφῶν ὀργᾶται· καὶ φυλακῆς χάριν, ὡς ἐν φάλαγγι στρατιωτικῇ, οἱ μὲν τῆς πρώτης εἰσὶν, οἱ δὲ τῆς δευτέρας, οἱ δὲ τῆς τρίτης· καὶ προνήχονται μὲν οἱ νέοι, ἐπινήχονται δὲ αἱ θήλειαι, καὶ οἱ ἄρρενες ὀραγοῦσιν, ἐφορῶντές τε καὶ παραφυλάττοντες τὴν τῶν ἐκγόνων τε καὶ τῶν γαμετῶν νῆξιν. Τί πρὸς ταῦτα ὁ Νέστωρ, ὦ καλὲ Ὅμηρε; ὅπερ ἂν ἄδεις ταχιστάτων τῶν ἡρώων τῶν καθ' ἑαυτὸν γενέσθαι.

ΚΕΦ.

CAP. IX.

De Echi [vipera mare] et Echidna [vipera femina.]

ECHIN ab echidna ſexu, non natura, nonnulli differre aiunt, illum marem eſſe, hanc feminam; alii etiam natura differre exiſtimant. Et ſunt quidem, qui dicant convulſione illum adfici, quem echis percuſſerit; non item, quem echidna. Alii dicunt hujus album morſum eſſe, illius lividum. Cum morſum inflixit echis, inquit Nicander, duorum dentium veſtigia apparent; cum echidna, plurium.

CAP. X.

Quemadmodum manſuefiant Elephanti.

CVM venatio elephantorum feliciter proceſſerit, quidnam ad eos mitigandos poſtquam capti fuerint, moliantur, exponere operae pretium eſt. Primo in ſylvam non ita longo intervallo ab ea foſſa, ubi comprehenſi fuerint, diſtantem ſic eos ſtricte conſtrictos funibus trahunt, ut ne permittant quidem, neve hi praecurrant, neve rurſus retrahantur; deinde certo et dimenſo ſpatio horum quemque ad maximam arborem alligantes, ita ut neu in anteriorem partem inſilire, neu rurſus admodum in poſteriorem reſilire, nec inferre injuriam, queant, victus tenuitate et fame horum immodicas vires et robur frangunt; poſtea vero quam eorum domitores iram et duritiam animi tamdiu paulatim molliverunt, quoad priſtinae inexpugnabilis feritatis eos ceperit oblivio, de manu cibum ſumendum dant. Hi neceſſitate preſſi, cum non malitioſe jam, tum vero oculis manſuetioribus, quam eſſent ſoliti, et tanquam ſe laſſos confitentes, intuentur. Horum autem, qui ſunt aetate robuſtiſſimi, vinculis

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ Ἔχεως καὶ Ἐχίδνης.

ΕΧΙΝ ἐχίδνης οἱ μὲν τῷ γένει διαφέρειν, ἀ μέντοι τῇ φύσει φασὶ, τὸν μὲν γὰρ εἶναι ἄῤῥενα, τὴν δὲ θήλειαν· οἱ δὲ καὶ τῇ φύσει διαφέρειν οἴονται, ἀλλοῖον μὲν γὰρ εἶναι τοῦτο ζῶον, ἀλλοῖον δὲ ἐκεῖνο. Ἀκούω δέ τινων λεγόντων τοὺς μὲν ὑπὸ τοῦ ἔχεως δηχθέντας σπᾶσθαι, ἀ μὴν τοὺς ὑπὸ τῆς ἐχίδνης. Ἕτεροι δέ φασι τὸ μὲν τῆς ἐχίδνης δῆγμα εἶναι λευκόν· τὸ δὲ τοῦ ἔχεως ἀ τοιοῦτον, ποιδνὸν δέ. Νίκανδρος δέ φησιν ἐκ μὲν τοῦ δήγματος, ὅπερ ἂν ὁ ἔχις ἐμφύει, δύο ὀδόντων ἴχνη φαίνεσθαι· πλέον δὲ, εἰ δάκοι ἡ ἔχιδνα.

ΚΕΦ. ί.

Τίνα τρόπον παραύνονται οἱ Ἐλέφαντες.

ΕΥθηρίας γενομένης, καὶ τῶν ἐλεφάντων ἐαλωκότων, οἷα δρῶσιν εἰς τὸ παῦναί τε αὐτοὺς καὶ ἡμερῶσαι, εἰπεῖν ἄξιον. Πρῶτον μὲν εἰς ὕλην τινὰ ὀλίγον ἀφεσῶσαν τῆς τάφρου, ἐν ᾗ ἐθήρασαν, ἄγουσιν αὐτοὺς δεδεμένους, πολὺ διαλαβόντες ταῖς σχοίνοις, καὶ μήτε προθεῖν ἐπιτρέποντες, μήτε αὖ πάλιν ὑφίσασθαι, καὶ ἀποσπᾶν εἰς τοπίσω· εἶτα ἕκαστον ἐξάπτουσι μεγίστου δένδρου μεμελημένῳ διασήματι, ὡς μήτε εἰς τὸ ἔμπροσθεν ἐπιπηδᾶν ἔχειν, μήτε ἐπὶ πολὺ πάλιν ἀναχωρεῖν τοῦ χειρτᾶν καὶ ὑβρίζειν ἐξουσίᾳ, τῇ ἀτροφίᾳ τε καὶ λιμῷ τὴν ἄγαν ἰσχὺν καὶ ῥώμην καθαιροῦσι· καὶ μέντοι καὶ τὸν θυμὸν αὐτῶν, καὶ τῆς ψυχῆς τὸ ἄτρεπτον ἡσυχῇ καταμαραίνουσιν, ὡς ἐκείνους μὲν λήθην ἴσχειν τῆς τέως ἀγριότητος ἀμάχου, παραλύεσθαι δὲ τοῦ πρόσθεν θυμοῦ, προσιέναι τε τοὺς τῶν τοιούτων ποιμένας, καὶ ἐκ χειρὸς ὀρέγειν τροφήν. Τοὺς δὲ ὑπὸ τῆς χρείας ἀναγκαζομένους λαμβάνειν, καὶ μὴ κακουργεῖν, βλέπειν τε ἤδη πρᾴον τε καὶ κεκμηκός. Οἱ δὲ ἄγαν αὐτῶν ἰσχυροὶ καὶ τέλειοι

culis ruptis, cum dentium robore, tum vero promuſcide arbores revellunt, aut cum impetu irruentes frangunt, vixque ſero admodum partim fame, partim ciborum illecebris, partim ſtimulis manſuefiunt. Dum vero cicurantur, panibus maximis, hordeo, caricis, uvis paſſis, cepis, alliis, et melle copioſe, item junco, palma, hederarum faſcibus, et aliis, quibus adſueti fuerint gaudentque, eſculentis eos paſcunt.

CAP. XI.

Quod cuncti Piſces muti non ſint.

Qui omnes piſces ſilentii condemnant, eos mutos affirmantes, ii in eorum natura indocti ſunt et rudes; nam ex iis nonnulli, editis ſibilis, ſtrident et grunniunt. Lacerta enim, chromis, et aper, Ariſtotele teſte, grunniunt; chalcis ſibilat; coccyx ſimiliter atque avis ei gentilis, unde nomen traxit, vocem emittit.

CAP. XII.

Quae partes Elephanti eſui aptae ſint.

In elephanto tametſi maxima corporis moles eſſe videtur; ex eo tamen nihil eſculentum eſt, niſi promuſcis, et labra, et cornuum medulla. Ejus animalis adeps contra venenata valet; nam ſi quis eo inungatur, ejuſve ſuffimento expietur, haec ab illo aufugiunt longiſſime.

CAP.

ἀποῤῥήξαντες τὰ δεσμὰ, ϗ ταῖς ἀκμαῖς τῶν κεράτων ϗ ταῖς ϖροβοσκίσι ἀναϲπῶνλες τὰ δένδρα, τὰ δὲ ϗ καλεάξαντες ὑπὸ ῥύμης, ϗ ἐμπεσόνλες εἰς αὐτὰ, μόγις ϗ ὀψὲ τῦ χρόνυ τὰ μὲν λιμῷ, τὰ δὲ γλυκείᾳ τροφῇ, τὰ δὲ κένλροις ἡμερώθησαν. Τροφὴ δὲ ἡμερυμένοις τοῖσδε τοῖς ζώοις ἄρλοι τε οἱ μέγιϲοι, ϗ κριθαὶ, ϗ ἰσχάδες, ϗ ἀϲαφίδες, ϗ κρόμμυα, ϗ Cκόροδα, ϗ μέλι χύδην, Cχοίνυ τε, ϗ φοίνικος, ϗ κιτλῦ φάκελλοι, ϗ πᾶν ὅϲον ἐδωδίμυ ὕλης, ϗ ἐκείνοις Cυνλρόφυ, ϗ ἐκ τύτυ τοι ϗ φίλης.

ΚΕΦ. ιά.

Ὅτι μὴ ϖάντες οἱ Ἰχθύες ἄφωνοι.

Φυϲεως δὲ ἰχθύων εἰϲὶν ἀμαθεῖς, ὅϲοιπερ ἂν τελέως ἀπάνλων καλαψηφίζονλαι Cιωπὴν αὐτῶν· ἐπεὶ ϗ Cυρίτλυϲί τινες, ϗ γρυλλίζυϲι. Σαύρα μὲν γρυλλίζει, ϗ χρόμις, ϗ κάπρος, ὡς Ἀριϲοτέλης φησί· χαλκὶς δὲ Cυρίτλει· κόκκυξ δὲ ἄρα, τὸν ὁμώνυμον ὄρνιν τῇ φωνῇ μεμιμημένος, φθέγγεαι παραπλήσια.

ΚΕΦ. ιβ.

Τί μέρος ἐδώδιμον τῦ Ἐλέφανλος.

Ἐλέφανλος μὲν ὄγκος ἐϲὶ τῶν Cαρκῶν ἰδεῖν, ϗ πάνυ μέγιϲος· ἐδώδιμα δὲ τὰ κρέα αὐτῦ ϗκ ἔϲιν, ὅτι μὴ ἡ ϖροβοσκὶς, ϗ τὰ χείλη τῦ ϲόματος, ϗ τῶν κεράτων ὁ μυελός. Στέαρ δὲ ἐλέφανλος ἦν ἄρα τοῖς ἰοβόλοις ἔχθιϲον· εἰ γάρ τις χρίσαιλο ἢ ἐπιθυμιάσαι αὐτῦ τάδε ἀποδιδράσκει ϖοῤῥώλάτω.

CAP. XIII.

De vario colore animalium Arabicorum, et de Oſtreis Maris Rubri; item de Margaritis, et Conchis.

ARABIORVM animalium varius color, et forma multiplex, omnem picturam longe multumque ſuperat; neque modo magna animalia et generoſa, ſed etiam ignobilia, ut locuſtae et ſerpentes, quae aurei coloris ſimilitudinem ſpeciemque gerunt; tum piſces etiam magis vario inſignes et ornati colore admirabiles ſunt ſpectatu; tum maris Rubri ad Arabiam pertinentis oſtrea hujus ſplendoris expertia haudquaquam ſunt, imo vero flammeis illuſtrata zonis, ea ut diceres varii coloris mixtura ad iridis ſimilitudinem accedere, adeo lineis perpetuo ductu aeque inter ſe diſtantibus diſtinguuntur atque deſcribuntur. Inſano hominum vel pretio vel ſermone celebris eſt atque illuſtris margarita, et ſimul mulierum admirationem habet; maris Rubri foetura etiam haec eſt, et ad partum deduci aiunt, cum in apertas conchas fulgura adfulſerint. Bona tempeſtate et tranquillo mari conchae, hujus genitrices, capiuntur; quas poſtquam piſcatores comprehenderunt, ab illis margaritam, animorum libidinoſorum illecebram, eximunt. In maxima concha parvam invenire eſt, contra in parva magnam; alia inanis eſt; alia non plus quam unam habet; aliae multos uniones poſſident, ut ſint, qui dicant in una concha viginti procreatos fuiſſe. Inhaeret is carni, paxilli inſtar. Quod ſi quis ante legitimum pariendi tempus conchas aperuerit, carnem quidem reperiet, hujus autem palmam piſcationis non adſequetur. Lapillo ſimilis eſt margarita indurato, et humoris ne minimum quidem in ſe continet. Jam vero qui vendunt, aut emunt, earum pulchritudinem et pretium ex candore

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ τῆς τῶν Ἀραβίων πολυχροΐας, καὶ περὶ τῶν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης Ὀστρέων· καὶ περὶ Μαργαριτῶν, καὶ Κογχῶν.

ΤΩΝ δὲ Ἀραβίων ζώων ἡ πολύχρωσία τε, καὶ τὸ πολύμορφον, καὶ πάνυ γραφικὸν ἐλέγξαι δεινά· καὶ ταῦτα οὐ μόνον τὰ ἄλκιμα καὶ γενναῖα, ἤδη δὲ καὶ τὰ ἀδοξότερα, αἵ τε ἀκρίδες, καὶ οἱ ὄφεις, χρυσοειδῆ ἔν ἰνδάλματα καὶ ἐπ' αὐτῶν κατέσκληται· οἱ δὲ ἰχθῦς ἔτι καὶ πλέον τῆς πολυκόσμου χρόας μεμειληχότες, εἶτα ἰδεῖν ἐκπληκτικοί εἰσι· καὶ τὰ ὄστρεα δὲ τὰ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, ἥπερ ἔν ἐσιν ἡ Ἀράβιος, τῆς αὐτῆς ἀγλαΐας ἄμοιρα οὐκ ἔστι, ζῶναί τε γὰρ περιέρχονται φλογώδεις αὐτὰ, καὶ φαίης ἂν θεασάμενος τὴν ἶριν αὐτὰ μιμεῖσθαι τῇ κράσει τῶν ποικίλων χρωμάτων, γραμμαῖς παραλλήλοις ὑπὸ τῆς φύσεως καταγραφέντα. Ὁ ἀδόμενος μὲν παρὰ τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶ θαυμαστὸς μαργαρίτης· θρέμμα μέντοι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάττης καὶ οὗτός ἐστι, καὶ τίκτεσθαί τε αὐτὸν περιλογοῦσιν, ὅταν ταῖς κόγχαις ἀνεῳγμέναις ἐπιλάμψωσιν αἱ ἀστραπαί. Θηρῶνται δὲ ἄρα αἵδε αἱ κόγχαι, αἱ τῶν προειρημένων μητέρες, εὐημερίας τε οὔσης καὶ τῆς θαλάττης λείας· οἱ δὲ θηραταὶ συλλαβόντες, εἶτα ἐξείλον τοῦτον δὴ τὸν θέλγοντα τὰς τῶν μάχλων ψυχάς. Εὑρεθείη δ' ἂν καὶ ἐν κόγχῃ μεγίστῃ μικρὸς, καὶ ἐν μικραῖς μέγας· καὶ τὰ μὲν ὀδένα ἔχει, ἡ δὲ ὀπέρα τοῦ ἑνὸς, πολλαὶ δὲ καὶ πολλοὺς, εἰσὶ δὲ, οἳ λέγουσι καὶ εἴκασι προσπεφυκέναι μιᾷ κόγχῃ. Καὶ ἡ μὲν κόγχη κρέας ἐσὶν, ἐπιπέφυκε δὲ ἄρα ὡς χάλῳ ταῦτα. Πρὸ καιροῦ δὲ καὶ τῆς ὠδῖνος τῆς ἐλευθερίας, εἴπερ ἔν ἀνοίξαι τις τὰς κόγχας, κρέας μὲν εὕρῃ, τῆς δὲ θήρας τὸ ἀγώνισμα οὐκ ἔξει. Δίθῳ δὲ ἄρα ὁ μαργαρίτης ἔοικε πεπωρωμένῳ, καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, καὶ σέγειν ὑγρὸν ὀπέφυκεν ὀδὲ ὀλίγον. Δοκοῦσι δὲ ἄρα τοῖς τότων καπήλοις, καὶ τοῖς ὠνουμένοις, οἱ ἄγαν λευκοὶ καὶ

candore et magnitudine aeſtimant; et ſane hanc artem factitantes plurimi ex eis locupletati fuerunt. Non etiam illud me fugit, avulſis his lapidibus, quaſi redemptionis praemio perſoluto, conchas liberas dimitti, iterumque uniones renaſci. Quod ſi priuſquam margarita eximitur, hujus altrix beſtia moriatur, una cum carne putreſcere et perire dicitur. Suapte natura rotundus et laevis eſt, probeque circumſcriptus. Si quem ex eis velis affabre, aliter quam natus eſt, circumſcribere vel expolire, is artificium prodit; non enim cedit; ſed aſper fit, et ſe fraudibus atque inſidiis ad ſpeciem indicat attentari.

CAP. XIV.

Quemadmodum Aegyptii Accipitrem colant.

ACCIPITREM Apollini conſecrant Aegyptii, et Oron ſua lingua deum hunc appellant, has vero aves mirificas, quas cum Apolline convenientiam habere aiunt; quod de avibus ſoli accipitres ſemper nullo negotio adverſos ſolis radios intuentur, neque intentis oculis ſurſum verſus iter ſuſcipere gravantur, nec divina flamma offenduntur. Contra etiam quam ceterae aves ſupino interdum volatu ferri accipitres quidam obſervarunt; quo quidem corporis geſtu coelum intuentur, ac rerum inſpectorem omnium libere intrepideque adſpectant. Iidem ipſi ſerpentibus, et venenatis beſtiis, inimiciſſimi ſunt; nec enim ipſis ſerpens aut ſcorpius, ullave alia mala beſtia, latere poteſt. Nullas fruges, nec ulla ſemina, exedunt; ſed carnes vorant, et ſanguinem exſorbent, iiſdemque ſuos alunt pullos, et ad libidinem ſunt inflammatiſſimi. Os tibiae illorum ſi ad aurum admoveatur, ſic ipſum illecebra quadam mirabili

καὶ οἱ μεγάλοι κάλλισοι καὶ τιμαλφέσαλοι, ὥσε ἐκείνοις κρίνειν αὐτάς· καὶ πλάσιοί γε ἐξ αὐτῶν ἐγένολο ἀ μὰ Δία ὀλίγοι, οἷς ἔσιν ἐντεῦθεν ὁ βίος. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ἀδὲ ἐκεῖνο, ὅτι ἄρα, ἐξαιρεθέντων τῶν λίθων τῶνδε, ἀφείθησαν αὖθις αἱ κόγχαι, οἱονεὶ λύτρα δόσαι τῆς ἑαυτῶν Ζωηρίας τὸ Ζπάδασμα τὸ ἤδη προειρημένον, εἶτα ἐπανέφυσαν αὖθις αὐτό. Ἐὰν δὲ τὸ ζῶον τὸ τρέφον αὐτὸν, πρὶν ἢ ἐξαιρεθῆναι τὸν μαργαρίτην, ἀποθάνῃ, ὥς πα λέγει τις λόγος, τῇ Ζαρκὶ μέντοι Ζυσσήπελαι καὶ ἐκεῖνος καὶ ἀπόλλυλαι. Φύσιν δὲ ἔχει τῆς περιφερείας τὸ λεῖον καὶ εὐπερίγραφον. Εἰ δὲ ἐθέλοι τις τῶν πεφυκότων ἑτέρως τινὰ Ζοφίας τέχνῃ περιγράψαι τε, καὶ λεῖον ἀποφῆναι τὸ λίθον, ὅδε ἐλέγχει τὴν ἐπιβολήν· ἀ γὰρ πείθελαι, τραχύτηλας δὲ ὑπαναφύει, καὶ ὅτι ἄρα ἐπιβελεύελαι ἐς κάλλος καληγόρει ταύτῃ.

ΚΕΦ. ιδ'.

Ὅπως τιμῶσιν οἱ Αἰγύπλιοι τὸν Ἱέρακα.

Αἰγύπλιοι τὸν ἱέρακα Ἀπόλλωνι τιμᾷν ἐοίκασι, καὶ τὸν μὲν θεὸν Ὧρον καλοῦσι τῇ φωνῇ τῇ Ζφελέρᾳ, τοὺς δὲ ὄρνιθας λέγουσι θαυμασοὺς, καὶ προσήκειν τῷ θεῷ τῷ προειρημένῳ φασίν· ὁρῶσι γὰρ ἱέρακες ὀρνίθων μόνον ἀεὶ ἐν ταῖς ἀκτῖσι τοῦ ἡλίου ῥᾳδίως καὶ ἀβασανίσως βλέπονλες, καὶ δυσωπούμενοι ἥκισα, πορείαν τε τὴν ἀνωλάτω ἴασι, καὶ αὐτοὺς ἡ θεία φλὸξ λυπεῖ οὐδέν. Καὶ ἀνάπαλιν μέντοι πέτεσθαι τὸν ἱέρακα οἱ ἰδόνλες φασὶν, ὡς ἐξ ὑπλίας νέονλα· ἔνθά τοι καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ὁρᾷ, καὶ πρὸς τὸν πάνλα ἐφορῶνλα, μάλα ἐλευθέρως καὶ ἀτρέπλως ὁ αὐτός. Ὀφεών τε, καὶ δακελῶν θηρίων, ὁ αὐτός ἐσιν ἔχθισος· οὐκ ἂν γοῦν αὐτὸν διαλάθοι ὅτε ἄφις, ὅτε Ζκορπίος, ὅτε μὴν πονηρᾶς ὕλης ἄλλό τι ἔκλοκον. Ἀκροδρύων μὲν ὤν, καὶ Ζπερμάτων, ἄγευσος· Ζαρκῶν δὲ ἥδεται βορᾷ, καὶ πίνει αἷμα καὶ τὰ νεόλια ἐκλρέφει τοῖς αὐτοῖς, καὶ εἰς λαγνείαν ἐσι δριμύλαλος. Τὸ δὲ αὐτοῦ τῆς κνήμης ὀσέον εἰ χρυσίῳ παραλεθείη,

ἕλκει

bili ad ſe allicit; quemadmodum Heracleotem lapidem ſua vi praedicant quaſi praeſtigiis ferrum ad ſe attrahere. Hujus alitis vitam Aegyptii dicunt ad annos uſque ſeptingentos pertingere, quibus ego non facile crediderim; ea autem, quae audivi, refero. Homerus accipitrem Apollini et Latonae gratum eſſe inſinuare videtur, ubi de Apolline canit:

Ille per Idaeos montes deſcendere pergit,
Accipitri ſimilis celeri, ſolitoque palumbos
Infeſtare.

CAP. XV.

Quod Scarabaei expertes ſunt feminei ſexus.

In ſuo genere ſcarabaeorum natio feminei ſexus quod ſit expers, ideo in fimi pilam ſemen emittit; quam octo et viginti dierum ſpatio et volutat, et concalefacit, deinde ſequenti die foetum producit. Aegyptiorum porro bellatores ſcarabaeum in annulis inſculptum habere ſolebant, ex eo adumbrante nimirum legiſlatore, ſolos omnino mares pro patria bellum gerere oportere, quod ſane ſcarabaeus caret femina.

CAP. XVI.

Quod Sus voraciſſimus ſit; item de Ciconia, Vulpanſere, et Upupa.

Svillvm pecus tantopere explendo abdomini deditum eſt, ut ne propriis quidem ſuis foetibus parcat, neque ab humano corpore abſtineat. Quae cauſa eſt, cur hujuſmodi animal ut impurum et voraciſſimum apud Aegyptios in ſummo odio habeatur. Contra autem mitiores beſtiae, naturae et miſericordis et piae participes, praecipuo quodam honore a prudentibus viris ſolitae ſunt adfici. Ciconias quidem Aegyptii venerantur, quia ſenectute adfectos parentes alunt atque honorant. Iidemque ipſi idcirco vulpanſeribus et upupis honorem habent, quia illi quidem pullos ſuos amant,

ἕλκει τε αὐτὸ, καὶ ἴυγξι ἀποῤῥήτῳ τινὶ πρὸς ἑαυτὸ ἄγει, καὶ ἕπεσθαι θέλγει· ὥσπερ ἂν ἄδωσι τὸν Ἡρακλεώτην λίθον καταγοητεύειν πως τὸν Σίδηρον. Λέγουσι δὲ Αἰγύπτιοι καὶ εἰς ἑπτακόσια ἔτη βίου προήκειν τὸν ἱέρακα, καὶ ἔπω με πείθουσιν· ἃ δ' ἂν ἀκούω, λέγω. Ἔοικε δὲ, φασὶ, καὶ Ὅμηρος, ὅτι τῷ Διὸς καὶ Λητοῦς ἐστι φίλος, ὑπαινίττεσθαί πως λέγων·

Βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων, ἴρηκι ἐοικὼς
Ὠκείῃ, φασσοφόνῳ,

ὁ Ἀπόλλων αὐτός.

ΚΕΦ. ιέ.

Ὅτι ἄθηλυ τὸ ζῶον ὁ Κάνθαρος.

Ὁ Κάνθαρος ἄθηλυ ζῶόν ἐστι, σπείρει δὲ εἰς τὴν σφαῖραν, ἣν κυλίει· ὀκτὼ δὲ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν τοῦτο δράσας, καὶ θάλψας αὐτὴν, εἶτα μέντοι τῇ ἐπὶ ταύταις προάγει τὸν νεοττόν. Αἰγυπτίων δὲ οἱ μάχιμοι ἐπὶ τῶν δακτυλίων εἶχον ἐγγεγλυμμένον κάνθαρον, αἰνιττομένῳ τῷ νομοθέτῃ, δεῖν ἄῤῥενας εἶναι πάντας πάντη τοὺς μαχομένους ὑπὲρ τῆς χώρας, ἐπεὶ καὶ ὁ κάνθαρος θηλείας φύσεως οὐ μετείληχεν.

ΚΕΦ. ις'.

Ὅτι λαιμαργότατον ἡ Ὗς· ἔτι περὶ Πελαργοῦ, καὶ Χηναλώπεκος, καὶ Ἔποπος.

Ἡ Ὗς καὶ τῶν ἰδίων τέκνων ὑπὸ τῆς λαιμαργίας ἀφειδῶς ἔχει, καὶ μέντοι καὶ ἀνθρώπου σώματι ἐνηυχημένα οὐκ ἀπέχεται, ἀλλ' ἐσθίει. Ταύτῃ τοι καὶ ἐμίσησαν Αἰγύπτιοι τὸ ζῶον, ὡς μυσαρὸν καὶ πάμβορον. Φιλοῦσι δὲ οἱ φρόνιμοι καὶ τῶν ἀλόγων τὰ πραότερα, καὶ φειδοῦς ἅμα καὶ εὐσεβείας μετειληχότα, προλιμᾶν. Αἰγύπτιοι γοῦν τοὺς πελαργοὺς καὶ προσκυνοῦσιν, ἐπεὶ τοὺς παλαιοὺς γηροκομοῦσιν, καὶ ἄγουσι διὰ τιμῆς. Οἱ αὐτοὶ δὲ Αἰγύπτιοι καὶ χηναλώπεκας καὶ ἔποπας τιμῶσιν, ἐπεὶ οἱ μὲν φι-

amant. Hae autem adverſus parentes piae ſunt. Manethonem porro Aegyptium, ſumma ſapientia virum, accepi dicere, eum, qui ſuillo lacte veſcatur, vitiliginibus et lepra oppletum iri; quos quidem morbos Aſiani omnes peſſime oderunt. Aegyptii vero, quibus perſuaſiſſimum eſt ſues ſoli et lunae inimiciſſimos eſſe, ſemel tantum cum lunae feſtos dies agitant, alias vero nunquam, nec huic ipſi, nec cuipiam alii deorum ſacrificant: quia eos deteſtabiles ducunt. Tum Athenienſes in myſteriis jure optimo ſues immolant propter perniciem, quam ſegetibus moliuntur; nam ex ſpicis ſaepe illas, quae nondum ad maturitatem pervenerunt, vaſtant, alias effodiunt. Eudoxus vero inquit Aegyptios ab iis immolendis ideo abſtinere; quod poſteaquam ſementem fecerunt, eorum greges ad proterendam et conculcandam frumentorum ſationem, atque depellendam in altiorem terram et humidiorem inducere ſoleant, ut hac quaſi occaſione terra obducatur, nec ab avibus ſemina conſumantur.

CAP. XVII.

Quemadmodum Elephanti ament terram conſuetam.

ABSTRACTI elephanti a ſedibus conſuetis, quamvis vinculis primum et fame, deinde variis cibariorum blandimentis manſuefacti ſint, tanta tamen naturalis ſoli illecebra tenentur, ut ejus memoria illis evaneſcere nequeat. Quare cum horum plerique graviſſimo moerore ſuſcepto conficiuntur, tum vero quidam ex his uberrime flentes tantam lachrymarum vim profundunt, ut oculorum ſenſibus capiantur. In naves autem immittuntur, ponte utrinque ramis frondeſcentibus adumbrato, ad fallenda hujuſcemodi animalia; hoc enim ipſum cum vident, ſe per terram, quia eis haec mare videndi facultatem adimant, etiam nunc iter facere arbitrantur. Sunt autem loca maris brevia et vadoſa circa litus regionis, unde eis ſolvendum eſt: ita ut per pontem, quo diximus

modo

λότεχνοι αὐτῶν, οἱ δὲ πρὸς τὰς γειναμένας εὐσεβεῖς. Ἀκέω δὲ καὶ Μανέθωνα τὸν Αἰγύπτιον, Σοφίας εἰς ἄκρον ἐληλακότα ἄνδρα, εἰπεῖν, ὅτι γάλακτος ὑείου γευσάμενος ἀλφῶν ὑποπίμπλαται καὶ λέπρας· μισοῦσι δὲ ἄρα οἱ Ἀσιανοὶ πάντες τάδε τὰ πάθη. Πεπισεύκασι δὲ Αἰγύπτιοι τὴν ὗν καὶ ἡλίῳ καὶ Σελήνῃ ἐχθίστην εἶναι· ὅταν δὲ Αἰγύπτιοι πανηγυρίζωσι τῇ Σελήνῃ, θύουσιν αὐτῇ ἅπαξ τοῦ ἔτους ὗν, ἄλλοτε δὲ ὅτε ἐκείνῃ, ὅτε ἄλλῳ τῳ τῶν θεῶν τόδε τὸ ζῶον ἐθέλουσι θύειν, ὡς μυσαρόν. Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τοῖς μυστηρίοις καθαθύουσι τὰς ὗς, καὶ μάλα δικαίως· λυμαίνονται γὰρ τὰ λήϊα, καὶ εἰσπηδήσασαι πολλάκις τοὺς μὲν κενοὺς τῶν σαχύων καὶ ὑδέπω ὡραίους καθακλῶσι, τοὺς δὲ ἐξορύττουσιν. Εὔδοξος δέ φησι φειδομένους τοὺς Αἰγυπτίους τῶν ὑῶν μὴ θύειν αὐτὰς, ἐπεὶ τοῦ Σίτου Σπαρέντος, ἐπάγουσι τὰς ἀγέλας αὐτῶν· αἱ δὲ πατοῦσι τοὺς πυροὺς, καὶ εἰς ὑγρὰν τὴν γῆν ὠθοῦσιν, ἵνα μείνῃ ἔμβιος, καὶ μὴ ὑπὸ τῶν ὀρνίθων ἀναλωθῇ.

ΚΕΦ. ιζ'.

Ὅπως ἐρῶσι τῆς Συνήθους γῆς οἱ Ἐλέφαντες.

Ἀποσπώμενοι τῆς Συνήθους γῆς οἱ ἐλέφαντες, καὶ ἐὰν ἡμερωθῶσι, τὰ μὲν πρῶτα τοῖς δεσμοῖς καὶ τῷ λιμῷ, τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις ταῖς τροφαῖς καὶ τῷ ποικίλῳ αὐτῶν, ὅμως τὸ φίλτρον τῆς θρεψαμένης χώρας οὐκ ἂν αὐτοῖς πολὺ ἐξίτηλον γένοιτο. Οἱ πολεῖτοι γοῦν ὑπὸ τῆς λύπης διαφθείρονται· ἤδη δέ τινες καὶ κλαίοντες ἀσακεῖ, καὶ ἀμέτροις τοῖς δακρύοις, ἐπηρώθησαν τὴν ὄψιν. Εἰσάγονται δὲ εἰς τὰς ναῦς διὰ γεφύρας παρ' ἑκάτερα αὐτοῖς κλάδων τεθηλότων καὶ κομώντων μιγνυμένων, καὶ ὕλης ἄλλης χλωρᾶς διαλεινομένης εἰς ἀπάτην τῶν θηρίων· εἰ γὰρ ταῦτα ὁρῷεν οἱ ἐλέφαντες, ἔτι καὶ τότε διὰ τῆς γῆς ἰέναι σφᾶς ἑαυτοὺς δοκοῦσιν, οὐδὲ ἐπιτρέπει ταῦτα ὁρᾶσθαι τὴν θάλατταν. Βραχέα δέ ἐστι καὶ ἀγχιβαθῆ τὰ πρὸ τῆς χώρας, ἐξ ἧς ἀνάγκη πλεῖν αὐτούς· καὶ αἱ ναῦς ἀφεστᾶσιν αἱ φορτίδες, καὶ

modo obumbratum, belluas in naves onerarias aliquatenus diſtantes traduci opus ſit.

CAP. XVIII.

Quemadmodum utrumque aequinoctium ſignificat Arietis cubitus.

ARIES ſex hibernos menſes, ut audio, in laevum latus jacens quietem capit, et ſomno fruitur: contraque ab aequinoctio verno in dextrum incumbens ſomnum capit. Ad utrumque igitur aequinoctium ipſam aries mutat cubandi rationem.

CAP. XIX.

De Pagris piſcibus.

AEGYPTII Syenitae ſacros piſces pagros ducunt, atque Elephantinem ſic nuncupatam incolentes maeotas piſces. Cauſa vero cur hujuſmodi piſcium genus hanc apud eos populos venerationem habet, et magnam religionem poſſideat, ex eo profecta eſt; quod adventantem Nilum hi praecurrentes futuram aquam praenunciant, et mirifica quadam vi ejus acceſſionem praeſentientes ex ſua anteceſſione ſuſpenſas Aegyptiorum mentes optima ſpe recreant. Idcirco etiam eo honore illos adficiunt, quia aiunt eos nullum ſui generis piſcem comedere.

CAP. XX.

De Conchis aliis Maris Rubri.

IN Mari Rubro aliae etiam conchae naſcuntur, quae teſtas non laeves, ſed concavas et ſecturis diſtinctas habent; item labra

ſunt

διὰ ταῦτα τῆς γεφύρας δεῖ, ϗ τῆς μηχανῆς τε ϗ ἐπιβυλῆς τῆς διὰ τῶν κλάδων, ϗ τῆς ὕλης τῆς ϖροειρημένης.

ΚΕΦ. ιή.

Ὅπως ἑκαλέρας ἰσημερίας ἐςὶ Ϛημανλικὸς ὁ Κριὸς ἐκ τῦ καθεύδειν.

Ἀκέω τὸν κριὸν τὸ ζῶον ἓξ μηνῶν τῶν χειμεριωλάτων καλὰ τῆς ἀρισερᾶς πλευρᾶς κεῖσθαι ϗ καθεύδειν, ὅταν αὐτὸν αἰρεῖ ϗ ϖεριλαμβάνει ὕπνος· ἀπὸ δὲ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας ἔμπαλιν ἀναπαύεσθαι, καλὰ δὲ τῆς δεξιᾶς κεῖσθαι. Οὐκῦν καθ' ἑκατέραν ἰσημερίαν τὴν κλάκλισιν ἀμείβει ὁ κριός.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ Φάγρων τῶν ἰχθύων.

Τοὺς ἰχθῦς τὺς φάγρυς Συηνῖται μὲν Αἰγυπλίων ἱερὺς νομίζυσιν· οἱ δὲ οἰκῦνλες τὴν καλυμένην Ἐλεφανλίνην τὺς μαιώτας, φῦλον δὲ ἄρα ϗ τῦτο ἰχθύων. Ἡ δὲ εἰς ἑκάτερον τὸ γένος ἐξ ἀμφολέρων τιμὴ τὴν γένεσιν εἴληχεν ἐντεῦθεν· ἀνιεῖναι τε ϗ ἀναπλεῖν τῦ Νείλυ μέλλονλος, οἵδε ϖροθέυσί τε ϗ νήχονλαι, οἱονεὶ τῦ νέυ ὕδατος ἄγελοι, ϗ τὰς τῶν Αἰγυπλίων ἀνηρλημένας γνώμας ϖροευφραίνυσι καλαῖς ἐλπίσι, τὴν ἐπιδημίαν τῦ ῥεύμαλος ϖρῶτοι Ϛυνιένλες, ϗ θαυμασῇ τινι φύσει ϖρομανλευόμενοι ἐκεῖνοί γε. Ἤδη δὲ ϗ τῦτο ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὺς τιμῆς φιλῦσι ϖροσιθέναι οἱ ϖροειρημένοι, λέγονλες αὐτὺς διαμένειν ἀλλήλων ἀγεύσυς.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Κόγχων ἑτέρων ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

Γινονλαι δὲ ἄρα ἐν τῇ θαλάσσῃ τῇ Ἐρυθρᾷ κόγχαι ϗ ἕτεραι, ἃ λεῖαι τὰ ὄσρακα, ἀλλὰ ἔχυσαί τινας ἐνομὰς

ϗ

ſunt acuta, quae cum coeunt, inter ſe ſic alterno incurſu conjunguntur, ut tanquam duarum ſerrarum coeuntium dentes videantur inter ſe convenire. Vnde fit, ut ſi piſcatoris natantis quamcunque partem, etiamſi ſub eam os ſubeſt, mordicus apprehenderint, amputent, et ſimiliter ſi articuli locum comprehenderint; neque id mirum, cum tanta ſit marginum acies.

CAP. XXI.

Quemadmodum erga Crocodilum ſe gerant Aegyptii.

CROCODILORVM colentes Ombitae, Aegypti populus, ſic hos venerantur, quemadmodum nos deos Olympios colimus. A crocodilis ſuos liberos rapi, quod ſaepe contigit, gaudent; et matres miſerorum infantum ex eo magnam laetitiam voluptatemque capiunt, et ſimul magnifice et ample de ſe ſentiunt, quae nimirum deo cibaria pepererint. Contra Apollonopolitae, pars Tentyritarum, ſagenis captos a perſeis (quae arbores indigenae ſunt) ſublimes ſuſpendunt; atque eos primum flebiliter gementes permultis verberibus adfligunt, deinde iis conciſis veſcuntur. Sexaginta dies (ut narrant Aegyptii) ventrem ferunt, et ova totidem ex ſeſe pariunt, totidemque dies haec fovent. Sexaginta vertebras in ſpina habent, quam totidem nervis alligatam eſſe ferunt. Curatio partus ab eiſdem ſexaginta diebus peragitur; annos vivunt ſexaginta, totidem dentes poſſident, totidem quotannis dies ſine ullo cibo in latibulis quieſcunt. Cum Ombitis vero familiariter degunt crocodili, iiſque vocantibus parent, et nutriuntur in lacubus ab Ombitis idcirco factis; iidemque ipſis hoſtiarum capita (a quibus guſtandis Om-

καὶ κοιλάδας· ὀξεῖαι δὲ αὐταὶ τὰ χείλη εἰσὶ, καὶ ξυνιοῦσαι εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσι, παραλλὰξ ἐνθιεῖσαι τὰς ἐξοχὰς, ὡς δοκεῖν δύο πριόνων ξυνιόντων τὰς κυνόδοντας εἰς ἀλλήλας ξυνέρχεσθαι. Οὐκοῦν τῶν ἁλιέων ὅτου ἂν νηχομένου λάβωνται, καὶ δάκωσιν ὁτιοῦν μέρος ἀποκόπτουσιν, εἰ καὶ ὀξέον ὑπείη τῷ μέρει τῷ δηχθέντι, καὶ καλὰ ἄρθρον μέντοι δακοῦσαι καὶ τοῦτο ἀπέκοψαν· καὶ εἰκότως, τομώταλον γάρ ἐστι τὸ δῆγμα.

ΚΕΦ. κά.

Ὅπως διάκεινται περὶ τὸν Κροκόδειλον οἱ Αἰγύπτιοι.

ΤΟΥΣ κροκοδείλους Αἰγυπτίων οἱ μὲν ξέβουσιν, ὡς Ὀμβῖται, καὶ οἷα ἡμεῖς τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους ἄγομεν θαυμαστούς, τοιαῦτα καὶ ἐκείνους ἐκεῖνοι. Καὶ τῶν τέκνων γε αὐτοῖς ἐξαρπαζομένων πολλάκις, οἵδε ὑπερήδονται· καὶ αἴγε μητέρες τῶν θειλαίων γάννυνται, καὶ ξεμναὶ περιΐασιν, οἷα δήπου τεκοῦσαι θεῷ βορὰν καὶ δεῖπνον. Ἀπολλωνοπολῖται δὲ, Τενυρειτῶν μοῖραι, ξαγηνεύουσι μὲν τοὺς κροκοδείλους, καὶ τῶν περσεῶν (φυλὰ δέ ἐσιν ἐπιχώρια) ἐξαρπήσαντες μεγάρους μασιγοῦσί τε πολλαῖς, καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ξαίνουσι κνυζομένους καὶ δακρύοντας· εἶτα μέντοι καλακόπτουσιν αὐτοὺς, καὶ ξιφοῦνται. Κύει δὲ ἄρα τὸ ζῶον τοῦτο ἐν ἐξήκοντα ἡμέραις, καὶ τίκτει ὠὰ ἑξήκοντα, καὶ τοσαύταις ἡμέραις θάλπει αὐτά. Σφονδύλους τε ἔχει ἐπὶ τῆς ῥάχεως τοσούτους, νεύροις τε αὐτὸν τοσούτοις φασὶ διεζῶσθαι. Λοχεία τε αὐτῶν ἐς τοσοῦτον πρόεισιν ἀριθμὸν, καὶ ἔτη βιοῖ ἑξήκοντα (λέγω δὲ ἐγὼ ταῦτα Αἰγυπτίους φήμας τε καὶ πίστεις) πάρεστι δὲ καὶ ὀδόντας ἑξήκοντα τοῦδε τοῦ ζώου ἀριθμεῖν, φωλεῦον δὲ ἄρα καθ' ἕκαστον ἔτος ἑξήκοντα ἡμερῶν ἀτρεμεῖ τε καὶ ἀτροφεῖ. Τοῖς δὲ Ὀμβίταις καὶ ξυνήθεις εἰσὶ, καὶ μέντοι καὶ ὑπακούουσι καλούντων αὐτῶν οἱ τρεφόμενοι ἐν ταῖς λίμναις ταῖς ὑπ' αὐτῶν πεποιημέναις· κομίζουσι δὲ ἄρα αὐτοῖς κεφαλὰς τῶν ζώων τῶν θυομένων (αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἂν γεύσαιντο τοῦδε τοῦ μέρους)

bitae abſtinent) comedenda objiciunt, crocodili vero circum ea ſaltant. Apollonopolitae vero ejuſmodi beſtiam oderunt, quod dicant Typhonem ejus formam induiſſe; alii non ob eam cauſam, ſed quod Pſammythi regis, juſtiſſimi viri, filiam crocodilus rapuerit, ejus cladis recordatione etiam poſteros univerſam eorum nationem odiſſe.

CAP. XXII.

De cadaveribus apud Barcaeos, et de Vulturibus.

BARCAEI, gens Heſperia, ex aliquo morbo mortuos, ut muliebriter et ignaviter defunctos, ad notandam mortis ignominiam igni cremant; eos vero, qui in bello morte occubuerunt, ut viros bonos et fortes, et eximia virtute ornatos, vulturibus devorandos objiciunt, quod eas aves ſacras exiſtiment. Romulus in Palatino colle cum a duodecim vulturibus viſis optima auguria conſecutus eſſet, ad rei memoriam principes Romanos totidem miniſtros, quot aves perſpexiſſet, virgis antecedere juſſit. Ejuſmodi volucres Iunoni ſacras Aegyptii ducunt; atque earum pennis Iſidis caput, et veſtibulorum faſtigia ornant. Sed de hac alite plura etiam alibi dixi.

CAP. XXIII.

De Scorpiis in Copto, et feris Capris.

IN Copto, Aegyptia urbe, et magna conficiendorum aliorum ſacrorum religione Iſim Aegyptii colunt, et vero eodem cultu hanc ipſam venerantur, quo aut conjuges, aut liberi, aut fratres, a lugentibus afficiuntur. Vbi Iſis hanc religionem poſſidet, ibi acerrimi ad peſtiferum vulnus inferendum ſcorpii maximi verſantur, qui ut percuſſerunt, ſtatim interficiunt; ad quorum vitationem

μέρος) ϗ ἐμβάλλουσιν αὐτὰς, οἱ δὲ περὶ ταύτας πηδῶσιν. Οἴγε μὴν Ἀπολλωνοπολῖται μισοῦσι κροκόδειλον, λέγοντες τὸν Τύφωνα ὑποδῦναι τὴν τούτου μορφήν· οἱ δὲ ἀ ταύτην φασὶ τὴν αἰτίαν, Ψαμμύθου δὲ βασιλέως ἀγαθοῦ ϗ δικαίου ἐς τὰ ἔσχατα ἁρπάσαι θυγατέρα κροκόδειλον, εἶτα μέντοι μνήμῃ τοῦ τότε πάθους μισεῖν τὸ φῦλον αὐτῶν πᾶν ϗ τοὺς κάτω τοῦ χρόνου γεγενημένους.

ΚΕΦ. κβ΄.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Βάρκῃ Νεκρῶν, ϗ Γυπῶν.

Βάρκαῖοι, γένος δὲ τοῦτ' ἔστιν Ἑσπέριον, τῶν ἀποθανόντων νόσῳ τοὺς νεκροὺς ὑβρίζοντες, ὡς ἀνάνδρως ϗ μαλακῶς τεθνεώτων, θάπτουσι πυρί· τοὺς δὲ ἐν πολέμῳ βίον καλαμπέψαντας, ὡς καλοὺς ϗ ἀγαθοὺς, ϗ ἀρετῆς μετειληχότας, γυψὶ προβάλλουσιν, ἱερὸν τὸ ζῶον εἶναι πεπιστευκότες. Ῥωμύλος δὲ ἄρα ἐν τῷ Παλλαντίῳ λόφῳ δώδεκα γυψὶν οἰωνισάμενος, ὡς ἀγαθῆς τῆς μαντείας ἔτυχεν, ἀμειβόμενος τῶν ὀρνίθων τὸν ἀριθμὸν, τοὺς Ῥωμαίους ἄρχοντας, ἰσαρίθμους τοῖς τότε ὀφθεῖσιν ὄρνισι, προπορεύειν ῥάβδοις ἐνομοθέτησεν. Αἰγύπτιοι δὲ Ἥρας μὲν ἱερὰν ὄρνιν εἶναι πεπιστεύκασι τὸν γύπα· κοσμοῦσι δὲ τὴν τῆς Ἴσιδος κεφαλὴν γυπὸς πτεροῖς, ϗ τῶν προπυλαίων ὀρόφοις ὑπετόρευσαν γυπῶν πτέρυγας. Εἶπον δὲ ϗ ἀνωτέρω ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ζώου πολλὰ ἕτερα μέντοι.

ΚΕΦ. κγ΄.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Κοπτῷ Σκορπίων, ϗ Δορκάδων.

Ἐν τῇ Κοπτῷ τῇ Αἰγυπτίᾳ τὴν Ἶσιν σέβουσιν Αἰγύπτιοι ταῖς τε ἄλλαις ἱερουργίαις, ϗ μέντοι ϗ τῇ παρὰ τῶν πενθουσῶν ἢ τοὺς ἄνδρας τοὺς Σφετέρους, ἢ τοὺς παῖδας, ἢ τοὺς ἀδελφοὺς λαμπρείᾳ τε ϗ θεραπείᾳ. Ὅπλων δὴ Σκορπίων ἐνταῦθα μεγέθει μὲν μεγίστων, πληγῇ δὲ ὀξυτάτων, πείρᾳ γε μὴν Σφαιρωτάτων (παίσαντες γὰρ ἀναιροῦσι παραχρῆμα) ϗ μηχανὰς μυ-

nem omne cautionis genus Aegyptii adhibent, ſexcentaque machinamenta moliuntur: verumtamen lugentes ad Iſidis fanum mulieres, humi cubantes, pedibus incedentes nudis, et tantum non calcantes ſcorpios, illaeſae incolumeſque permanent. Porro iidem Coptitae capras feras feminas conſecrant, et religioſe colunt, eaſdemque Iſidi in amore et deliciis eſſe exiſtimant; mares autem immolant.

CAP. XXIV.

De Crocodilis et Accipitribus.

CROCODILVS (ut haec etiam reliquis ſupra de eodem dictis, quae inſuper audivi, addam) natura timidus, improbus, malitioſus, fallax, cum ad rapinas faciendas, tum ad comparandas inſidias acerrimus, et promptiſſimus exiſtit; omnem vero ſtrepitum perhorreſcit, humanam vocem contentiorem extimeſcit, atque eos, a quibus paulo confidentius invaditur, reformidat. Tentyritae igitur, ſic nuncupati Aegyptii, qua ex parte comprehenſibilis, atque expugnabilis ſit, intelligunt: maxime autem vulneratur oculos, vel axillas, vel etiam ventrem ictus; contra vero tergum et cauda ab omni ictu invicta ideo exiſtunt, quod tecta ſint, et quaſi armata corticis ſquammarumque robore, teſtis validis aut conchis haud diſſimilium. Ii igitur, quos modo dixi, populi eos comprehendere ſoliti, tam ſtudioſe iis ipſis inimico infenſoque animo ſunt, ut illic fluvius a crocodilis tantopere conquieſcat et liber ſit, ut fidenter ibidem natatio, et inter natandum luſus, exerceri poſſit. Non item in Ombitis, vel Coptitis, vel Arſenoitis tutum eſt aut pedes lavare, aut aquam haurire; ſed neque in ripis inambulare, niſi ſumma cautione, liberum eſt. Accipitres Tentyritae ſanctiſſime colunt; contra eos Coptitae, ut crocodilorum hoſtes, odio adducti ſaepe in crucem agunt. Porro hi ob ſimilitudinem, quam cum aqua crocodilis eſſe adfirmant, hos divino honore adficiunt: illi autem accipitrum genus adorant, propter comparationem, quam cum igne iis eſſe adfirmant; atque hujus rei teſtimonium adferunt,

ρίας εἰς τὴν ἐξ αὐτῶν φυλακὴν μηχανωμένων τῶν Αιγυπλίων· ἀλλ᾽ αἴγε πενθῆσαι παρὰ τῇ θεῷ, καὶ χαμαὶ καθεύδησαι, καὶ ἀνυπόδελοι βαδίζησαι, καὶ μόνον ἐ παλῆσαι τὲς προειρημένες Σκορπίες, εἶτα μέντοι ἀπαθεῖς διαμένεσι. . Σέβεσι δὲ ἄρα οἱ αὐτοὶ Κοπλῖται καὶ θηλείας δορκάδας, καὶ ἐκθεῦσιν αὐτάς· τὲς δὲ ἄῤῥενας καλαθύεσιν· ἄθυρμα δὲ εἶναι τὰς θηλείας τῆς Ἴσιδός φασι.

ΚΕΦ. κδ΄.

Περὶ Κροκοδείλων καὶ Ἱεράκων.

Ο Κροκόδειλος (καὶ μέλοι καὶ ταῦτα πρὸς τοῖς ἤδη δεδηλυσμένοις ὑπὲρ τᾶ ζώε προσακήκοα) φύσει δειλός ἐσι, καὶ κακοήθης δὲ, καὶ πανῦργος δεινῶς, καὶ ἁρπάζει μὲν καὶ ἐπιβελεύει μάλα ὀξέως· πέφρικε δὲ τὲς κλύπεε πάλας, ἐδεδοίκει δὲ καὶ ἀνθρώπε βιαιοτέραν βοὴν, καὶ μέλοι καὶ τὲς εὐθαρσέσερον ἐπιόλας ὀῤῥωδεῖ ἰσχυρῶς. Οἱ τοίνυν καλέμενοι καλὰ τὴν Αἴγυπλον Τενλυρῖται, ἴσασι καὶ ὅθεν εὐχείρωλόν ἐσι τὸ θηρίον· μάλισα δὲ ἂν τρωθείη εἰς τὲς ὀφθαλμὲς βληθεὶς, ἢ μασχάλας, καὶ μέλοι καὶ τὴν νηδύν· νῶτα δὲ πέφυκε καὶ τὴν ἀρὰν ἄῤῥηκλος, λεπίσι μὲν γάρ τε καὶ φολίσι πέφρακλαι, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ὅπλισαι καὶ ἐοίκασιν ὀσράκοις καρλεροῖς, ἢ κόγχαις. Οἱ τοίνυν προειρημένοι θηραλαὶ αὐτῶν ἔτως εἰσὶ φιλοπόνηροι πρὸς τὴν κατ᾽ αὐτῶν ἔχθραν, ὡς τὸν ἐκεῖθι πολαμὸν εἰρήνην ἄγειν αὐτῶν βαθυλάτην, ἐνλαῦθά τοι καὶ θαῤῥοῦντες νήχονλαι, καὶ ἀθύρεσιν ἐν τῇ νήξει. Ἐν Ὄμβροις δὲ, ἢ Κοπλίταις, ἢ Ἀρσενοίταις οὐδ᾽ ἀπονίψασθαι πόδας ῥᾴδιον, οὐδὲ ἀρύσασθαι ὕδωρ εὔκολον· ἀλλ᾽ οὐδὲ ταῖς ὄχθαις τᾶ πολαμᾶ ἐσιν ἐμβαδίσαι ἐλεύθερον, καὶ ἀφύλακλον. Σέβεσι δὲ οἱ Τενλυρίται ἱέρακας· ἐκᾶν οἱ Κοπλὸν οἰκοῦνλες, ὡς κροκοδείλων πολεμίες λυπεῖν προηρημένοι, πολλάκις ἀναραυρῶσιν ἱέρακας. Εἰκάζεσι δὲ τὸν μὲν κροκόδειλον ἐκεῖνοι ὕδαλι, ἔνθεν τοι καὶ ζέβεσιν· οἱ δὲ τὸν ἱέρακα πυρὶ, ταύτῃ

quod ſimiliter atque ignis hi veloces et violenti ſint, tum etiam aquam ſimul cum igne exiſtere non poſſe aiunt, atque haec Aegyptii lugentes narrant.

CAP. XXV.

De Cynoproſopis hominibus.

VLTRA Oaſin Aegypti ſolitudo maxima ad ſeptem dierum iter extenditur. Eam excipit regio, quam Cynoproſopi homines incolunt, in via Aethiopiam verſus. Vivunt illi capreārum et bubalidum venatu. Adſpectus eis niger, caput et dentes canis; quod animal cum referant, non abſurda eorum hoc in loco exiſtimanda eſt mentio. Nam et ſermonis uſu carent, et acuto quodam ſtridore ſonant, barbam infra ſupraque os gerunt draconum quadam ſimilitudine, manus eorum validis et acutiſſimis unguibus armantur; corpuſque omne hirſutum eſt inſtar canum. Sunt autem perniciſſimi, et aquas regionis norunt, atque eam ob cauſam difficiles captu.

CAP. XXVI.

De Lupis.

LVPI collum in eas brevitatis anguſtias compreſſum eſt, ut contorqueri retroque verſari non queat; et ſi retro velit aſpicere, totum ſe retorqueat, neceſſe eſt. Acutiſſimo praeditus eſt viſu, quippe etiam noctu, vel luna ipſa ſilente, videt; et tametſi omnibus tenebrae offunduntur, non huic tamen lux eripitur. Hinc λυκόφως, ſive *diluculum*, id temporis appellatur, cum lucem is ſolus naturae munere oculis perceptam habet. Et vero Homerus mihi vocare videtur id tempus, cum jam tunc cernens Lupus ſe in viam dat, ἀμφιλύκῃ νύκτα, ſive *crepuſculum*. Iam porro lycabanta idcirco annum nominari exiſtimant, quod erga lupum ſol

amorem

τοι ϗ προσκυνῆσι· μαρμύριόν τε ἐπάγυσιν, ἀπότομον αὐτῶν εἶναι λέγοντες ὦῦρ ϗ ὕδωρ ἀμιγές· ταῦτα ἦν ωενθῆντες Αἰγύπτιοί φασι.

ΚΕΦ. κέ.

Περὶ Κυνοπροσώπων.

Ὅασιν τὴν Αἰγυπτίαν διελθόντι ἀπανταῖ ἑπτὰ ἡμερῶν ὅλων ἐρημία βαθυτάτη. Μετὰ δὲ ταύτην Κυνοπρόσωποι νέμονται ἄνθρωποι, καὶ τὴν ὁδὸν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν ἄγυσαν. Ζῶσι δὲ ἄρα ἦτοι θηρῶντες δορκάδας τε ϗ βυβαλίδας. Ἰδεῖν γε μὴν μέλανές εἰσι, κυνὸς δὲ ἔχυσι τὴν κεφαλὴν, ϗ τὺς ὀδόντας· ἐπεὶ δὲ ἐοίκασι τῷδε τῷ ζώῳ, ϗ μάλα γε εἰκότως, αὐτῶν ἐνταυθοῖ τὴν μνήμην ἐποιησάμην. Φωνῆς γῆν ἀμοιρῆσι, τρίζυσι δὲ ὀξὺ, κάτεισι δὲ ὑπὸ τὴν ὑπήνην αὐτοῖς γένειον, ὡς εἰκάσαι τοῖς τῶν δρακόντων αὐτὸ, αἱ δὲ χεῖρες αὐτῶν ὄνυξιν ἰσχυροῖς ϗ ὀξυτάτοις εἰσὶ τεθηγμέναι, τὸ δὲ πᾶν σῶμα δασεῖς ωεφύκασι, καὶ τὺς κύνας ϗ τῦτο. Ὠκισοι δέ εἰσι, ϗ ἴσασι τὰ ἐν τοῖς τόποις ὕδατα, ἐνταῦθά τοι ϗ δυσάλωτοι δοκῆσι.

ΚΕΦ. κς.

Περὶ Λύκων.

Τῷ λύκῳ ὁ τράχηλος εἰς βραχὺ ζυνῆπται, ὥκυν οἷός τ' ἐστιν ἐπισραφῆναι, ὁρᾷ δὲ ἐς τὸ πρόσω ἀεί· εἰ δὲ βούλοιτό ποτε εἰς τὰπίσω θεάσασθαι, ωᾶς ἐπισρέφεται. Ὀξυωπέσατον δέ ἐσι ζῶον, ϗ μέντοι ϗ νύκτωρ, ϗ ζελήνης ἀν ὥσης, ὅδε ὁρᾷ· ϗ ὅτε ωᾶσίν ἐσι ζκότος, ἐκεῖνος βλέπει. Ἔνθεν τοι ϗ λυκόφως κέκληται ὁ καιρὸς ἦτος τῆς νυκτὸς, ἐν ᾧ μόνος ἐκεῖνος τὸ φῶς ὑπὸ τῆς φύσεως ωρολαβὼν ἔχει. Δοκεῖ δέ μοι ϗ Ὅμηρος λέγειν ἀμφιλύκην νύκτα, καθ' ἣν ἤδη βλέποντες λύκοι βαδίζυσι. Λέγυσι δὲ φίλον ἡλίῳ εἶναι αὐτὸν, ϗ διὰ ταῦτα εἰς τιμὴν τὴν τῦ ζώυ κεκλῆσθαι ϗ τὸν ἐνιαυτὸν λυκάβαντα εἰσὶν

οἱ

amorem habeat. Tum eo Apollinem delectari aiunt, quia hic ex Latona in Lupae ſpeciem ſimilitudinemque converſa editus in lucem, et ſuſceptus fuiſſe feratur; cujus ſane rei Homerus meminit, cum Apollinem nominat Lycogenem; eamque ob rem lupi ſimulacrum in Delphico templo ad deſignandum partum Latonae, ex aere excitatum eſſe audivi. Alii non id propterea ibidem poſitum eſſe dicunt: ſed donaria ex templo cum expilata direptaque fuiſſent, eademque a ſacrilegis defoſſa, lupus indicavit, cum intra templum ingreſſus prophetarum quempiam, ſacram illius veſtem mordicus comprehendens, traxit ad locum uſque, in quem donaria occultata fuiſſent; deinde anterioribus pedibus eum ipſum locum effodit.

CAP. XXVII.

Cur Vaccas Veneri conſecrant Aegyptii.

In Aegypti vico, Chuſis nuncupato, non magno quidem, ſed certe eleganti, qui in Hermopolitanam praefecturam cenſetur, Venerem colunt, quam Vraniam appellant. Atque vaccam etiam ideo venerantur, quia affinitatem et convenientiam cum dea ipſa habere exiſtimetur. Etenim hujuſcemodi beſtia tantopere ad Venerem incitata eſt, et appetit eam, magis quam mas; ut cum maris mugitum audit, coitus appetitu vehementiſſimo commoveatur et exardeſcat; atque adeo, ſicut harum rerum experientes confirmant, taurum a triginta ſtadiis ipſo mugitu amatoriam ſignificationem, quaſi teſſeram Veneris dantem, exaudiat. Itemque Iſim bubulis cornibus Aegyptii et fingunt et pingunt.

οἱ λέγουσι. Χαίρειν δὲ αὐτῷ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα λόγος, καὶ ἡ αἰτία ἐκείνη διαῤῥέουσα καὶ εἰς ἐμὲ ἀφίκετο· τὸν γάρ τοι θεὸν τοῦτον τεχθῆναί φασι τῆς Λητοῦς μεταβαλούσης τὸ εἶδος εἰς λύκαιναν· ταύτῃ τοι λέγει καὶ Ὅμηρος εἰπὼν, λυκηγενέϊ κλυτοτόξῳ· ταύτῃ τοι καὶ ἐν Δελφοῖς ἀνακεῖσθαι λύκον πέπυσμαι χαλκοῦν, τὴν τῆς Λητοῦς ὠδῖνα αἰνιττόμενον. Οἱ δὲ ἀ διὰ τοῦτό φασιν· ἀλλ' ἐπεὶ κλαπέντα ἀναθήματα ἐκ τοῦ νεῶ, καὶ καταρυχθέντα ὑπὸ τῶν ἱεροσύλων, λύκος τὸ ζῶον καταμήνυσε, παρελθὼν εἰς τὸν νεὼν, καὶ τῶν προφητῶν τινα τῆς ἐσθῆτος τῆς ἱερᾶς ἑλκύσας τῷ στόματι, καὶ προσαγαγὼν μέχρι τοῦ τόπου, ἐν ᾧ τὰ ἀναθήματα ἐκέκρυπτο· εἶτα τοῖς προσθίοις ὤρυτεν αὐτόν.

ΚΕΦ. κζ'.

Ὅπως τὰς θηλείας Βοῦς Αἰγύπτιοι ἀναπιθέασιν Ἀφροδίτῃ.

ΚΩΜΗ Αἰγυπτία Χοιραὶ τὸ ὄνομα, τελεῖ δὲ εἰς τὸν Ἑρμοπολίτην νομὸν, καὶ μικρὰ μὲν δοκεῖ, χαρίεσσα μήν· ἐν ταύτῃ ζέβουσιν Ἀφροδίτην, Οὐρανίαν αὐτὴν καλοῦντες. Τιμῶσι δὲ καὶ θήλειαν βοῦν, καὶ τὴν αἰτίαν ἐκείνην λέγουσιν, ὑπισχνούμενοι αὐτὰς προσήκειν τῇδε τῇ δαίμονι. Ποίαν γὰρ εἰς ἀφροδίσια ἰσχυρὰν ἔχει ἐκεῖνος βοῦς θῆλυς, καὶ ὀργᾷ τοῦ ἄῤῥενος μᾶλλον· ἀκούσασα γοῦν τοῦ μυκήματος εἰς τὴν μίξιν θερμόταται ἐξηνέμωται, καὶ ἐκπέφλεκται· καὶ οἱ ταῦτά γε ζυνιδεῖν δεινοὶ καὶ ἀπὸ τριάκοντα σταδίων ἀκούειν ταύρου βοῦν, ἐρωτικὸν ζύνθημα καὶ ἀφροδίσιον μυκωμένου, φασί. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἶσιν Αἰγύπτιοι βόκερων καὶ πλάτωσι, καὶ γράφουσι.

ΚΕΦ.

CAP. XXVIII.

Quemadmodum Aegyptii Aſinum et Orygen oderint.

BVSIRITAE, Abydus Aegyptia, et Lycopolis idcirco tubae ſonitum deteſtantur, quod ab aſino rudente ejus clangor diſſimilitudinem non habet. Et ſimul eis, qui Serapidis religionem obſervant, odio eſt aſinus; cujus rei non ignarus Ochus Perſes Apim quidem interfecit, aſinum autem et conſecravit, et coli juſſit, Aegyptios ut ſummo dolore adficeret. Sed is ſane tanti ſceleris ſacro bovi perſolvit poenas, nec injuſtas, neque minus graves, quam Cambyſes dediſſet, qui primus ejuſmodi ſacrilegium commiſerat. Et vero etiam, quos modo commemoravi Serapidis colentes, ex eo orygem male oderunt, quod ad ſolis exortum converſus, ſicut Aegyptii ferunt, alvum dejiciat. Et Pythagorei de animalibus ſolum aſinum adferunt ad harmoniam non factum eſſe, proinde abſurdam beſtiam nullo ſenſu ad lyrae ſonum adfici. Inſuper vero quidam Typhoni gratum fuiſſe dicunt hoc jumentum. Et hanc quoque odii, quod ſuſtinet, cauſam accedere putant; quod cum populi praedicti omnes fecundas animantes colant, aſinus minime fecundus nullo in honore merito ſit: certe geminos aſinam ex ſeſe peperiſſe, non facile quenquam meminiſſe ferunt.

CAP. XXIX.

Iterum de Ibide.

ILLAM ibidis etiam vim Aegyptiorum libris accepi; eam nimirum, cum in pennas, quae ſub pectus exiſtunt, collum et caput abdiderit, cordis figuram exprimere. Quod vero animalibus omnibus, quae homini et fructibus ſunt pernicioſa, infeſtiſſimae ſint hae aves, jam ſupra commemoravi. Eandem Aegyptii ferunt

ore

ΚΕΦ. κή.

Ὅπως μισῆσι Ὄνον τε καὶ Ὄρυγα οἱ Αἰγύπλιοι.

Σαλπιγγος ἦχον βδελύττονται Βασιρῖται, καὶ Ἄβυδος ἡ Αἰγυπλία, καὶ Λύκων πόλις· καὶ λέγασι τὴν αἰτίαν, ἐπεί πως ἔοικεν ὄνῳ βρωμωμένῳ· ἀλλὰ καὶ ὅσοι περὶ τὴν θρησκείαν ἔχασι τὴν τῆ Σαράπιδος, μισῆσι τὸν ὄνον· τῆτό τοι καὶ Ὦχος ὁ Πέρσης εἰδὼς, ἀπέκλεινε μὲν τὸν Ἄπιν, ἐξεθέωσε δὲ τὸν ὄνον, ἐς τὰ ἔσχαλα λυπῆσαι θέλων τὰς Αἰγυπλίας. Ἔδωκε δὲ ἄρα καὶ αὐτὸς δίκας τῷ ἱερῷ βοΐ ἀ μεμπλὰς, ἀδὲ ἤπλονας Καμβύσα, τῆ πρώτα τὴν θεοσυλίαν ταύτην τελολμηκότος. Μισῆσι δὲ οἱ αὐτοὶ θεραπευλαὶ τῆ Διὸς τῆ προειρημένα καὶ τὸν ὄρυγα· τὸ δὲ αἴτιον, ἀποσραφεὶς πρὸς τὴν ἀναλολὴν τὴν τῆ ἡλία τὰ περιτλὰ τῆς ἑαυλῆ τροφῆς ἐκθλίβει, φασὶν Αἰγύπλιοι. Λέγασι δὲ οἱ Πυθαγόρειοι, ὡς λόγος, ὑπὲρ τῆ ὄνα καὶ ἐκεῖνα· μόνον τῆτον τῶν ζώων μὴ γελονέναι καλὰ ἁρμονίαν, ταύτῃ τοι καὶ πρὸς τὸν ἦχον τὸν τῆς λύρας εἶναι κωφόταλον. Ἤδη δὲ αὐτόν τινες καὶ τῷ Τυφῶνι προσφιλῆ γελονέναι φασί. Λέγασι δὲ καὶ ἐκείνας αἰτίαν τῷ ὄνῳ προσάπλειν· παρὰ τοῖς προειρημένοις πᾶν τὸ εὖ γενόμενον τετίμηλαι, ἐναντίως δὲ ἄρα πρὸς ταῦτα πέφυκε τὸ ζῶον τῆτο· δίδυμα γὰν ὄνον τεκεῖσαν, ἀ ῥᾳδίον μέμνηλαί τις λόγος.

ΚΕΦ. κθ΄.

Περὶ τῆς Ἴβεως αὖθις.

Ἴδιον δὲ ἐν Αἰγυπλίοις λόγοις ἴβεως καὶ ἐκεῖνο προσακήκοα· ὅταν ὑποκρύψηλαι τὴν δέρην καὶ τὴν κεφαλὴν τοῖς ὑπὸ τῷ σέρνῳ πλεροῖς, τὸ τῆς καρδίας Ϛχῆμα ἀπεμάξαλο. Ἄλλως τε καὶ ὅτι εἰσὶ τοῖς ἐπὶ λύμῃ καὶ ἀνθρώπων καὶ καρπῶν ζώοις γεγενημένοις ἔχθισαι, ἤδη πα καὶ ἄνω προεῖπον. Μίγνυλαι δὲ τοῖς ϛόμασι, καὶ παιδοποιᾶλαι τὸν τρόπον τῆτον. Λέγασι δὲ

ore coire, et parere itidem. Dicunt praeterea, quod mihi non facile perſuadent, eos, qui praeparandis ut inveterentur (vel ad reſervandum condiantur) beſtiarum cadaveribus praeſunt, ibidis inteſtinum ſex et nonaginta cubitorum eſſe adfirmare; idque in lunae defectione comprimi, donec aucto rurſus ſplendore fulgeat. Cruribus ad cubiti ſpatium diſtentis eam incedere aiunt: et Mercurio ſermonis parenti idcirco in amore eſſe, quod orationis ſpeciem ſimilitudinemque gerat: namque pennae in ejus alis nigrae cum tacito adhuc et nondum emiſſo ſermone comparari queunt; prolatae vero orationi, quae jam auditur, intimorum ſenſuum enunciatrici et interpreti, candidae poſſunt conferri. Dixi etiam eam longiſſimae vitae, ut refert Apion, atque in eam rem Hermopolis ſacerdotes teſtes citat, qui immortalem ipſi ibin oſtenderint; ſed hoc et Apion procul a vero abeſſe judicat, et ego ſimiliter ab omni ratione abhorrere exiſtimo, etiamſi ille ſecus judicaſſet. Eſt autem calidiſſima natura, utpote quae et plurima et peſſima, ſerpentes nempe et ſcorpios devorat; atque ex his partim facile et calore, quo permulto abundat, exterit et concoquit, partim nullo negotio excrementa excernit atque expellit. Aegritudine perraro adficitur. In quidlibet vel ſordidiſſimum quamvis immittit roſtrum, ut quippiam illic inquirat; ex inquiſitione tamen cibi, cum ſe quieti tradit, cubile lavat, et purgat. In palmis ad evitandas feles nidificat; non enim facile in palma, ob eminentem et cultellatum trunci corticem eae ſaepe repulſae et rejectae, ſurſum correpere poſſunt.

CAP. XXX.

Iterum de Cynocephalis.

De cynocephalis mihi etiam illa veniunt in mentem explicare: Si eſculenta teſtaceis involucris circumveſtita reperiant, cujuſmodi ſunt amygdala, glandes, nuces, frangere et nucleos exi-

Αἰγύπτιοι, καὶ ἐμέ γε ἔχουσιν οὐ ῥᾳδίως πειθόμενον. Λέγουσι γὰρ τὰς ταῖς ταριχείαις τῶν ζώων ἐφεστῶτας, καὶ δεινὰς τήνδε τὴν Σοφίαν, ὁμολογεῖν τὸ τῆς ἴβιδος ἕλκος ἓξ εἶναι πήχεων καὶ ἐννεήκοντα· διαβαίνειν δὲ καλὰ πῆχυν αὐτὴν προσαχήκοα βαδίζουσαν· Σελήνης δὲ ἐκλιπούσης καλαμύει, ἐς τ' ἂν ἡ θεὸς αὖθις ἀναλάμψῃ. Καὶ τῷ Ἑρμῇ δὲ, φασὶ, τῷ πατρὶ τῶν λόγων φιλεῖται, ἐπεὶ ἔοικε τὸ εἶδος τῇ φύσει τοῦ λόγου· τὰ μὲν γὰρ μέλανα ὠκύπερα τῷ τε Σιγωμένῳ καὶ ἔνδον ἐπισρεφομένῳ λόγῳ παραβάλλοιτο ἄν· τὰ δὲ λευκὰ τῷ προφερομένῳ τε καὶ ἀκουομένῳ ἤδη, καὶ ὑπηρέτῃ τοῦ ἔνδον καὶ ἀγγέλῳ, ὡς ἂν εἴποις. Ὡς μὲν οὖν μακροβιώταλόν ἐσιν τὸ ζῶον, καὶ δὴ εἶπον· λέγει δὲ Ἀπίων, καὶ ἐπάγεσθαι τὰς ἐν Ἑρμοῦ πόλει ἱερέας μάρτυρας, δεικνύντας οἱ ἴβιν ἀθάνατον· τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἐκείνῳ δοκεῖ τῆς ἀληθείας ἀφεστάναι πάμπολυ, καὶ ἐμοὶ δὲ πάντως ἂν καὶ καταφαίνεται ψευδὴς, εἰ καὶ ἐκείνῳ δοκεῖ. Ἔστι δὲ τῇ φύσει θερμότατον ἡ ἴβις, πολυβορώτατον γοῦν ὂν καὶ κακοβορώτατον, ἥγε ὄφεις Σιτεῖται καὶ Σκορπίους· ἀλλὰ τὰ μὲν πέττει ῥᾳδίως, τὰ δὲ εὐκολώτατα ἀποκρίνει. Ἴδοι δ' ἄν τις νοσοῦσαν ἴβιν Σπανιώτατα· πανταχοῦ δὲ καθιεῖσα ἴβις τὸ ῥάμφος, καὶ τῶν ὑπερῶν καταφρονοῦσα, καὶ ἐμβαίνουσα αὐτοῖς ὑπὲρ τοῦ καὶ ἐκεῖθέν τι ἀνιχνεῦσαι, ὅμως δ' ἓν εἰς κοίτην τρεπομένη λύει τε πρότερον αὐτὴν, καὶ ἐκκαθαίρει. Νεοτεύει δὲ ἐπὶ τῶν φοινίκων τοὺς αἰλούρους ἀποδιδράσκουσα· οὐ γάρ τοι πω ῥᾳδίως ἐκεῖνο τὸ ζῶον ἀναῤῥιχᾶται καὶ ἀνέρπει καλὰ τοῦ φοίνικος, ἐκ τῶν ἐξοχῶν τῶν ἐπὶ τοῦ πρέμνου πολλάκις ἀντικρούμενόν τε καὶ ἐκβαλλόμενον.

ΚΕΦ. λ'.

Αὖθις περὶ Κυνοκεφάλων.

ΚΑΙ ἐκεῖνα δὲ κυνοκεφάλων εἰπεῖν ἐπὶ σόμα μοι νῦν ἀφίκεσο· Εἰ λάβοι τινὰ ἕκασος τρωκτὰ σὺν τοῖς ὀστράκοις, ἀμυγδάλας φησὶ, καὶ τὰς τῶν δρυῶν βαλάνους, καὶ κάρυα, ἐκλέ-

mere ſolent; praeclare intelligentes intima quidem eſculenta eſſe, extima vero rejici oportere. Vini item potione uti non recuſant: atque etiam carnibus vel elixis vel aſſis exſaturantur, et his quidem ſuaviter apparatis magna delectatione adficiuntur; contra ex non accurate elixis valde offenduntur. Veſte induti, parcunt ei; et alia, quae ſupra expoſui, faciunt. Quod ſi eorum catulos etiamnum perparvulos ad mulieris ubera admoveas, tanquam pueruli lac exſugunt.

CAP. XXXI.

De Aſpide, quam Thermuthin Aegyptii vocant.

ASPIDIS genus Thermuthin Aegyptii nominant, quam ſacram eſſe aiunt, et ſumma religione colunt; itaque ea Iſidis ſimulacra, tanquam regio quodam diademate, coronant. Eandem in perniciem hominum natam eſſe negant; enimvero comminiſcuntur eam probis parcere, contra vero impiis necem adferre. Quod ſi ita eſt, juſtitiam univerſi dixeris hanc feram honorare, ut quae acrimonia intellectus bonum a malo diſcernat, et tanquam illius miniſtra ac vindex in malos animadvertat. Addunt alii Iſidem ſceleratiſſimis hominum eam immittere. Hanc quoque ſolam in hoc genere immortalem eſſe Aegyptii referunt, qui aſpidum genus in ſedecim ſpecies dividunt. In ſacris igitur aedibus ad unumquemque angulum ſubterranea ſacella exaedificant, ubi Thermuthin collocant, et bubulum adipem edendum intervallis quibuſdam ei objiciunt.

CAP. XXXII.

De Acantho [ſeu Spino] avi.

AD notionem avium periti ſpinum avem dicunt ex ſpinis, ubi vivit, nomen traxiſſe. Haec cum non ſit a Muſis averſa, ſplendide canora eſt. Quod ſi, ſicut Ariſtoteles ait, ſpini

et

γει τε καὶ καθαίρει, καὶ καλαγνὺς πρότερον πάνυ ξυνελῶς· καὶ οἶδεν, ὅτι ἄρα τὸ μὲν ἔνδον ἐδώδιμόν ἐςι, τὰ δὲ ἔξω ἐκβάλλειν χρή. Πίνει δὲ οἶνον· καὶ παραθένλος ἐφθὰ κρέα καὶ ὀπλὰ, ἐμπίπλαται, καὶ τοῖς μὲν ἡδυσμένοις χαίρει· τοῖς δὲ ἀσπιδάσως ἐφθοῖς πάνυ ἄχθεται. Φείδεται δὲ καὶ ἐσθῆτος, ἐνδὺς αὐτήν· καὶ τὰ ἄλλα δρᾷ, ὅσα ἀνωτέρω εἶπον. Θηλὴν δὲ γυναικὸς εἰ προσαγάγοις ἔτι νήπιον, ξπάσει τῶ γάλακτος, ὡς παιδίον.

ΚΕΦ. λά.

Περὶ τῆς Ἀσπίδος, ἣν Αἰγύπτιοι Θέρμυθιν ὀνομάζυσιν.

ΤΗΝ δὲ Θέρμυθιν ἀσπίδα, ἣ ὄνομα ἔθεντο Αἰγύπτιοι τῦτο, ἱερὰν εἶναί φασι, καὶ ξέβυσιν αὐτὴν οἱ ἐκεῖθι, καὶ τῆς Ἴσιδος τὰ ἀγάλματα ἀναδῦσι ταύτῃ, ὥς τινι διαδήματι βασιλείῳ. Λέγυσι δὲ αὐτὴν ἐπὶ δηλήσει τῶν ἀνθρώπων καὶ βλάβῃ μὴ φῦναι· ἐκεῖνο δὲ τεραλεύονται, φείδεσθαι μὲν αὐτὴν τῶν ἀγαθῶν, τὺς δὲ ἀσεβῦντας ἀποκτιννύναι. Εἰ δὲ ταῦτα ὕτως ἔχει, τῶ παντὸς ἂν ἡ δίκη τιμήσαιτο τήνδε τὴν ἀσπίδα, τιμωρῦσαν αὐτῇ, καὶ ὀρῶσαν ὀξύτερον. Οἱ δὲ ἐπιλέγυσιν, ὅτι ἡ Ἴσις τοῖς τὰ μέγιστα πλημμελήσασιν ἐπιπέμπει αὐτην. Λέγυσι δὲ αὐτὴν καὶ Αἰγύπτιοι μόνον ἀσπίδων ἀθάνατον εἶναι, ἐκκαίδεκα γένη καὶ διαφορότητας τῦδε τῦ ζώυ καταλέγοντες. Ἔν τε τοῖς ἱεροῖς, ὡς αὐτοί φασι, καθ' ἑκάστην γωνίαν θαλάμας τινὰς καὶ ξηκώδεις ὑποδρομὰς ἐξοικοδομῦντες, εἶτα μέντοι θέρμυθιν εἰσῴκιζον, σέαρ μόσχειον βορὰν παραθέντες ἐκ διασημάτων.

ΚΕΦ. λβ'.

Περὶ Ἀκάνθυ τῦ ὄρνιθος.

ΑΚανθον τὸν ὄρνιν ἐκ τῶν τρεφυσῶν ἀκανθῶν λαβεῖν τὸ ὄνομα οἱ ξοφοὶ τὰ ὀρνίθων φασί. Φθέγγεται δὲ ἄρα ἐκμελὲς καὶ ἄμυσον δεινῶς. Λέγει δὲ Ἀριστοτέλης, ἐὰν τῦδε τῦ

et aegithali [aegithi] ſanguinem in eodem vaſe permiſceas, et ſimul temperes, non coire nec commiſceri poſſunt. Spinum ſacrum eſſe aiunt geniis, qui praeſunt hominibus itinera ingredientibus.

CAP. XXXIII.

Iterum de Turture.

TVRTVREM avem eſſe caſtam, externique et alieni conjugii minime avidam, ſed cum ſua tantum miſceri, quacum ſocietatem primum inierit conjuge, ſuperius dixi. Ceterum audio ab iis, qui hujuſmodi rerum cognitionem ſcrutantur, turtures etiam albas non raro apparere, eaſdemque cum Veneri et Cereri, tum vero Parcis et Furiis, ſacras eſſe.

CAP. XXXIV.

De Hirundine.

APPARENT aliquando, ſicut dicit Alexander Myndius, albae hirundines. Ceterum in Alexandri filii Pyrrhi tabernaculo nidificans hirundo rerum actionem, quam ſuſciperet, parum laudabilem non feliciter eventuram eſſe ſignificavit. Et item Antiocho altera nidum in ejus tentorio conſtruens, quae ei male caſura eſſent, pronunciavit; contra enim Medos profectus, non revertit ad Syros, ſed de praecipitio ſe dejecit; quippe qui rem minime laudabilem quoque aggreſſus eſſet. Dionyſio primum arcem relinquenti hirundines, quae in ea nidificarant, ſimul avolantes reditum praemonſtrarunt. Hirundinum genus diis penatibus, et Veneri, quae ipſa quoque e numero penatium eſt, charum eſſe dicitur.

CAP.

τῷ ἀκάνθῳ ϗ μέντοι τῷ καλυμένῳ αἰγιθάλῳ τὸ αἷμα ἐς ταὐτὸν ἀγγεῖόν τις ἀναμίξῃ ϗ κεράσαι θελήσῃ, τάδε μὴ ξυνιέναι, μήδ' ἡνῶσθαι εἰς μίαν κράσιν. Ἱερόν τε εἶναι τὸν ἄκανθον τῶν δαιμόνων, τῶν καλὰ τὴν ὁδὸν πομπευόντων ϗ ἀγόντων τὰς ἀνθρώπους, φασί.

ΚΕΦ. λγ'.

Ἔτι περὶ Τρυγόνος.

ΟΤΙ ξώφρων ἐστὶν ἡ τρυγὼν, ϗ πλὴν τῷ ξυννόμῳ, ὅτῳ ϗ ξυνῆλθεν ἐξ ἀρχῆς, μὴ ἄν ποτε ὁμιλήσῃ ἀσπαζομένη λέχος ὀθνεῖόν τε ϗ ἀλλότριον, ἄνω μοι λέλεκται. Ἀκούω δὲ τῶν ἀκριβούντων τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἱστορίαν, ϗ λευκὰς τρυγόνας φανῆναι πολλάκις, λέγουσι δὲ αὐτοὶ ἱερὰς εἶναι Ἀφροδίτης τε ϗ Δήμητρος, ϗ Μοιρῶν ϗ Ἐριννύων αὐτάς.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ Χελιδόνος.

ΩΦθησάν ποτε ϗ χελιδόνες λευκαὶ, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιός φησιν. Ἐν δὲ τῇ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πριάμου παιδὸς ξκηνῇ χελιδὼν νεοττεύουσα, εἶτα μέντοι ἀτελῆ τὴν πρᾶξιν αὐτῷ, ἐφ' ἥνπερ ἕν ὥρμᾶτο, ὑπεσήμηνεν ὁ πάνυ τι ὄσαν ἀγαθήν. Καὶ Ἀνθιόχῳ δὲ νεοττεύουσα ἐν αὐτοῦ τὰ μέλλοντά οἱ ἀπανθήσεσθαι ὑπηνίξατο· ἀνελθὼν γὰρ εἰς τοὺς Μήδους εἶτα μέντοι οὐκ ἐπανῆλθεν εἰς τοὺς Σύρους, ἀλλ' ἑαυτὸν καλά τινα ἔωσε κρημνόν· ὥρμητο δὲ ἄρα ἐπὶ πρᾶξιν ὁ χρηστὴν ϗ ὄτος. Νίκα δὲ ἐξέλιπε τὴν ἀκρόπολιν τὸ πρότερον Διονύσιος, ξυνανήχθησάν οἱ ϗ αἱ νεοττεύουσαι χελιδόνες ἐκεῖθι, ϗ ἐμαντεύοντο τὴν ἐπάνοδον. Τιμᾶται δὲ ἡ χελιδὼν θεοῖς μοιχίοις, ϗ Ἀφροδίτῃ, μοιχίᾳ μέντοι ϗ ταύτῃ.

CAP. XXXV.
De Perdicibus.

PERDICES ad incubandum loca fruticibus et aliter denſa quaerunt, ubi ova occultant, ut rorem, imbrem, et omnem ab eis humiditatem avertant. Nam ſi forte humectentur, niſi mater ſtatim incubitu ſuo ea denuo concalefaciat, infecunda redduntur. Parit autem uno tempore ad quindecim ova. Paphlagoniae perdicum cor geminum reperiri Theophraſtus alicubi prodidit. Iovem et Latonam hac ave delectari alii etiam referunt.

CAP. XXXVI.
Iterum de Cygnis.

DE cygnis ſupra etiam dictum eſt, et quae illic omiſſa ſunt, nunc adjicientur. In mari Africo Ariſtoteles ait olorum gregem interdum apparere; et cantum, tanquam ex choro quodam conſonanti, ſuavem quidem, at lugubrem, et velut ad miſericordiam inclinantem, a praeternavigantibus exaudiri; et ab illa modulatione nonnullos viſos extinctos. Fontes, lacus, paludes, aliave loca aquis redundantia incolere ſolent, ubi earum rerum periti dicunt eos muſicas rationes exercere.

CAP. XXXVII.
De Noctua.

ACCEDENTI ad ſeriam actionem homini occurrentem noctuam inauſpicatam ſignificationem dare aiunt. Cui quidem rei teſtimonio fuit Pyrrhus Epirotarum rex, in cujus noctu recta Argos

ΚΕΦ. λέ.

Περὶ Περδίκων.

Οἱ πέρδικες ὅταν ἐπωάζωσι, προβάλλονται τινας θάμνους, καὶ δάση ἕτερα, ἀποκρύπτωσαι, ὑπὲρ τῦ καὶ δρόσους, καὶ ὄμβρον, καὶ πᾶν ὅτι ἂν εἴη νοτερὸν, ἀποσέγειν αὐτῶν. Εἰ γὰρ διάβροχά πως γένοιτο, ἐὰν μὴ πάλιν ἡ τεκῦσα ἐπιθάλψῃ αὐτὰ ἐπελθῦσα ταχέως, γίνεται ἄγονα. Ἀθρόα δὲ καὶ πενταικαίδεκα ὠὰ ἀποτίκτει. Παφλαγόνων δὲ ἄρα περδίκων διπλῆν ὁρᾶσθαι καὶ καρδίαν Θεόφρασός πέ φησιν. Ἄθυρμα δὲ ὁ πέρδιξ τῦ Διὸς καὶ Λητῦς, ὥς ἐσι, καὶ ἄλλοι λέγωσι.

ΚΕΦ. λϛ.

Περὶ Κύκνων αὖθις.

Εἶπον μὲν καὶ ἀνωτέρω περὶ τῶν κύκνων, εἰρήσεται δὲ ἄρα καὶ νῦν, ὅσα ἐ πρότερον εἶπον. Ἀριστότελης λέγει ἐν τῇ θαλάττῃ τῇ Λιβύων φανῆναί ποτε κύκνων ἀγέλην, καὶ ἀκυσθῆναί τι μέλος αὐτῶν ὡς ἐκ χορῦ τινος ὁμοφωνίας, πάνυ μὲν ἡδὺ, γοερόν γε μὴν, καὶ οἷον εἰς οἶκτον, ἐπικλάσαι τὰς ἀκόνητας· καί τινας ἐπὶ τῷ μέλει φησὶ φανῆναι τεθνεῶτας αὐτῶν. Φίλος δὲ ἦν ἄρα ὁ κύκνος πηγαῖς τε καὶ τενάγεσι, καὶ λίμναις, καὶ ταῖς ὅσαι πεφύκασι ὑδάτων ἐπίῤῥοιαί τε καὶ ἀφθονίαι, ἐνταῦθα γᾶν καὶ τὰς ἑαυτῦ μάσας αὐτὸν φιλοσοφεῖν οἱ Σοφοὶ τέτων φασί.

ΚΕΦ. λζ.

Περὶ Γλαυκός.

Ἡ Γλαυξ ἐπί τινα πρᾶξιν Σπυδὴν ἐχομένῳ ἀνδρὶ ὡρμημένῳ Συνῦσα καὶ ἐπισᾶσα, ἐκ ἀγαθὸν Σύμβολόν φασι. Μαρτύριον δὲ καὶ ἐκεῖνο ἦν· Ὁ Ἠπειρώτης Πύῤῥος νύκτωρ εὐθὺ

gos proficiſcentis haſta, quam erectam inſidens equo ferebat, haec avis ſe collocavit, neque ab ea diſceſſit, infauſtum ei ſatellitium praeſtans; nam Argos ingreſſus valde ingloria atque ignobili morte occubuit. Quare mihi Homerus quoque praeclare intellexiſſe videtur, avem hanc mali auſpicii eſſe, cum Diomedi, ad caſtra Trojanorum exploranda proficiſcenti, Minervam facit auſpicato mittentem ardeam e flumine egreſſam, non autem noctuam, quamvis gratam ſibi avem. Quod autem Iliaca regio ſit irrigua, vel Homerus fuerit idoneus teſtis, ubi pugnam ad muros Ilii urbis deſcribit.

CAP. XXXVIII.

De Polypo, et Locuſta, et nigris Piſcibus in Luſia fluvio.

TAM vehementer polypum locuſta extimeſcit, ut ſi quando uno et eodem reti ambo comprehendantur, haec continuo moriatur. In Thuriis fluvius Luſias appellatur, qui tametſi perlucidos liquores habet, nigerrimos piſces tamen procreat.

CAP. XXXIX.

De Panthera, quae Ampelos vocatur.

PANTHERAE genus quoddam ampelon [hoc eſt vitem] eodem cum frutice vinifero nomine vocari aiunt, peculiaris praeter ceteras naturae, abſque cauda videlicet, et mulieribus ſolo conſpectu morbi inopinati cauſam afferens.

CAP.

τῦ Ἄργυς ᾖει, ϗ αὐτῷ ἐνυσχάνει ἥδε ἡ ὄρνις, καθημένῳ μὲν ἐπὶ τῦ ἵππυ, φέρονι δὲ τὸ δόρυ ὀρθόν· εἶτα ἐπὶ τύτυ ἑαυτὴν ἐκάθισεν, ἐδὲ ἀπέση, δορυφορῦσα ἃ χρησὴν τὴν δορυφορίαν ἡ ὄρνις ἡ πρυειρημένη τήνδε· παρῆλθε γῦν ὁ Πύῤῥος εἰς τὸ Ἄργος, ϗ ἀκλεέσαια ἀνθρώπων ἀπέθανεν. Ἔνθεν μοι δοκεῖ ϗ Ὅμηρος εἰδὼς καλῶς τῆς ὄρνιθος τὸ ἐδαμῆ εὐσύμβολον, ἐρωδιὸν μὲν τὸν ἐκ τῦ πολαμῦ ἀνεῖναι τοῖς ἀμφὶ τὸν Διομήδην τὴν Ἀθηνᾶν φάναι, ὅτε ἀπήεισαν καϊασκεψόμενοι τὰ τῶν Τρώων, μὴ μέντοι τὴν γλαῦκα, εἰ ϗ δοκεῖ φίλη εἶναι αὐτῇ. Ὅτι δὲ ἡ Ἰλιὰς γῆ ἔνδροσός τε ϗ καϊάῤῥυτός ἐσιν, ὁ μὲν Ὅμηρος τεκμηριῶσαι ἱκανὸς, ἐν τοῖς πρὸ τῆς τειχομαχίας.

ΚΕΦ. λή.

Περὶ Πολύποδος, ϗ Καράβυ, ϗ τῶν ἐν Λυσίᾳ ποταμῷ μελάνων Ἰχθύων.

Φοβερός ἐσι ϗ ἰσχυρὸς τῷ καράβῳ ὁ πολύπυς· ἐὰν γῦν ἁλῶσι ποτὲ δικτύῳ ἑνὶ, οἱ κάραβοι τεθνήκασι παραχρῆμα. Λυσίας δὲ πολαμὸς ἐν Θυρίοις ὀνομάζεται, ὅσπερ ὃν ἔχει μὲν λευκόταϊον ὑδάτων αὐτὸς, ϗ ῥεῖ διειδέσαια· τίκτει δὲ ἰχθῦς μέλανας ἰσχυρῶς.

ΚΕΦ. λθ΄.

Περὶ τῆς Παρδάλεως καλυμένης Ἀμπέλυ.

Ἄμπελον, ὁμώνυμον τῷ φυτῷ, πάρδαλίν τινα ἔτω καλεῖσθαί φασι, φύσεως ἰδίας παρὰ τὰς λοιπὰς μεταιληχυῖαν· ϗ ὑρὰν ὐκ ἔχειν ἀκύω αὐτὴν, ἥπερ ὃν εἰ ὀφθῇ γυναιξὶν, εἰς νόσον ἐμβάλλει ἀδόκητον αὐτάς.

CAP. XL.

De Aſinorum cornibus, quae ſolum Stygis aquam continent.

In Scythia aſini cornibus praediti naſcuntur, quorum cornua Arcadiae fluminis Stygis aquam continent, quae tranſmittit vaſa omnia, etiamſi ſint ex ferro fabrefacta. Haec cornua a Sopatro apportata fuiſſe aiunt Alexandro Macedoni, et illum admiratum miſiſſe Delphos ut dedicarentur Pythio cum hac inſcriptione:

Hoc tibi Alexander Macedo mirabile cornu
Dedicat, o Paean, ex aſino Scythico,
Illaeſum quod aquam Stygis eſt pote claudere ſolum,
Invictique alias vincere vim laticis.

Porro Stygis aquam Ceres prope Pheneum emiſiſſe dicitur, cujus rei cauſa alibi nobis expoſita eſt.

CAP. XLI.

De Cane Eupolidis.

Eupolidi poetae comico Augeas Eleuſinius munere donavit canem, non modo genere Moloſſum, ſed etiam forma praeſtantem; quem eodem nomine Eupolis, quo Augeas erat, appellavit. Canis jam nomine Augeas, cum longa conſuetudine, tum vero ciborum illecebris adlectus et blanditiis, diligebat dominum. Cum juvenis igitur conſervus ejus nomine Ephialtes dramata quaedam Eupolidis ſurriperet, non latuit cani furax ſervus, qui acerrimo impetu crudelique incurrit in hunc direptorem, mordicuſque comprehendens interfecit. Poſt autem aliquanto in Aegina Eupolis exceſſit e vita, ibique ejus corpus ad ſepulturam datum fuit; canis vero morti illius ingemiſcens, non tantum ululatu primum illius

ΚΕΦ. μ΄.

Περὶ τῶν Ὀνείων κεράτων τῶν τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ σεγόντων.

ΕΝ τῇ Σκυθίᾳ γῇ γίνονται ὄνοι κερασφόροι, καὶ σέγει τὰ κέρατα ἐκεῖνα τὸ ὕδωρ τὸ Ἀρκαδικὸν τὸ καλούμενον τῆς Στυγὸς, τὰ δὲ ἄλλα ἀγεῖα διακόπτει πάντα, κἂν ᾖ σιδήρου πεποιημένα. Τούτων τοι τῶν κεράτων ὑπὸ Σωπάτρου κομισθῆναί φασιν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι, καὶ ἐκεῖνον πυνθάνομαι θαυμάσαντα εἰς Δελφοὺς ἀνάθημα ἀναθεῖναι τῷ Πυθίῳ τὸ κέρας, καὶ ὑπογράψαι ταῦτα·

Σοὶ τόδ' Ἀλέξανδρος Μακεδὼν κέρας ἄνθετο, Παιὰν,
Κάνθωνος Σκυθικοῦ, σχῆμα τὸ δαιμόνιον,
Ὃ Στυγὸς ἀχράντου Λυσηιάδος οὐκ ἐδαμάσθη
Ῥεύματι, βάσαζεν δ' ὕδατος ἠνορέην.

Δημήτηρ δὲ ἄρα τὸ ὕδωρ ἀνῆκε τοῦτο πλησίον Φενεοῦ, τὴν δὲ αἰτίαν, εἶπον ἀλλαχόθι.

ΚΕΦ. μά.

Περὶ τοῦ Κυνὸς τοῦ Εὐπόλιδος.

ΕΥπόλιδι τῷ τῆς κωμῳδίας ποιητῇ δίδωσι δῶρον Αὐγέας ὁ Ἐλευσίνιος σκύλακα, ἰδεῖν ὡραῖον, Μολοττὸν τὸ γένος· καὶ καλεῖ τοῦτον ὁ Εὔπολις ὁμωνύμως τῷ δωρησαμένῳ αὐτόν. Κολακευθεὶς ἔν ταῖς τροφαῖς, καὶ ἐκ τῆς συνηθείας ὑπαχθεὶς τῆς μακρολέρας, ἐφίλει τὸν δεσπότην ὁ Αὐγέας ὁ κύων. Καί ποτε ὁμόδουλος αὐτῷ νεανίας ὄνομα Ἐφιάλης ὑφαιρεῖται δράμαλά τινα τοῦ Εὐπόλιδος, ἃ οὐκ ἔλαθε κλέπτων, ἀλλὰ εἶδεν αὐτὸν ὁ κύων, καὶ ἐμπεσὼν ἀφειδέσταλα δάκνων ἀπέκτεινε. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐν Αἰγίνῃ τὸν βίον ὁ Εὔπολις καλέστρεψε, καὶ ἐτάφη ἐνταῦθα· ὁ δὲ κύων ὠρυόμενός τε καὶ θρηνῶν τὸν τῶν κυνῶν θρῆνον,

illius exceſſum e vita luxit, ſed deinde moerore inediaque extabuit, et in odium vitae adductus ex altoris ſui morte extinctus eſt. Ex eo locus hic ad hujus caſus memoriam conſervandam, canis luctus appellatur.

CAP. XLII.

De Formica Laerte nuncupata, et ejuſdem nominis Veſpis.

MORTIFERVM genus quoddam formicarum eſſe dicitur, quae Laertae nuncupantur; eodemque nomine veſpas quaſdam appellarunt. Haec ait Telephus Cretenſis, ex Myſio Pergamo oriundus.

CAP. XLIII.

De Piſcibus Nili.

MAXIMIS aeſtatis caloribus cum in Aegyptiorum agros Nilus redundat, atque explicati laeviſque marini aequoris ſpeciem ſimilitudinemque gerit, tum Aegyptii ibi piſcantur, ubi antea arationes eſſent, et navibus ad fluvii acceſſionem accommodatis navigant. Poſtea vero quam Nilus redit ad ſe, atque ad priſtinam modi rationem a natura ſibi attributam, piſces a parentis fluvii deceſſu deſerti, et aqua deſtituti, in brevibus limoſis ad praedam agricolis relinquuntur: atque haec piſcium Aegyptiis (ut ita dicam) ceu meſſis quaedam eſt.

CAP. XLIV.

Cicadarum nomina.

CICADARVM genus multiplex a peritis harum rerum et cognitum et nominatum eſt. Vnum appellatur ex colore Cinereum: alterum Membrax, quod quidem nomen neſcio cur huic generi impoſitum ſit: aliud Λαχέταν, *Argutum*, aliud Cercopen, aliud

θρῆνον, εἶτα μέντοι λύπῃ καὶ λιμῷ ἑαυτὸν ἐκλήξας ἀπέθανεν ἐπὶ τῷ τροφεῖ καὶ δεσπότῃ, λοιπὸν μισήσας τὸν βίον ὁ κύων. Καὶ ὄγε τόπος καλεῖται μνήμῃ τοῦ τότε πάθους κυνὸς θρῆνος.

ΚΕΦ. μϚ'.

Περὶ τοῦ Μύρμηκος τοῦ Λαέρτου, καὶ τῶν ὁμωνύμων Σφηκῶν.

ΜΥρμηκος εἶδος θαναληφόρου φασὶν εἶναί τι, καὶ Λαέρτην ὄνομα ἔχειν τόνδε τὸν μύρμηκα τὸν προειρημένον· καὶ Σφῆκας δέ τινας ἐκάλουν Λαέρτας. Λέγει ταῦτα Τήλεφος ὁ Κρὴς, ὁ ἐκ τοῦ Μυσίου Περγάμου.

ΚΕΦ. μγ'.

Περὶ τῶν Νειλώων Ἰχθύων.

ΔΙΑ τοῦ θέρους τοῦ πυρωδεστάτου τὰ τῶν Αἰγυπτίων πεδία ὁ Νεῖλος ἐπικλύσας, ὄψιν μὲν αὐτοῖς θαλάττης ἠπλωμένης καὶ λείας δίδωσι· καὶ ἁλιεύουσι καλὰ τῆς τέως ἀρουμένης Αἰγύπτιοι, καὶ πλέουσι Σκάφαις ἐς ταύτην τὴν ὥραν καὶ τήνδε τὴν ἐπιδημίαν τοῦ ποταμοῦ πεποιημέναις· εἶτα ὁ μὲν ὑπογοσεῖ, καὶ εἰς τὰ ἑαυτοῦ μέτρα ὑποσρέφει τὰ ἐκ τῆς φύσεως οἱ αὐτῆς ἀεὶ νενομισμένα· ἰχθῦς δὲ ἐκεῖνοι χῆροι τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἔρημοι τοῦ ἀναπλεύσαντος ὕδατος, ὑπαπολείπονται ἐν ἰλύι βραχείᾳ, τρεφόμενοι γεωργοῖς δεῖπνον· καὶ βιαιότερον μὲν εἰρήσεται, ἄμπλος δ' ἦν ἰχθύων ἔτός ἐσιν Αἰγύπτιος.

ΚΕΦ. μδ'.

Τετλίγων ὀνόματα.

ΓΕΝΗ δὲ ἄρα καὶ τετλίγων ἦν οὐκ ὀλίγα ἦν· καὶ αὐτὰ οἱ δεινοὶ εἰδέναι ἀριθμοῦσι, καὶ ὀνόματα ἄδουσιν αὐτῶν· ὁ μὲν γὰρ τέφρας ἐκ τῆς χρόας ὀνομάζεται· ὁ δὲ ἄρα μέμβραξ· τοῦτο ὁπόθεν οὐκ οἶδα· καὶ λακέτας δὲ ἦν ἄρα τέτλιγος ὄνομα· καὶ κερκώπην

aliud Achetam, aliud Acanthiam nuncupant. Tot cicadarum genera me audiſſe memini: cui plura cognita fuerint, explicet.

CAP. XLV.

De Cane: et quare ipſum venerentur Aegyptii.

HAEC etiam de natura canum accepi: catulos naſci caecos, a partuque materno tredecim primis diebus ita oculis adfectos eſſe, quot etiam luna diebus [per annum] non lucet noctu, reliquo vero tempore viſu acutiſſimus animalium canis eſt. Eum ipſum Aegyptii venerantur, ex eoque regionem quampiam vocitarunt: cur id faciant, duplicem cauſam adferunt: Alteram, quod cum Iſis uſquequaque Oſirim quaereret, canes praecurrentes, partim una cum ipſa puerum inveſtigare conarentur, partim feras reprimerent: Alteram, quod cum ſtella canis (quem Orionis fuiſſe fama celebratum eſt) exoritur, tum cum ipſo pariter Nilus ſeſe attollens irrigationem in terram Aegyptum invehit, in agroſque redundat. Quamobrem canem, ut fertilis aquae conciliatorem, Aegyptii venerantur.

CAP. XLVI.

De Oxyrryncho Nili piſce.

OXYRYNCHVS, Nili alumnus, ex roſtro et forma ejus nomen trahit, ut apparet; et ab eo etiam praefectura in Aegypto, ubi idem piſcis colitur, appellatur. Hamo vero captum piſcem nullum comederint homines illi, metuentes ne quando is piſcis apud eos ſacer et venerandus eodem fuerit hamo trajectus. Atque cum piſces retibus comprehenduntur, diligenter etiam atque etiam perſcrutantur, an forte imprudens in ea piſcis ille inciderit;

κωπα ἀκοῇ παρεδεξάμην, ϗ ἀχέταν τινὰ, ϗ ἀκανθίαν. Ἐγὼ μὲν τοσαῦτα τετλίγων ἀκύσας γένη μέμνημαι. Ὅτῳ δὲ ϗ πλείω τῶν προειρημένων εἰς γνῶσιν ἀφίκεο, λεγέτω ἐκεῖνος.

ΚΕΦ. μέ.

Περὶ Κυνὸς, ϗ ὅτι χάριν τιμῶσιν αὐτὸν Αἰγύπλιοι.

ΚΑΙ ταῦτα μέν]οι κυνῶν προσακήκοα· τὰ Cχυλάκια τυφλὰ τίκ]εται, ϗ ἐχ ὁρᾷ τῆς μη]ρώας ὠδῖνος προελθόν]α· ϗ τρισκαίδεκα ἡμερῶν τῶν πρώτων κα]είλη]αι τῷ πάθει τῷδε, ὅσων ϗ ἡ Cελήνη ἐ φαίνει νύκ]ωρ· εἶτα μέν]οι· ζώων ὀξυωπέσα]ος γίνε]αι ὁ κύων. Τιμῶσι δὲ αὐτὸν Αἰγύπλιοι, ϗ νομόν τινα ἐκάλεσαν ἐξ αὐτοῦ. Καὶ τῆς γε τιμῆς διπλῆν εἶναι τὴν αἰτίαν φασί· τὴν λέγουσαν, ὅτι ἄρα τῆς Ἴσιδος Cηλούσης πάνταχόσε τὸν Ὄσυριν, κύνες προηγούμενοι, τὰ μὲν ἐπειρῶν]ο Cυνανιχνεύειν αὐτῇ τὰν παῖδα· τὰ δὲ ἀνασέλλειν τὰ θηρία· ἡ δὲ ἑτέρα, ὅτι ἄρα ἡ μὲν ἀνα]έλλει τὸ ἄστρον ὁ κύων, ὃν Ὠρίωνος ἡ φήμη γενέσθαι λέγει, Cυνανίσχει ἄρα δὲ αὐτῷ τρόπον τινὰ ϗ ὁ Νεῖλος ἐπιὼν ἐς τὴν ἀρδείαν τῆς γῆς τῆς Αἰγύπλίας, ϗ ἀναχεῖται περὶ τὰς ἀρούρας· ὡς ἦν ἄγον]α τόδε τὸ γόνιμον ὕδωρ ϗ παρακαλοῦν]α τιμῶσιν Αἰγύπλιοι.

ΚΕΦ. μϛ.

Περὶ τοῦ Νειλῴου Ὀξυρύγχου.

Ὁ Ὀξύρυγχος οὗτος ὁ ἰχθὺς κέκλη]αι, ϗ ἔοικεν ἐκ τοῦ προσώπου λαβεῖν τὸ ὄνομα, ϗ τοῦ Cχήμα]ος τοῦ κατ' αὐτό· τρέφει δὲ ἄρα τὸν προειρημένον ὁ Νεῖλος, ϗ μέν]οι ϗ ἐξ αὐτοῦ κέκλη]αι νομὰς, ἔνθα δήπου ϗ τιμὰς ἔχει ὁ αὐτὸς ἰχθύς. Ἀγκίστρῳ δὲ θηρα]θέν]α ἰχθὺν ἐκ ἄν πο]ε φάγοιεν οἵδε ἄνδρες, δεδιότες μή πο]ε ἄρα αὐτῷ περιπαρεὶς ἔτυχεν ὁ παρὰ σφίσιν ἱερὸς ϗ θαυμασὸς ἰχθὺς, ὃν εἶπον. Ἐὰν δὲ ϗ δικτύοις ἁλῶσί πο]ε ἰχθύες, ταῦτα ἀνιχνεύουσι, ϗ μὴ παραλαθὼν ἐνέπεσεν

derit; malunt enim nihil piſcium capere, quam, hoc retento, maximum piſcium numerum adſequi. Eum accolae dicunt ex Oſiridis vulneribus eſſe prognatum, Oſirin autem ſentiunt eundem cum Nilo eſſe.

CAP. XLVII.

Quod Ichneumo utriuſque ſexus eſt particeps, et Aſpidi et Crocodilo hoſtis.

ICHNEVMONI utriuſque ſexus participi a natura tributum eſt, ut et ſuo ſemine graviditatem et partum aliis adferat, et ipſe quoque ventrem ferat, et ex ſeſe pariat. Qui autem eorum victi fuerint, poſt certamen deteriori generi accenſentur; nam victores victos ſubigunt, et ſemine implent: eo cladis praemio adficiuntur, ut et partus dolores ſufferant, et ex patribus, qui jam ante fuiſſent, matres reddantur. Cum homini infeſtiſſimis beſtiis, aſpide et crocodilo, inimicitias gerunt; de praelio autem eorum ſuperius dixi. Latonae et Lucinae ſacri eſſe exiſtimantur; et apud Aegyptios Heracleopolitas venerationem et religionem poſſidere feruntur.

CAP. XLVIII.

Quomodo gratiam referre norunt etiam Dracones.

LYCAONI Emathiae regi filius fuit, nomine Macedo, ex quo poſtea, antiquo nomine obſoleto, nominata regio eſt. Macedonis autem filius, Pindus nomine, cum robore animi atque virtutis indole praeditus fuit, tum forma etiam excellens; ceteri vero ex Lycaone liberi nati, improbo animo adfecti, et corpore minus ſtrenui erant. Hi igitur cum Pindo et virtutem et ceteras illius dotes inviderent, non modo eum oppreſſerunt, verum etiam poenas tanti maleficii pendentes ſeipſos funditus perdiderunt. Pindus enim ſentiens a fratribus inſidias ſibi parari, regno quod a patre

ἐκεῖνος· καὶ προλιμῶσιν ἀθηρίαν, ἢ ἀλόντος ἐκείνου τὴν μάλιστα εὐθηρίαν. Λέγουσι δὲ αὐτὸν οἱ περίχωροι ἐκ τῶν Ὀσίριδος τραυμάτων γεγονέναι, νοοῦσι δὲ τὸν Ὄσιριν ἄρα τὸν αὐτὸν τῷ Νείλῳ εἶναι.

ΚΕΦ. μζ'.

Ὅτι ἀρρενόθηλυς ὁ Ἰχνεύμων, καὶ ὅτι ἐχθρός ἐστιν Ἀσπίδι καὶ Κροκοδείλῳ.

Ὁ δὲ ἰχνεύμων ὁ αὐτὸς ἄρα καὶ ἄρρην καὶ θῆλυς ἦν, μεμειληχὼς καὶ τῆσδε τῆς φύσεως καὶ τῆσδε, καὶ σπείρειν τε καὶ τίκτειν τοῖς αὐτοῖς ἡ φύσις δέδωκεν. Ἀποκρίνονται δὲ εἰς τὸ ἀτιμότερον γένος οἱ ἡττηθέντες, μετὰ τὴν μάχην· οἱ γὰρ κρατήσαντες ἀναβαίνουσι τὰς ἡττημένας, καὶ εἰς αὐτὰς σπείρουσιν· οἱ δὲ ἆθλον τῆς ἥττης φέρονται, ὠδῖνας τε ὑπομεῖναι, καὶ ὑπὲρ τοῦ τέως ἀντὶ πατέρων γενέσθαι μητέρες. Τοῖς γε μὴν πολεμιωτάτοις ἀνθρώπῳ ζώοις, ἀσπίδι τε καὶ κροκοδείλῳ, ἔχθιστον ὁ ἰχνεύμων· καὶ τόν γε πόλεμον αὐτῶν ἀνωτέρω εἶπον. Λέγονται δὲ οἱ ἰχνεύμονες ἱεροὶ εἶναι Λητοῦς καὶ Εἰληθυῖῶν· σέβουσι δὲ αὐτὰς Αἰγύπτιοι Ἡρακλεοπολῖται, ὥς φασιν.

ΚΕΦ. μή.

Πῶς οἴδασι χάριν ἀποδιδόναι καὶ Δράκοντες.

Λυκάονι τῷ βασιλεῖ τῆς Ἡμαθίας γίνεται παῖς, ὄνομα Μακεδών, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα κέκληται μετὰ ταῦτα, τὸ ἀρχαῖον ὄνομα οὐκ ἔτι φυλάξασα. Τούτῳ δὲ ἄρα παῖς ἀνδρεῖος ἦν καὶ κάλλει διαπρεπής, Πίνδος ὄνομα· ἦσαν δέ οἱ καὶ ἄλλοι παῖδες, ἀνόητοι δὲ ἦτοι τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα ἀῤῥωμαλέοι. Οἵπερ ἓν χρόνῳ ὕστερον βασκήναντες τῷ ἀδελφῷ τῆς τε ἀρετῆς καὶ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας, ἐκεῖνον μὲν διέφθειραν, ἑαυτοὺς δὲ ἐπαπώλεσαν διδόντες δίκην κατὰ τὴν δίκην. Αἰσθόμενος γὰρ ὅδε ὁ Πίνδος τὴν ἐκ τῶν ἀδελφῶν εἰς ἑαυτὸν ἐπι-

patre acceperat, relicto, cum robuſtus eſſet, et ad venandi ſtudium propenſus, non ſolum quidem vertit, ſed certe illic ibidem aevum in venando agitavit. Cum aliquando igitur hinnulos inſequeretur, et ſumma virium contentione equum incitaſſet, ab eis, qui ſecum venabantur, ſe longiſſime abduxit; hinnuli vero altiſſimam cavernam ſubeuntes ex inſectantis conſpectu ſe eripuerunt, atque ex periculo ſe ſervarunt: is ex equo deſiliens, cum hunc ad proximam arborem alligaſſet, cumque ut diligentiſſime potuit, latebram illam manibus perſcrutans hinnulos exquireret, ſibi denunciantem vocem exaudivit, ne hinnulos tangeret; quare ubi diu multumque circumſpexiſſet, nec quidquam videret, vocem ut ex majore quadam cauſa redditam extimuit, et ſimul in equum adſcendens ex eo loco diſceſſit. Poſtero autem die ad eundem locum revertit; non eo tamen, quo illi ſe abdidiſſent, ingreditur, vocis memoria, quam auribus acceperat, deterritus. Cum igitur dubitaret quinam pridie ſe ab inſectanda praeda avertiſſet, ac, ut par erat, circumſpectaret montanos paſtores, aut venatores, aut aliquod tugurium; interea ei inuſitata magnitudine draco apparet, ex magna parte corporis adrepens, collumque et caput paululum attollens, et ad ſe velut intendens; collum autem cum capite erat ea procēritate, ut vel cum proceriſſimo homine exaequari potuiſſet. Verum ut ejus conſpectus Pindum exterruerit, certe non in fugam impulit; at enim is ſeſe ex maximo terrore colligens, ſapienter beſtiam mitigavit: nam ex avibus, quas immolarat, ei cibum edendum objicit, et tanquam hoſpitalem menſam et redemptionis ſuae praemium appoſuit. Is ſane velut donis delinitus, et illecebris, ut ita dicam, praeſtrictus, ex eo loco exceſſit. Hoc ita jucundum Pindo fuit, ut ea, quae vel ex venationibus montanis, vel ex aucupio capere poſſet, draconi tanquam vir bonus et gratus adeptae ſalutis mercedem adferret. Neque vero ſine fructu has ei donationes ex praeda conſtituit, nam fortuna ei ſubinde proſperior adſpirabat; omnium enim, quae venaretur,

βελὴν, τὴν παλρῴαν ἀρχὴν ἀπέλιπεν, ᾤκει δὲ ἐν χώρᾳ, ᾗ ἦν τῇ τε ἄλλῃ ῥωμαλέως, ᾗ ἓν ᾗ κυνηγετικὸς ἦν· καί ποτε ἐθήρα νεβρὸς, ᾗ οἱ μὲν ἔθεον, ἢ ποδῶν εἶχον, ὁ δὲ μεταδιώκων εἶτα μέντοι τὸν ἵππον ἀνὰ κράτος ἤλαυνεν, ᾗ τῶν μὲν ξυνθηρατῶν ἀποσπᾷ πολύ· οἱ νεβροὶ δὲ εἰς φάραγγα κοίλην τε ᾗ βαθυτάτην εἰσδύντες, ᾗ ἑαυτοὺς ξώσαντες, ἀπὸ τῆς ὄψεως τοῦ διώκοντος ἠφανίσθησαν· ἐκὼν ἀποπηδήσας τοῦ ἵππου ὁ Πίνδος, ἐκεῖνον μὲν τοῦ ῥυμοῦ πρός τι τῶν παρεστώτων ἐξῆψε δένδρων, αὐτὸς δὲ οἷος ἦν ταῖς χερσὶ τὴν φάραγγα διερευνᾶν ᾗ μαστεύειν τοὺς προειρημένους, εἶτα ἀκούει βοῆς, ᾗ ἔλεγεν αὔτη, τῶν νεβρῶν μὴ ἅψῃ· ἐκὼν ἐπεὶ πολλὰ περιβλέψας οὐδὲν ἐθεάσατο, ἔδεισε τὸ φώνημα, ὡς ἔκ τινος αἰτίας κρείττονος προσπεσὸν, ᾗ τότε μὲν ᾤχετο ἀπιών, ᾗ τὸν ἵππον ἀπάγων. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μάνος ἀφικνεῖται, ᾗ πάρεισι μὲν εἰς τὴν φάραγγα ἐδαμῶς, μνήμῃ τε τῆς φωνῆς τῆς προσπεσούσης αὐτοῦ ταῖς ἀκοαῖς, ᾗ δέει. Στρέφονται δ' ἰδεῖν ἑαυτῷ βελὴν, ᾗ διαπορεῖται, τίς ἦν ἄρα ὁ τῇ προτεραίᾳ ἀνασείλας αὐτὸν τῆς ἐπὶ τὴν ἄγραν ὁρμῆς, ᾗ περιβλέπονται, οἷα εἰκὸς, ἢ νομέας ὀρείους, ἢ αὔλιον, ἢ θηρατὰς ἑτέρους, μέγα τι χρῆμα ὁρᾶται δράκων, τὸ μὲν πλεῖον τοῦ σώματος ἐπισύρων, ὀλίγον δὲ ἀναλείνας ὡς πρὸς ἑαυτὸν τὴν δέρην αὐτὴν, ᾗ ἦν ἡ δέρη ξὺν τῇ κεφαλῇ ὑπὲρ τέλειον ἄνδρα τὸ μέγεθος. Εἶτα ὀφθεὶς ἐξέπληξεν· ὃ μὴν εἰς φυγὴν ὁ Πίνδος ἐξώρμησεν, ἀλλ' ἀθροίσας ἑαυτὸν ξοφίᾳ περιέρχεται τὸν θῆρα· τῶν γὰρ ὀρνίθων, ὧν θύσας ἔτυχε, προσήγαγε, ᾗ προὔτεινέν οἱ ξένια ταῦτα, ᾗ ἑαυτοῦ ξωάγρια. Ὁ δὲ, οἷα δήπου τοῖς δώροις μειλιχθεὶς, ᾗ καταγοητευθεὶς ὡς ἂν εἴποις, ᾤχετο ἀπιών. Ταῦτα τὸν νεανίαν ἦσε, ᾗ τὸ ἐντεῦθεν ἀπέφερε τῷ δράκοντι μισθὸν ξωτηρίας, ὡς ἄνθρωπος ἀγαθὸς, ὧν εἶχε θηραμάτων ἀπαρχὰς κεχαρισμένας, ἢ τῆς ἄγρας τῆς ὀρείου, ἢ τῆς πηνῆς. Καὶ τῷ μὲν τὰ τῆς προειρημένης δωροφορίας ἐνεργότατα ἦν, ὑπήρχετο δὲ ᾗ τὰ ἐκ τοῦ δαίμονος εὐθηνεῖσθαι τῷ Πίνδῳ, ᾗ ὁσημέραι χωρεῖν ἐς τὸ σοφώτερον.

retur, ſecunda venatione fungebatur, ſive terrena ſive volucria perſequeretur. Quare gloria magna apud omnes erat, quod contra feras congrederetur, et eas expedite caperet. Iam vero ea erat proceritate, ut corporis mole perterrefaceret; tum vero firma corporis conſtitutione: tam pulchro etiam oris habitu, ut feminas ad ſe amandum vehementer inflammaret; et ſane coelibes omnes quaſi furentes, atque bacchantes, ad ejus venationes proficiſcerentur; et nuptiis alligatae, a maritorum cuſtodiis adſervatae, mallent cum illo degere, quam in numerum dearum referri: plerique etiam viri eum, quod ipſius virtus et forma admirationem omnium excitaret, diligebant: ſoli fratres infenſo atque inimico animo in illum erant. Quamobrem eum ipſum aliquando ſolum venantem ex inſidiis adgrediuntur, atque in propinqui fluminis anguſtias compulſum, auxilioque deſtitutum, ſtrictis gladiis appetunt, atque adeo trucidant. Hunc exclamantem cum draco ipſius amicus exaudiſſet (etenim eſt animal ſenſu audiendi cum acerrimo, tum videndi acutiſſimo) ſuo ex cubili prodiit, et ſimul impios circumplicans ſuffocavit; et vero caeſum ſumma diligentia tamdiu cuſtodire non deſtitit, dum cognatione defuncto juveni proximi, deſiderio ejus permoti, ad illum humi jacentem veniſſent: at propius facti, etſi juſto in luctu et ſqualore eſſent, accedere tamen, et ſepultura juſtiſque exequiarum interfectum cuſtodis metu adficere prohibebantur. Tum hic recondita quadam ac mirabili natura intelligens ſe illos arcere, de praeſidio ſtationeque cadaveris tranquille diſceſſit, quo commodius nulla interpellatione ſupremam gratiam a propinquis adſequeretur. Magnifice igitur et ſplendide honore ſepulturae ornatus fuit, atque etiam fluvius factae caedi proximus ex mortuo nomen traxit. Beſtiis igitur peculiare eſt, eis, a quibus beneficium acceperint, gratiam referre; quod et alibi ſupra, et hic non ſpernenda hiſtoria ſumus teſtati.

CAP.

ϛαρώτερον· θηρῶντι μὲν γὰρ ἀπήνλων εὐθηρίαι, ὅσαι τε τῶν ἐν ταῖς ὕλαις ζώων, τῶν τε ὀρνίθων ὅσαι. Ἦν ἔν αὐτῷ ϗ περιβολὴ, ϗ διεῖρπε μέντοι ϗ κλέος ὡς ὁμόσε τοῖς θηρίοις ἰόντος, ϗ ἀτρέπλως αἰρεῖνλος αὐτά. Ἦν δὲ ϗ ἰδεῖν μέγας, ϗ οἷος ἐκπλῆξαι τῷ τε ὄγκῳ τῦ ϛώματος, ϗ τῇ εὐεξίᾳ προσέτι· τῇ δὲ ὥρᾳ τὸ θῆλυ πᾶν ἀνέφλεγεν, ϗ εἰς αὐτὸν ἐξάπλων ἦν δῆλος, ϗ ἐφοίτων ἐπὶ θύρας τὰς ἐκείνυ, οἷα δήπυ βεβακχευμέναι, ὅσον μέντοι γυναικῶν ἦν χῆρον· αἵγε μὴν ϛυνοικῦσαι τοῖς γεϛαμηκόσι, φερομέναι μὲν τῷ νόμῳ, τῷ κλέει δὲ τῦ κάλλυς τῦ καλὰ τὸν Πίνδον δεδυλωμέναι, περὶτίμων ϛυνοικεῖν ἐκείνῳ, ἢ θεαὶ γεϛονέναι· ϗ ἐτεθήπεσάν γε αὐτὸν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνδρῶν, ϗ ἐφίλυν· ἐχθροὶ δὲ οἱ ἀδελφοὶ μόνοι ἦσαν. Καί πο|ε θηρῶνλα ἐλλοχῶσι μόνον, ϗ πολαμῦ γε ἦν ἡ θήρα πλησίον, εἶτα ἐρήμῳ ϛυμμάχων οἱ τρεῖς ἐπισάνλες ἔπαιον τοῖς ξίφεσι αὐτόν. Ὁ δὲ ἐβόα· ἀκύει ταῦτα ὁ ἑταῖρος αὐτῦ δράκων (ὀξυήκοον δὲ ϗ ὀξυωπέσαλον τὸ ζῶόν ἐϛιν) ἐκῆν περόεισι τῆς ἑαυλῦ κοίτης, ϗ τοῖς ἀνοσίοις περιπλακεὶς, ἀπέκλεινεν αὐτὺς ἐς ωνίγμα ἄγχων· αὐτὸς δὲ ὃ καλέλυσε τὴν φυλακὴν, ἐς τ' ἂν οἱ περσήκονλες τῷ νεανίᾳ, ποθῦνλες αὐτὸν, ἀφίκονλο ϗ ἐνέτυχον κειμένῳ· ϗ ὠλοφύρονλο μὲν, προσελθεῖν δὲ ἐπὶ κηδεύσει τῦ νεκρῦ ἐκ ἐτόλμων, δέει τῦ φερῦ. Ὁ δὲ ϛυνεὶς φύσει τινὶ ἀποῤῥήτῳ, ὅτι ἀνασέλλει αὐτὺς, ᾤχελο ἀπιὼν καλὰ πολλὴν τὴν ϛχολὴν, ἀπολιπὼν ἐκεῖνον τῆς τελευταίας ἐκ τῶν περσηκόνλων χάριλος τυχεῖν. Οὐκῦν ϗ ἐτάφη μεϛαλοπρεπῶς, ϗ ὁ γείτων τῷ φόνῳ πολαμὸς ἐκλήθη Πίνδος, ἐκ τῦ νεκρῦ, ϗ τῦ κατ' αὐτὸν τάφυ. Ἴδιον μὲν δὴ τῶν ζώων ἐκλίνειν χάριλας τοῖς εὐεργέταις, ὅπερ ἔν ϗ ἄνω λέλεκλαι, ϗ νῦν δὲ ἐκ ἤκιϛα.

ΚΕΦ.

CAP. XLIX.

Apollinis Clarii templum a venenatis Animalibus non adiri.

IOVIS et Latonae filium incolae Clari, et Graeci omnes, peculiariter colunt. Eſt vero locus in Claro deo ſacer, venenatis animalium omnino infenſus et invius, Apollinis ſcilicet voluntate; quem ſalutis auctorem, et Aeſculapii morborum depulſoris parentem, ſi noxiae homini ferae metuant, nihil mirum. Iis, quae dico, Nicander etiam conſentit, his verſibus:

In Clario luco non laedit ſcorpius ictu,
Vipera non morſu, ſed neque dira phalanx:
Qua ſibi fraxinea delegit Phoebus opacum,
Reptilibuſque procul, fronde comante locum.

CAP. L.

Quod Bona in Veneris Erycinae templo adſervata, a ſpoliis tuta ſunt, et quemadmodum Victimae ſponte iſſuc accedunt.

AVDIVI qui dicerent in Eryce, ubi ſcilicet celeberrimum illud Veneris templum eſt (cujus ſupra etiam mentionem feci, cum naturam, quae illic ſunt, columbarum exponerem) auri argentique vim magnam eſſe, et monilia, et annulos pretioſiſſimos; atque hunc theſaurum deae metu tutum, intactumque permanere; et cum dea ipſam, tum res illas in ejus aede pretioſas, magno ſemper in honore ac veneratione multis retro temporibus fuiſſe. Ceterum Amilcarem Afrum fama eſt, cum hoc templo ſpoliato, conflatum inde aurum et argentum militibus diſtribuiſſet, graviſſimis poſtea poenis adfectum, denique ſuſpenſum eſſe; ac ſimiliter omnes ei hujus ſceleris, et ſacrilegii patrandi participes,

ΚΕΦ. μθ'.

Ὅτι ἄδαλος τοῖς Ἰοδόλοις ὁ ἐν Κλάρῳ τῷ Ἀπόλλωνος ναός.

Διὰ δὲ καὶ ἐν τῇ Κλάρῳ τὸν Διὸς καὶ Λητοῦς τιμῶσιν οἱ Κλάριοι, καὶ πᾶν τὸ Ἑλληνικόν. Οὐκοῦν ἐνταῦθα χῶρος τοῖς ἰοδόλοις θηρίοις ἀσιβής τε ἅμα καὶ ἔχθιστός ἐστι· τοῦτο μὲν καὶ τῇ τοῦ δαίμονος βουλῇ· πάντως δὲ καὶ φευκτότατον τῶν θηρίων αὐτὸν, ἅτε καὶ σώζειν θεὸν εἰδότα, καὶ μάντιν καὶ τὸν Ζωῆρα, καὶ νόσων ἀντίπαλον τὸν Ἀσκληπιὸν φύσαντα. Ἀλλά γε καὶ Νίκανδρος οἷς λέγω μάρτυς, λέγει δὲ Νίκανδρος·

Οὐκ ἔχις, οὐδὲ φάλαγγες ἀπεχθέες, οὐδὲ βαθυπλὴξ
Ἄλσεσιν ἐν ζώοις Σκορπίος ἐν Κλαρίοις.
Φοίβου ἐπὶ ῥαιμῶνα βαθὺ μελίαισι καλύψας
Ποιηρὸν δάπεδον θῆκεν ἑκὰς δακέων.

ΚΕΦ. ν'.

Ὅτι ἄσυλα τὰ ἐν τῷ ἐν Ἐρύκῃ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης, καὶ ὅπως τὰ Ἱερεῖα αὐτόματα φοιτᾷ.

Ἀκούω λεγόντων ἐν Ἐρύκῃ, ἔνθα δήπου καὶ ὁ τῆς Ἀφροδίτης ὑμνούμενος νεώς ἐστιν (ὅπερ ἂν καὶ ἀνωτέρω τὴν μνήμην ἐποιησάμην, τῶν ἐκεῖθι περιηγητῶν εἰπὼν τὰ ἴδια) εἶναι καὶ χρυσὸν πολὺν, καὶ ἄργυρον πάμπλειστον, καὶ ὅρμους, καὶ δακτυλίους μέγα τιμίους· ἄσυλα δὲ εἶναι καὶ ἄθικτα ταῦτα, τῷ τῆς θεοῦ δέει· καὶ ἀεὶ τοὺς ἄνω τοῦ χρόνου δὲ αἰδοῦς ἄγειν θαυμαστῆς καὶ τὴν δαίμονα τὴν περιεστῶσαν, καὶ τὰ χειμήλια ἐκείνης. Ἀμίλλαν συνθάνομαι τὸν Λίβυν συλήσαντα αὐτὰ, καὶ ἐρασάμενον χρυσίου καὶ ἀργύριον, εἶτα μέντοι διανεῖμαι τῇ στρατιᾷ πονηρὰν νομὴν, καὶ ὑπὲρ τούτων αὐτὸν ἀλγεινότατα καὶ βαρύτατα αἰκισθέντα ἅμα καὶ κολασθέντα χρεμασθῆναι· πᾶν δὲ ὅσον αὐτῷ

pes, violentas diraſque mortes ſuſtinuiſſe; patria quoque ejus, cujus antea ſtatus felix beatuſque videbatur, paucos poſt dies, quam ſacra haec pecunia in eam invecta eſſet, in ſervitutem redacta eſt. Haec quanquam majeſtatem quandam prae ſe ferunt, nihil tamen ad propoſitum noſtrum faciunt, de quo nunc dicetur. Singulis per totum annum diebus tum incolae, tum peregrini, ſacrificant. Ara maxima ſub dio eſt, quae cum multa ſubinde ſacrificia recipiat, die toto uſque ad noctem accenditur. Illucescente vero jam aurora, non amplius prunam, non cinerem, non ullos titiones oſtendit; ſed rore eſt plena, et recentibus herbis, quae ſubinde ſingulis noctibus in ea renaſcuntur. Porro victimae de pecorum gregibus ſua ſponte accedunt, et ad aram adſtant. Ducit autem illas primum deae vis, deinde voluntas ſacrificantis. Nam ſi ovem ſacrificare libuerit, en tibi ovis ad aram adſtat, et gutturnium ad ſacrificandi uſum; ſi capram, ſi hoedum, ſimiliter. Quod ſi copioſior fueris, et vaccam aut etiam plures ferire volueris, neque paſtores, nimio ejus pretio indicato, tibi moleſti erunt vendendo, neque tu ipſis licitando. Intuetur enim dea contractus juſtitiam, quam ſi ſervaris, et juſtum ſolveris pretium, propitiam eam experieris; at ſi minoris, quam par eſt, emere volueris, fruſtra a te deponetur pecunia; victima enim recedet, nec erit, quod ſacrifices. Hoc igitur Erycinis animalibus proprium iis, quae ſupra dixi, hic addiderim.

τῆς πράξεως, καὶ τῆς ἐκδίκου θεοσυλίας, ἐγένετο μέτοχον βιαίοις τε καὶ δεινοῖς χρήσασθαι θανάτοις· ἥτε παῖς ὡς εὐδαιμονιζομένη τέως αὐτῷ καὶ ζηλωτὴς δοκοῦσα, ἐν ὀλίγαις, τῶν ἱερῶν χρημάτων εἰσκομισθέντων, ἥδε δύλη ἦν. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὴν παροῦσαν μοι χρείαν ξυνὰ ὅλα ὅλως οὐκ ὀρᾷ πω, τὸ δὲ τοῖς λόγοις ξυγγενὲς τοῦτο εἰρήσεται. Ἀνὰ πᾶν ἔτος καὶ ἡμέραν πᾶσαν θύουσι τῷ θεῷ καὶ οἱ ἐπιχώριοι, καὶ οἱ ξένοι. Καὶ ὁ μὲν βωμὸς ὑπὸ τῷ οὐρανῷ ὁ μέγιστός ἐστι, πολλῶν δὲ ἐπ' αὐτὸν καθαγιζομένων θυμάτων, ὁ δὴ πανημέριος καὶ εἰς νύκτα ἐξάπλεται. Ὡς δὲ καὶ ὑπολάμπει, καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἀνθρακιὰν, οὐ ξοδὸν, οὐχ ἡμικαύστων τρύφη δαιδῶν ὑποφαίνει· δρόσου δὲ ἀναπλεώς ἐστι, καὶ πόας νεαρᾶς, ἥπερ ἂν ἀναφύεται ὅσαι νύκτες. Τάγε μὴν ἱερεῖα ἑκάστης ἀγέλης αὐτόμαλα φοιτᾷ, καὶ τῷ βωμῷ παρέσηκεν. Ἄγει δὲ ἄρα αὐτὰ πρώτη μὲν ἡ θεὸς, εἶτα ἡ δύναμίς τε καὶ ἡ τοῦ θύοντος βούλησις. Εἰ γὰν ἐθέλοις θῦσαι ὅτιν, ἰδού σοι τῷ βωμῷ παρέσηκεν ὅτις, καὶ δὴ χέρνιβος, καὶ καλάρξασθαι εἴτε αἶγα, εἴτε ἐρίφον. Εἰ δὲ εἴης τῶν ἀδροτέρων, καὶ ἐθέλοις βοῦν θήλειαν, ἢ καὶ ἔτι πλείους, εἶτα ὑπὲρ τῆς τιμῆς, ὅτε ὁ νομεὺς ἐπιλιμῶν ζημιώσει, ὅτε ξὺ λυπήσεις ἐκεῖνον. Τὸ γὰρ δίκαιον τῆς πράσεως ἡ θεὸς ἐφορᾷ, καὶ εὖ καταθεὶς ἵλεων ἕξεις αὐτήν· εἰ δὲ ἐθέλοις τοῦ δέοντος περίασθαι λυσιτελέστερον, ξὺ μὲν καλέθηκας τὸ ἀργύριον ἄλλως· τὸ δὲ ζῶον ἀπέρχεται, καὶ θῦσαι οὐκ ἔχεις. Ἴδιον μὲν δὴ καὶ Ἐρυκίνων ζώων εἰρήσθω καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐπὶ τοῖς ἄνω.